A

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
43 C
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CENSVRA VVLGATAE

Atque à Tridentinis Canonizatæ VERSIONIS

Quinque Librorum Moſis.

Vbi non tantum centeni aliquot errores ordine deteguntur: ex fontibus, antiquorum Interpp. Græcorum & Chaldæorum collatione, collectiſque ipſorum Papiſtarum confeſſionibus, convelluntur: Dogmata ex iis in Papatu orta oſtenduntur: Sed & quid difficilioribus in locis tenendum ſit, docetur: aliaq; ad SS. Literarum intelligentiam pertinentia traduntur.

Cum Prolegomenis & Indicibus.

AUCTORE SIXTINO AMAMA FRISIO,
Lit. Ebraicarum in Illuſtrium Friſiæ Ordinum
Academia Profeſſore ordinario.

FRANEKERÆ FRISIORUM;

Proſtant apud Danielem Iohannidem Bibliopolam.

Typis Frederici Heynſii Typograph.
In Acad. Franekeranâ, 1620.

Digitized by Google

Illuſtri & Generoſo Heroï,

GVLIELMO LVDOVICO,
Comiti Naſſoviæ &c. Friſiæ, Groningæ,
Omlandiæ, Gubernatori.

NEC NON

Illuſtribus, Præpotentibus & Nobiliſſ.

ILLVSTRISS. FRISIÆ
ORDINVM
DEPVTATIS.

ITEMQVE

Nobiliſſ. Magnificis & literatiſſ. viris,

ACADEMIÆ PATRIÆ
CVRATORIBVS,

Dominis & Patronis meis colendiſſ.

Has laborum primitias

L. M. Q. D. D. D.

SIXTINVS AMAMA.

*2 Generoſe

Digitized by Google

Generoſe D. Comes,
Illuſtres & Magnifici Viri,

Q*Voties patior oculum cogitationum mearum expatiari in Hiſtoriæ Eccleſiaſt. campos, toties demirari illud ſoleo, quid Rom. Eccleſiæ ſuperſtitionem tot populis ſuperinduxerit, quidve eam à tot jam retrò annis tot vulneribus ſauciatam, tot membris truncatam, atq; indies magis magiſq; defetiſcentẽ, etiamnum fulciat & ſuſtentet. Omnia* παχυλέρως *conſideranti, poſt occulta Dei judicia, exhibet ſe humanâ major quædam fraus, eaque adeò multiplex, adeò ſerpentina, ut digito & viſceribus Dei aſſcribendum putem, Germanos, Belgas, Anglos, Danos, Bohemos, alioſq; aliquot præterea populos ex his pluſquam Cimmeriis AEgyptiaciſq; tenebris tandem fuiſſe eluctatos. Ecce enim primò ab Eccl. Romanâ verbo divino aſſuti ſunt* a *libri quidam,* b *Patribus & pleriſque Scholaſticis habiti; Apocryphi,* c & lacecæ quædã laciniæ, pannoſaq; additamenta, *nec.*

a Concil. Trid. Seſſ. 4
b Eorum catalogum videre eſt apud Ivell. Rain. Lubbertum, Witaker. Mortõ. &c.
c Formalia ſunt Sixti Senenſis Monachi, Biblioth. lib. 1. Sect. 5.

Digitized by Google

nec non d *Traditiones Pſeudo-Apoſtolicæ; atq́ ut hæc omnia pari cum indubitato Dei verbo paſſu incederent, ſancitum.* 2. *Ne ſic quidem fiduciam & ſecuritatem ſibi ſpondere auſa, Primigeniâ divinituſque inſpiratâ Scripturâ res ſuas ſibi habere, juſſâ, obtruſa* e *vulgata quædam* f *incerti authoris verſio, eaq́ ſola in omni ſalutis negotio juſſa recipi, cautumque ne ullo prætextu rejiceretur. Quò deniq́ verſioni iſti novum illud maneret æſtimium, in fontes ſtrenuè, quaſi è plauſtro, convitia jacta ſunt,* g *perſuaſumq́ vulgo, eos Iudæorum perfidiâ collutulatos & infectos eſſe,* h *Hæreticos & Iudæos evadere, quotquot linguas Originales diſcerent:* i *Paulum & Ioh. barbarum & inquinatum quiddam Græcè, Prophetaſq; inurbanum quiddam & ruſticum Ebraicè ſonuiſſe.* 3. *Omnem Scripturæ authoritatem ab* k *Eccleſiâ pendere inculcatum; cautumque, ne quis eam adverſus* m *Matris Eccleſiæ .i.* n *Concilij vel Papæ (hic enim ſemper deſinit ſpecioſus ille Eccleſiæ obtentus) mentem explicare præſumeret. Quod ſtratagema ut felicius ſuccederet, à parte Papæ id*

d Concil. Trid Seſſ. 4. Bell. cont. 1. l. 4.

e Concil. Trid. ibid. Bell cont. 1. lib. 2.

f Videantur Prolegomena noſtra cap. 1. iis add. Tielm. præf. in Epiſt. Pauli.

g à Lindano, Cano & aliis, vid. Proleg.

h Vid. Proleg. cap. 1. & præf. Becm. in orig. L. Latinæ.

i Eudæmon. Ioh. contra Caſaub.

k Concil. Trid. Seſſ. 4. Bell. cõtr. 1. l. 2.

m Ibidem decret. 2.

n Bellar. de Conc. & Papa. item Canus in locis Theol.

egere magno molimine, populus ut crederet, n *Papam errare non poſſe, eumque id privilegij poſſidere, ut,* o licet adeò illiteratus ſit, ut Grammaticam neſciat, *p* infallibiliter definiat tamen, ſive in judicando diligentiam adhibeat, ſive indiligens ſit; *q* & licet in mediis & argumentis hallucinari poſſit, in concludendo tamen nunquam impingat, *ut* r *concilia nulla ullius authoritatis eſſe queant, niſi ab ipſo approbata. A parte Scripturæ, omnes ingenij vires advocavêre, quò Scripturæ* ſ *obſcuritatem &* t *inſufficientiam exaggerarent, nihilque reliquum factum, quod faceret abſterrendis à Scripturarum lectione Laicorum animis. 4.* u *Iuris Canonici decretum, quo omni de Religione collatione Laicis omnibus erat interdictum, ſeverè fuit obſervatum. Et quia meritò dubitari poterat, pluſne hic liceret Laico, etiam in Sacris verſatiſſimo, quam clerico illiterato,* x *definitum eſt, legem illam ſtrictiſſimè obſervandam, Laicumq; habendum omnem, qui nullis Eccleſiaſticis ordinibus eſſet initiatus. Quintò, Nec*

o Alph. de Caſtro, loco in Proleg. cap. 1 citato.
p Greg. de Valent. Anal. Fid. 8. 3.
q Staplet. de Princ. 8. 14.
r Bellarm. de Conc. 2. 11. & de Papa 4. 1.
ſ Bellarm. de verbo Dei lib. 3.
t De eâ ex profeſſo ſcripſit Card. Perron.
u Cap. Quicunque §. Inhibemus, de Hæret.
x Azorius Ieſ. Inſt. Moral. 8. 26.

enim

enim hic impudentia, poſtquam ei ſemel laxatæ habenæ, ſubſtitit, ut Gregi Dominico omnino excuterentur Scripturæ, prohibitum eſt, ne ipſa illa vulgata, nedum originalis & θεόπνευστος textus, in Linguas vernaculas transfunderetur. Quippe y *Gregorius* VII. *Vladiſlao Bohemorum duci ſcribens, diſerte prohibuit, Scripturam in Bohemicam linguam transferri. Et* z *Hiſpaniæ Reges ſub graviſſimis pœnis prohibuere, nequis S. literas in vernaculam tranſferret, aut tranſlatas retineret. Et noſtro ævo* a *Azorius Ieſuita non erubuit aſſerere, præclare id factum,* b MINIMEQVE EXPEDIRE, ut S. Literæ in vernaculas linguas tranſferantur. *Quid enim hoc aliud, quam non expedire ut Laici Scripturam legant? At videntur poſtmodum Pontifices non exigua neceſſitate huc tandem compulſi, ut aliquantulum de hac tyrannide remitterent. Inſurgebant nationes integræ, ſibiq́; negari non poſſe urgebant, quod Dalmatis, Ruthenis &c. olim conceſſum fuit, & quidem, ſi* c *Æneæ Sylvio &* d *Crommero credimus, non ſine numine.*

y Olaus lib. 16. 39.

z Alph. de Caſtro lib. 1. de cap. 13. de Hæreſib.

a Lib. 8. 26.

b Sic quoq́; Harding. art. 15. Sect. 5. Molanus de Pract. Theol 3. 27. & alij.

c Cap. 13. hiſt. ſuæ.

d De Rebus Polon. lib. 3.

Referunt enim illi, & ex illis non contradicens e *Azorius, cum Romæ eſſent qui Pontifici perſuadere ſatagerent, ne ea in re gentibus illis gratificaretur, auditam cœlitus vocem,* Omnis Spiritus laudet DOMINVM & omnis lingua confiteatur ei. *Hac & alia expugnavere tandem Pontificis pertinaciam hactenus, ut ex duobus malis eligendum ſibi minimum ratus, S. Literas vernaculè jam verſas & impreſſas, quibuſdam in locis, non cuivis ſine diſcrimine, ſed* f *paucis quibuſdam legendas permiſerit. Vnde & illud evenit, ut ſtatus controverſiæ poſtmodum à quibuſdam mutatus ſit, concluſumque à pleriſque,* verſiones vernaculas nec damnandas ſimpliciter, nec quoque ſimpl. permittendas; non expedire ut à QUOVIS SINE DISCRIMINE legantur. *Cujus rei vel* g *ſolus Bell. teſtis eſſe poteſt. Vt vel hinc appareat, eò ferri purpuratos illos Gnathones, quo Papa vexillum explicat. Quales autem eſſe debuerint, quibus licuit adire hanc Corinthum, Regula iſta jam ſub litera f. in margine annotata ediſſerit, vid. quos Epi-*

e Loco jam ante citato.

f Regula 4. à Pio IV. & Deputatis Conc. Trid. facta.

g De V.D. lib. 2. 15.

ſcopus

ſcopus aut Inquiſitor, adhibito in concilium Parocho, non damnum ſed utilitatem inde percepturos judicaret, & facultate in ſcriptis inſtrueret. Ubi & Bibliopolis poſita ſevera Lex eſt, ne limites iſtius facultatis excederet hominum, ut illi vocabant, curioſitas. Hæc autem facultas, ſi benè capio h *Azorium, omnino poſtea fuit revocata. Docet enim, in Indice Clementis* VIII. *juſſu edito, ad prædictam Regulam Pii* IV. *hanc additam obſeruationem, vid. per impreſſionem eam & editionem, nullam de novo tribui facultatem Epiſcopis vel Inquiſitoribus, vel Regularium ſuperioribus, concedendi licentiam, emendi, legendi aut retinendi vulgaria Biblia,* cum hactenus, *hæc ejus formalia ſunt,* mandato & uſu S. Romanæ & univerſalis Inquiſitionis ſublata iis fuerit facultas concedendi talem licentiam &c. *Et eodem capite ſic ait Azorius,* Quæres, an Bibliorum libri & capita in vulgari lingua tranſlata permittantur? Reſpondeo, primo aſpectu in 4. Regula prohiberi ſolùm, ne Biblia vulgari linguâ paſſim ſine diſcrimine permittantur le-

h Loco jam citato.

gi: In Hiſpania tamen, in Indice librorum prohibitorum ibi edito authoritate Inquiſitoris Generalis, regula VI. ſic habet, *Prohibentur Biblia vulgaria cum omnibus ſuis partibus*. Et in Indice recenti, juſſu Clementis 8. edito, ſublata eſt facultas concedendi licentiam legendi vel retinendi Biblia vulgaria aut alias Scripturæ tam N. quam V. T. i partes, quavis vulgari lingua editas. *Nihil jam dicam de tot* ὑποβολιμαίοις, *ſanctiſq; Patribus & Conciliis ſuppoſitis* k *ſcriptis, de* l *caſtratis & ad Pontificum libidinem recoctis Patrum lucubrationibus. Nihil de tot prohibitorum librorum & expurgationum Indicibus, quibus ceu novi Ægyptij Iſraelitarum tot fœtus contrucidàrunt. Prætervehar quoque* m *edicta ſanguinaria, intentatos & paſſim accenſos rogos, cottidiana vivicomburia, quibus librorum prohibitorum, inter quos ipſa SS. Biblia, invectiones, venditiones & lectiones coercere ſategerunt. Ea n. quæ à nobis relata jam ſunt, illud evincunt, nihil ipſis fuiſſe propoſitũ aliud, quam ut poculo iſto abominationis inebriati tot populi profun-*

i Nominatim Evang. & Epiſtolæ dominicales, nec non precationũ horariarum libelli, qui Pſalmum vel Canticum aliquod ex S. Literis contineant.

k De his videndi Eraſm. Capellus pro Caſaub. Perkinſius in Probl. & qui ex profeſſo hac de re nuperrimè doctiſſ. Rivetus.

l Videatur vel ſola præf. Iunij in Ind. Expurg.

m Edict. Albani anno 1570. & 1571.

profundiſſimo iſto ignorantiæ veterno æternùm manerent ſepulti. Nos clariſſ. virorum hortatu ex præcipuis, quæ ὡς ἐν παρόδῳ *jam attigimus, Religionis Rom. principiis, ſatis ſuperq́; à Theol. noſtris ſubverſis, Vulg. verſionē, novo ſcriptionis genere, aggreſſi ſumus, prioremq́; noſtri laboris partem, cum bono Deo, jam evulgamus.*

Eam a. cur vobis, Generoſe D. Comes, Illuſt. & Mag. viri, inſcripſerim, non eſt quod prolixe narrem, qui tot auctoramentis vobis obſtrictus ſum. Illud ſolum depoſco, ut labor hic meus G. T. atq́; AA. VV. acceptus ſit, propter materiã, quæ ſacra; cauſam, quæ omnibus Euangelicis Eccleſiis communis; animumq́; meum, qui ad bene de Eccleſiis Reform. in hoc meo circo merendũ eſt promtiſſimus. Eum ſi T. G. atq́; AA. VV. aliiſq́; piè doctis probavero, aliorum περιαυτολόγων *ſecurus ſinam præterfluere judicia. Illud enim mihi perſuaſiſſimum, ex quorumlibet judiciis lætitiæ doloriſve cauſas ſumere, eorum demum eſſe, qui turpiſſimæ Ambitioni, quam ego procul habeo, dixêre ſacramentum.*

Valete viri Magni & feliciter gubernate. Franekeræ Friſ. Nonis Martiis, 1620.

FRANCISCVS GOMARVS
D. SIXTINO AMAMA
S. P. D.

CEnſuras tuas, Eruditiſſime AMAMA, ad Vulgatam Pentateuchi Moſis verſionem ad me miſſas, non ſine fructu meo, nec ſine voluptate magna, percurri. Quippe in iis non obſcura pietatis, doctrinæ & modeſti candoris, documenta elucere comperi: quæ, ut rara hoc ævo, ſic in juvene, majorem admirationem & benevolentiam, promerentur. Pietatis enim non vulgaris eſſe duco, quod nec laboris, nec odij metus, neque operis, ære tuo excudendi, ſumptus deterruerint, quominus, ad S. Literarum authoritatem vindicandam, vulgatæ verſionis errores, à Conc. Tridentino profane ſtabilitos, retegeres & confutares. Doctrinam verò, ut operis exordium, varia utilique lectione conditum prodit; ſic par illius progreſſus, & linguæ & materiæ ſacræ peritiam, ſpirat. Modeſtiam denique & candorem interpretor, partim, quod nonnulla Vulgato Interpreti, æquitatis ſtudio, condonas: partim, quod rectè ab aliis obſervata ſuis auctoribus accepta feras, & inprimis clariſs. doctoribus, Iunio, Witakero, Sibrando, pro re nata, meritam laudem impertiaris. Quibus omnibus nominibus uti tua mirificè arriſit induſtria ac ſtudium; ſic nullus dubito, quin hic fœtus eruditionis tuæ piis doctiſq; ſit placiturus: adeoque ſtimulus acceſſurus juſtiſſimus, ut cœpta expolias, & reliqua, ſancto gnavoque auſu proſequaris. Quod, uti reip. literariæ nomine exopto, ita Deum quæſo, ut Spiritu ſuo ſanctis tuis conatibus aſpiret, remque univerſam benè vertat. Vale. Groningæ, Anno CIↃ. IↃ. CXX. Ianu. XI.

Digitized by Google

SIXTINI AMAMA
IN CENSVRAM SVAM
PROLEGOMENA.

CAPVT PRIMVM.

Argumentum. In quo æſtimio apud Patres & Scholaſticos veteres fuerint fontes. Vt ſequiori ævo cum Latina verſione commutati ſint. Ejus rei occaſio & cauſſæ. I. Ignorantia ling. & Barbaries. Quanta ea fuerit in Clero, etiam inter Inquiſit. Epiſc. Papas & in Conciliis: teſtes producti Canus, Eſpenc. Bell. Alph. de Caſtro. II. Pertinax propoſitum hæreticis nihil concedendi. Pagnini verſio cur non canonizata. Cur vulgata præ aliis. Speratum ex ea patrocinium errorum, quorum aliqui recenſentur. An ſit Hieron. diſſenſus Papiſtarum. Vbi Hier. minus favet Papiſtis, minus fuit illuſtratus à Sp. S. Canonizationis canon ipſo Alphonſo judice hæreticus. Pugna Pap. de recurſu ad fontes. Stupenda Ecc. Romanæ privilegia.

VNiverſa a antiquitas, & poſt eam pleriq́; Dd. Scholaſtici, textum Originalem V. & N. fœderis, conſtanter Ebraicæ, Græcæq́; veritatis titulo, condecorârunt, pulcherrimaq́; conteſſeratione eas prærogativas fontibus tribuêrunt, quas omnes Proteſtantium Theologi, eis tribuendas hactenus contendêre. Quin & ipſe b *Gratianus, tantæ apud Pontificios authoritatis vir, Canonicorum librorum fidem, ex Ebræis Græciſq́; voluminibus examinandam eſſe affirmavit. Verum ſequiori ævo, Pontificum dominatione erroribuſq́; paulatim incrementum ſumentibus, ut in pleriſq́; aliis, quæ priſci benè tradiderant, ita & hîc, verſæ ſunt rerum vices. Ecce enim fontes à Iudæis, hæreticiſq́; corruptos temeratoſq́; fictum eſt, vulgatâ neſcio quâ aut cujus ſubſtitutâ, in eamq́; omnes fontium prærogativæ tranſlatæ ſunt. Cujus rei occaſionem, cauſas progreſſumq́; paulò altius arceſſere, ipſiſq́; Papiſtarum verbis, ubi id fieri poterit, proponere eſt animus.*

Circa Reformationis initia, ea adhuc inter Clericos dominabatur linguarum Originalium ignorantia & barbaries, ut, teſte c *Epiſcopo Eſpenſæo,* in Latinis authoribus Græcè noſſe ſuſpectum fuerit, Ebraicè prope hæreticum. Lutherani contra, *ut refert Canus ex Cochlæo*, de peritia linguarum ſuperbiebant. Quod ſi quis novitatibus eorum contradiceret, prætendebant ſtatim lectionem Græcam vel Ebraicam, & continuò in Græcarum & Hebraicarum literarum igna-

a Euſebius præp. Eu. 8. 2. Euſ. hiſt. Eccl. 3. 10. Orig. apud Hier. in Ieſ. 6. Auguſt. de Civit. 15. 13. & contra Fauſt. 12. 23. & de Doct. Chr. 2. 11. Hier. ad Sun. & Fret. & in Zach. 8. & cõtra Helv. & Præf. in Pentat. Hilar. Pſ. 119. in Lamed. Ambroſ. de Sp. S. 2. 6. Lyra, Burgenſis, Doring. &c. paſſim.

b Diſtinct. 9. cap. ut veterum. Vide & Diſt. 76. cap. Iejunium.

c Comm. in 2. Tim. 3. quē Genebr. Chronol. lib. 4. *ait ab hæreticorum furiis fuiſſe alieniſſimū.*

d Canus Epiſc. Canarienſis Loc. Theol. lib. 1. c. 13.

ros plenis conuitiorum plauſtris invehebantur: e Authores Scholaſticos CCC integris annis linguarum ignorantia ſolâ Latinâ contentos eſſe coëgerat; Et tamen hi in dogmatibus Theologicis confirmandis multum confecerant. *Ideoq́ nec hæreticæ pravitatis inquiſitores decebat his eſſe Sapientiores. Nec videbantur itaq́* f cogendi, ut in puniendis & refutandis hæreticis ad Græcam & Ebraicam VERITATEM, QUAM MINIMÈ NOVERANT recurrerent. *Indignumq́ ſemper habitum eſt,* g à re PRORSUS INCOGNITA, graviſſimi Tribunalis pendere judicium. Abſurdumque Patribus iſtis viſum à noſtratibus ad alienos .i. Ebræos & Græcos appellare, nec non Impium, ad Iudæorum & Schiſmaticorum Senatum, referre Catholicæ fidei conſultationem. *Quin & hoc maximè obſtabat. quominus Catholici hæreticis hac in parte quicquam gratificarentur,* h quod hæretici, per Latinæ vulgatæ infirmationem, nihil aliud moliri viderentur, quam ut Inquiſitores, qui Græcæ atque Ebraicæ linguæ ignorantiâ tenebantur. Scholaſtici, qui vulgato Interpreti fidem ſuam alligarunt, Sancti denique priſci, qui Ebr. linguæ peritiâ caruêre, contemptui haberentur. *Porro ſi indicendum aliquando Concilium eſſet, metuendum erat, ne Epiſcopi & Abbates à cultu ventris abſtracti, priuſquam ad Concilium irent, linguam Ebræam & Græcam diſcere cogerentur. Et jam conciliorum aliquot, quæ ſe invicem excepe rant, experientia docuerat, veriſſimum eſſe quod Bell. argumento* IV. *ad aſſerendam Vulgatæ verſionis neceſſitatem & authoritatem affert, vid.* I. In conciliis generalibus Eccleſiæ, aut pauciſſimos, aut interdum nullos, eſſe linguæ Ebrææ peritos. *Nec meliora de ſui ævi Clero promittere ſibi auſus fuit Paulus* III. *Ipſi Patres conſcripti ſuæ tenuitatis ſibi hac in parte probè conſcii erant. Quàm inconſiderate & temere itaq́ feciſſent, ſi iſtas Editiones, quas illi ne legere quidem poterant, quas hæretici ſemper crepabant, quas plerîſque erroribus ſuis obſtare, vel ex novâ Pagnini tranſlatione colligebant, Si iſtas inquam Editiones declaraſſent authenticas? Quia vero ſine authenticis Scripturæ Tabulis Eccleſiam eſſe non poſſe videbant, providendum Eccleſiæ de tali aliquâ Editione putarunt, quam non omnes Laici* (ἕκας ἕκας ἐςε βέβηλοι) *ſed omnes Epiſcopi intelligerent.* LATINAM *ergo delegerunt, quam ab omnibus Epiſcopis intelligi hoc ipſo nobis voluêre perſuaſum, licet* k *Alphonſus de Caſtro de pleriſq. Papis Epiſcoporum Epiſcopis aſſerat,* adeò fuiſſe illiteratos, ut Grammaticam (*Latinam arbitror eum intelligere*) penitus ignorârint.

e Ibid. Pag. 108.
f Ibid. Pag. 109.
g Ibidem
h Ibidem
I. De verbo Dei lib. 2. cap. 10.
k Adverſus hæreſes lib. 1. cap. 4.

Sed

Sed nec Latinam ſine delectu. * *Variæ Editiones Latinæ circumferebantur.* Pagninus ex ordine Præd. Monachus, cum animadvertiſſet (*verba ſunt Senenſis*) Vulgatam, vel temporum injuriâ, vel hominum incuriâ, maximâ ex parte fuiſſe corruptam, Leone x. ‡HORTANTE conſultis optimis Ebræorum exemplaribus, quantâ valebat fide & induſtriâ, omne V.T. ex Ebraica veritate, Latinitate donaverat.

Ἀλλ' ȣ̓κ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

Nec eam inſtituto ſuo convenire arbitrabantur Patres. Quin & ſi forte conveniſſet, & hoc modo conſiderata, cum vulgatâ æquis paſſibus ambulaſſet, tamen honorem iſtum Pagnino eiuſque verſioni invidiſſet livor, qui tantum abeſt, ut ab Ordine ſacro exulet, ut potius in eo, tanquam fundo hæreditario, ſedem ſuam fixiſſe omnium ſæculorum docuerit experientia. Ordinem quoq; Prædicatorum (quæ tot iam retrò annis inter Ordines æmulatio) plus nimiò tali Alumno ſuperbiturum veriti ſunt. Itum ergo ad Latinam veterem eſt, quam, annorum aliquot uſu, pleriſque Erroribus egregiè patrocinari, didicerant Irrepſerat in eius Codices vox IPSA Gen. 3. Vnde Invocationem Mariæ τῆς Θεοτόκȣ *ſtabiliverunt: Ex locis Gen. 6. & Luc.2 14. pravè converſis, viribus liberi Arbitrij quæſitum fuit velamentum.* l *Miſſam,* m *purgatorium,* n *Limbum.* o *Meritum congrui & condigni,* p *adorationem Sanctorum,* q *imaginum,* r *rerum ſacrarum,* ſ *infallibilitatem conciliorum,* t *incertitudinem Gratiæ, & alios præterea errores, loca ejus aliquot, vel manifeſtè, vel in ſpeciem ſtatuminabant, quibus omnibus eadem loca in Originali nihil præſtare potuiſſent Patrocinii. Quò denique plus authoritatis ei conciliarent, univerſam Antiquitatem, hâc uſum fuiſſe prodidêre. Quod ipſum, licet ad authentiam nihil omnino faciat, tamen falſiſſimum eſſe docuit* a *noſter VVitakerus. Alij hoc ipſo fine univerſam eam Hieronymo aſſcripsêre, quam audaculam Eugubini aliorumq; aſſertionem* b *ipſi Pontificii flagellârunt, qui tantùm ex parte eam Hieronymo aſſignârunt, authoritatemq; ejus, non ab authore, ſed ab Eccleſiâ approbante, pendêre docuerunt. Vnde ea, quæ ipſe Hier. in Vulg. emendârat,* ‡ *inſuperhabita ſunt, hoc obtentui ſumpto,* * *Hieronymum majore & pleniore luce inter vertendum, quam inter commentandum, fuiſſe illuſtratum. Eò itaq; tandem primi Tridentini devenêre, ut humanum ſcriptum, nihil enim jam dicam gravius, Canonizarint, fontibusq; non dico æquârint, ſed* c *prætulerint. Sic enim habet Decretum 2. Seſſionis 4. Ebrææ Græcæq; veritatis plane immemor.*

* Senenſis Bibl. ſanctæ lib. 4. in litera S. Santes Pagnin.
‡ Imo *jubente*, inquit Steuchus præfat. in Recognitionem, quo nomine Pōtificem reprehendit. vide Ibidē.
l Gen. 14. 19
m Gen. 23.
n Ge. 37. 25
o Gen. 4. & Ebr. 13. 16.
p Ge. 48. 16
q Ebr. 11. 21
r Pſal. 99.
ſ Ioh. 14. 26
t Eccl. 9. 1.
a De Script. Contr. 1. qu. 2. cap. 7.
b Bell. lib. 2. cap. 9. Maldon. Luc. 16. Sacroboſcus p. 1. cap. 3. Azorius Inſt. Mor. 8. 3. Lindan. de Opt. gen. Interpr. Stapul præf. in Epiſt. Pauli.

‡ Bell. cap. 9. lib. 2. * Ribera in Abd. num. 114. c Vide Canum in locis Theol. 2. 13.

Sacroſancta Synodus, ut innoteſcat, quænam Editio ex omnibus Latinis Editionibus &c. pro authenticâ habenda ſit, ſtatuit & declarat, ut hæc ipſa vetus & vulgata Editio, quæ &c. in publicis Lectionibus, diſputationibus prædicationibus & expoſitionibus pro authenticâ habeatur, & ut nemo illam, c quovis prætextu, rejicere audeat vel præſumat.

Quo decreto prohibitum eſſe ad fontes recurrere, ex iiſque liquorem proferre, non mentitur Calvinus, quod verbum Bellarmini ſubinde ſuggerit ſplendida bilis, ſed veriſſimè prolocutus eſt. d Nullum enim prætextum admittit, qui quemvis excludit. *Unde non erubuit Canus, poſtquam aliquoties concluſionem hanc iteraſſet,* e Nunc temporis ad Græca & Ebræa exemplaria ut quæ depravata ſint (*locis vid. v. teſte Bell.*) non eſſe recurrendum, *in hæc verba erumpere,* f ſanioris conſilii eſſe limpidam aquam ex defæcatis lacunis (*.i. Vulgata verſione*) quam ex turbato fonte liquorem obſcœnum bibere. *Portentoſum certè & g hæreticum decretum, & cui non niſi ab authoritate Eccleſiæ, eamq; repræſentantis Concilij, & qui ſuprâ hoc ipſum eſt, Papæ, quærere audent obtentum. Nihil diſſimulant Indicis Hiſpani Expurgatorij compilatores, quorum hæc ſunt verba,* Licet ea quę Auguſtinus & Hieronymus docuerunt, *nempe de incorrupta veritate fontium,* vera ſunt, tamen poſt Concilii Tridentini (*en caput Meduſæ*) decretum, non licet Vulgatę verſionis teſtimonia, quovis prætextu, rejicere. *Nec latebras hic quærit Bellarm. dum fatetur* e Vulgatæ verſionis authores errare potuiſſe, ſed in hac verſione non erraſſe, quia eam Eccleſia approbavit. *Et* f *Azorius, quaſi ex præſcripto,* Etſi per hypotheſin concedamus Interpretem in Interpretatione labi potuiſſe, non tamen potuit Eccleſia, in approbandâ Vulgatâ errare aut decipi.

t Vel *quocunque*, ut apud Greg. de Valent. Anal. Fidei lib. 8. 5.
d Morton. Apolog. parte 2. lib. 1 cap. 10.
e De locis Theol. 2. 13
f Cap. 14. in princip.
g Alphonſus de Caſtro de Hæreſib. lib. 1. cap. 7. *Velle humanas ſcripturas in divinarũ ordinẽ connumerare* (nedum divinis præferre) *hoc ego dixerim hæreſin.*
e De verbo Dei lib. 2. cap. 11.
f Inſt. Mor. Tom. 1. lib. 8. c. 3. §. 2.

CAP. II. Tranſitur ad decretum Trid. de emendandâ Vulgata. Quam ſtrictè illud acceptum à Papiſtis. Emendatiſs. verſio canonizata priuſquam extitit. Quam lentè proceſſerit correctionis negotium. Sixtus v. manum admovit. Lucæ Brugenſis opuſc. Diu Eccl. Rom. fuiſſe ſine authenticis Script. tabulis. Clemens VIII. reſumpſit & Sixtina recognovit. Bellum Papale D. Iameſii. Sixti v. inſueta Papis diligentia. Pia fraus Clementis, quò ab errandi poſſibilitate vindicetur Sixtus Lucæ Brug. catalogus alter errorum in Emendatiſſimâ adhuc extantium. Bell. & Bandini teſtimonia, quam oſcitanter Papæ Scripturam tractârint.

Dum

Digitized by Google

DVm vero in eodem decreto parte 3. ſanciunt Patres, ut non quævis Vulgatæ Editio, ſed quam emendatiſſima, *pro authenticâ habeatur, aliquam prudentiæ laudem tribuendam iis putârit aliquis, niſi hoc ipſum ita explicarent pontificii, & comprobaſſet Experientia,* g ut ea tantum à mendis veterum librariorum & pravarum Emendationum erroribus repurgaretur, idque poſt inſignium Academiarum Theologorum labores, qui in vulgatâ priſtino nitori reſtituendâ non parum laboraverant. *Et certè opus videbatur, ut ex variis Lectionibus, quarum plauſtra congeſſerant Lovanienſes, certam aliquam interpoſitâ authoritate, & infallibili ſuo judicio, ſignaret Pontifex. Atque adeò quivis videt, non obſervatam hic fuiſſe* h *Acoſtæ Ieſuitæ Hiſpani regulam,* tum, *videlicet* demum habendam interpretationem bonam cum concordat originali linguæ; *cujus tamen potiſſima habenda fuiſſet ratio,*

g Præfatio in Edit. Clem. 8.

h De Chrõ. revelato, lib. 2. 15. initio.

Emendatiſſima itaque verſio authentica in Conc. Trident. pronunciata eſt, priuſquam extitit. Vt autem videant Lectores, quot annis poſt hoc decretum verſio ea emendatiſſima prodierit, contraham hiſtoriam ejus partitudinis, quam prolixè deſcripſit præfator in Biblia Clementis. Narrat itaque primo Pium IV. & poſt eum Pium V. in hac emendatione laboraſſe, negotio dato lectiſſimis aliquot Eccleſiæ R. Cardinalibus. Verùm Conventum iſtum ob graviſsimas Romanæ ſedis occupationes jamdudum intermiſſum Sixtum V. ad Pontificatum evectum revocaſſe, & opus tandem confectum publicaſſe. *Vnde hoc mihi videor neceſſariò inferre poſſe,* Tot annis Eccleſiam R. fuiſſe ſine authenticis Scripturæ tabulis, aut habuiſſe Tabulas corruptiſsimas pro authenticis. *Quantum enim Errorum ſuo judicio ſuſtulerit Sixtus, ſi videre geſtit animus, non ſuaſerim ut ejus Editionem cum prioribus conferas, Moleſtum nimis hoc eſſet; Compendifecit tibi laborem iſtum Lucas Brugenſis Theologus & Decanus Pontificius, in libello, cui titulum fecit,* Romanæ correctionis loca aliquot inſigniora. *Sed ulterius eamus* i *Biennio poſt, cum jam Sixtus mortalitatem expleſſet & in fata quoq; conceſſiſſet Vrbanus* VII. *Gregorius* XIII. *& Innocentius* IX. *Clemens Octavus alia nova Biblia edidit juſſu ſuo recognita & à craſſioribus mendis in Sixtinâ relictis purgavit. Quantum rurſus errorum ſuo judicio ex Sixtinâ Clemens ſuſtulerit, oſtendit Thomas Iameſius Doctor Theologus & Bibliothecæ Bodlæanæ Oxonij Proto-Bibliothecarius, amicus noſter benemeritus, qui variis Lectionibus ex ſolâ Sixtinæ & Clementinæ collatione, pro Catalogo ſatis craſſum volumen explevit, cui titulum fecit.*

Pius IV. Pius V. Sixtus V.

i Vide eandem præfationem.

Vrban. VII. Greg. XIII. Innoc. IX. Clem. VIII.

Digitized by Google

Bellum Papale. *Sed ne poſt Clementis quidem eiuſque delegatorum Curas & expurgationes hanc ipſam verſionem ſatis emaculatam eſſe, ut teſtimonio ingenuo Bellarminus, ita multorum locorum allegatione Lucas Brugenſis ſupra nominatus oſtendit luculentiſſimè. Hic enim poſt edita loca inſigniora Correctionis Romanæ ſub utroque Papâ Sixto & Clemente elaboratæ, edidit alium Libellum ſive potius Catalogum, quo exhibuit complures alias Lectionum varietates, ex vetuſtis MM. SS. exemplaribus collectas,* quibus poſſet, *hæc eius verba ſunt*, perfectior reddi feliciter cæpta correctio, ſi accederet Pontificis authoritas. *Nos eas ad* v. *libros Moſis excerptas ad calcem huius libri adiecimus. Bellarmini hac de re teſtimonium extat in præfatione Brugenſis ad prædictum libellum Iacobo Blaſeo Epiſcopo Audomarop. inſcriptum. Citat enim hoc Epiſtolæ Cardinalis Fragmentum, datæ Capuæ 6. Decembr. 1603.* De libello ad me miſſo gratias ago, ſed ſcias velim, Biblia vulgata non eſſe à nobis accuratiſſimè caſtigata, multa enim de induſtria juſtis de cauſis præterivimus, quæ correctione indigere videbantur. *Eundem in modum Ioh. Baptiſta Bandinus præfectus Vaticanæ Typographiæ Card. Bellarmini iuſſu ad Moretum ſcripſit his verbis,* Fateor in Bibliis nonnulla adhuc ſupereſſe, quæ in melius mutari poſſent, quædam etiam neſcio quo pacto impreſſa reperiuntur, ut E. G. 1. Reg. 2. 17. *retrahebant homines à ſacrificio,* cum libri omnes & impreſſi & MS. habeant, *detrahebant homines Sacrificio, &c. Et tamen* k *Sixtus, ut ad eum recurrat oratio, ſua illa Biblia pro authenticis & emendatiſſimis ediderat.* Hac noſtrâ, *inquit*, perpetuò valiturâ conſtitutione de venerabilium Fratrum noſtrorum Cardinalium deputatorum conſilio & aſſenſu, & ex noſtrâ certâ ſcientiâ, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus ac declaramus, eam Vulgatam ſacræ tam V. quam N. T. paginæ Latinam Editionem, quæ pro authenticâ à Concilio Trid. recepta eſt, ſine ulla controverſia cenſendam hanc ipſam, quam nunc evulgamus.

k Sixtus in Bullâ Bibliis ſuis præfixâ.

Sed Sixtum excuſat is, qui præfatus in Clementinam eſt, aitque vitia illa per Clementem ex Sixtinâ ſublata fuiſſe tantùm Typographica, præli vitio irrepſiſſe, ipſique Sixto obſervata poſtea fuiſſe, ipſumque decreviſſe opus ſub incudem revocare, at morte præventum id præſtare non potuiſſe. *O miſerum Pontificem, qui cum hoc privilegio gaudeat,* l *ut, ſive in Iudicando diligentiam adhibeat, ſive non adhibeat, infallibiliter definiat, hic tamen in corrigendo non cernat acutius quam*

l Gregorius de valentia. Anal. Fid. 8, 3.

ne

vel ego, vel alius aliquis ex face homuncio. Ipſe enim Sixtus (notate hoc Lectores tanquam inſuetæ Pontificum diligentiæ exemplum) in præfatione ſuorum Bibliorum ſic diſertè profitetur. quo magis incorruptè res perficeretur, noſtrâ nos ipſi manu correximus, ſi quæ prælo vitia obrepſerant. *Quin & a Angelus Roccha Sixti familiaris addit,* eum univerſa Biblia ſic emendata & recenter impreſſa de integro perlegiſſe, ut omnia fideliter recognita in lucem prodirent. *Tunc itaq; tempeſtivum adhuc fuiſſet indicare, ſi quæ poſtea obſervaſſet errata : at non indicavit, nec Roccha, quod ſciam, ullam eius rei mentionem facit.*

a Cōment. de Bibl. Vaticana à Sixto v condita, pag. 229.

Videte itaq; Lectores & perpendite, nunquid piâ, ut vocant fraude, excogitatus ſit hic à Clemente prætextus. Inſpicite D. Iameſii bellum papale, videbitiſque quamplurima à Clem. mutata talia eſſe, ut Typographicorum ſphalmatum prætextus futurus ſit ex maximè ridiculis. Atque hic reſpondeant vel tandem Adverſarii, utra pro Authenticâ habenda ſit editio, & emendatiſſima, Clementina an Sixtina? Clementinam quidem dicit Præfator eius. Sed cum correctionis Clementinæ prætextum ab ipſo falſi argui, iam à nobis oſtenſum ſit, quid aliud reſtat, quam ut Sixtus manifeſti Erroris convincatur, aut ſtupendæ in corrigenda coecitatis, ſi prætextum illum potius lubet linquere in integro.

CAP. III. Ex lentitudine Correctionis duo illata Conſect. An Papæ potuerint vulgatam omni ex parte correctam dare? An dederint? An & quatenus Errore careat Vulgata, diſſonantia Papiſtarum. Magnum Rom. Eccl Privilegium, tunc etiam errare non poſſe cum Errores Canonizantur. conquiruntur variantia Papiſt. ſuffragia de puritate Vulg. verſionis. duo loca ad Fidem pertinentia allegantur, ubi Vulg. ipſis Papiſtis judicibus erravit.

Atque ita oſtenſum eſt, b XLVI. *annos* c *emendatiſſimam hanc verſionem Eccleſiam Romanam parturiviſſe. Ex quibus duo illa quoque conficiuntur. I. Nimium temporis interceſſiſſe, quo neque certam, nec conſtantem, neque veram & authenticam Editionem Romana habuerit Eccleſia, dum illâ uſa aut abuſa eſt, quam corrigendam à tot mendis ipſi tandem viderunt & confeſſi ſunt Patres.*

b Decretum illud factum eſt Anno 1546. Clementina prodiitanno 1592.

II. Nimis probabiliter ac veriſimiliter aſtrui, plurimùm quoque errare potuiſſe atque erraſſe à vero eandem, cum, quam ſequeretur certò conſtanterque in veri inveſtigatione ac dijudicatione, Cynoſuram ac normam non haberet, ac indubitatô authenticoq́ Textu careret.

c Si id elogii meretur verſio, in qua multa, ſunt quæ in melius mutari poſſent.

Videamus iam obiter, quam concordes, in interpretanda huius verſionis authoritate,

authoritate, ſe præbeant Adverſarij, qui poſt Concilium Trident. ſcripſere. Æquum & requiſitum neceſſarium id eſſe videtur, ut illud quod authenticum eſt, quodque ſub Anathematis pœna ab omnibus ſecundum omnes ſui partes pro Canonico & authentico haberi debet, omni omnino errore, ſi fieri id ullo modo queat, & depravatione, careat. Quo enim alio argumento hanc prærogativam fontibus detrahunt Pontificij? Iam verò quis Pontificiorum inficiari auſit, & ſi forte auſit, quo colore, Papæ, in cuius pectore omnes ſapientiæ Theſauri clauſi ſunt, vires excedere, vulgatam verſionem, ab omnibus erroribus & depravationibus, repurgare? Et tamen Præfator in Clementinam, ſumpta ultra Ieſuitam, audacia dicam, an modeſtia, aſſerit difficile eſſe pro humana imbecillitate affirmare, eam omnibus numeris abſolutam eſſe. *At ſi Papa, qua Publica perſona eſt, errare non poteſt*, & ſi huius decreti executio, Scripturarum integritas & puritas, *ut ipſe dicis*, ad curiam Apoſtolicæ ſedis potiſſimum pertinet, *Cur hanc verſionem omnibus numeris abſolutam dare non potuit? Potuiſſe quidem, ſed noluiſſe Papam, innuere videtur Præfator, Dicit enim*, multa, quæ mutanda videbantur, immutata relicta, eò quod propoſitum ipſi non fuerit antiquum Interpretem ulla ex parte corrigere vel emendare, ſed ipſum à mendis veterum librariorum & pravarum Emendationum erroribus repurgare, *quod quam feliciter præſtitum ſit, jam oſtenſum eſt, & ſuo loco amplius apparebit. An ergo præter librariorum & pravarum Emendationum errores, nulli obſervati ſunt ipſis alij? Certe, obſervati videntur. Quid enim aliàs illa ſibi volunt*, quæ mutanda videbantur, &c., ulla ex parte corrigere? *Corrigere enim præſupponit pravum. Hi ergo erunt errores interpretis, nec enim video quod tertium hic dari poſſit. Sed cur id ipſis propoſitum non fuit? An quod loca illa, in quibus exorbitavit Interpres, minoris momenti ſint? Illud verò in progreſſu nimis fiet manifeſtum. Hic in genere tantùm aurea illa Baſilij ad Amphilochium expendantur verba*, nihil eſſe in Scriptura, quod non magni momenti ſit, utcunque nobis nihil aut parum eſſe videatur. *Et veriſſimè Poſſevinus, cuius vel ſolum nomen apud ſuos fidem mereatur* * In Ebraica Scriptura, tot eſſe ſacramenta, quot literæ; tot myſteria, quot puncta: tot arcana, quot apices.

Præfator Ibidem.

Ibidem.

* In Bibliot. Sel. lib.

a Analyſ. Fid. lib. 8. cap. 5.

b Defenſ. decreti Tridentini pro vulg. verſ. part. 2. c. 9.

c Ad Habac. 2. num. 13. non puto fas eſſe credere, Eccleſiam pati in Edit. vulg. aliquid, quod non ſit dictatum à Sp. ſancto, &c.

Sed convertat ſe Oratio ad alios. a *Gregorius de Valentia &* b *Chriſtoph. à Sacroboſco &* c *Ribera aſſerunt*, in vulgata tantum ineſſe lapſus Typographorum, aliàs emendatiſſimam ab omni errore eſſe. *Sed quomodo lapſus Typographorum boni viri? Hos utique potiſſimùm tollere tot*

Sanctiſſimi

Sanctiſſimi Papæ annisi ſunt, & potuiſſe hoc eos præſtare creditis. Sed hæc ſurdis. Ego παχύς τις ὢν ſic colligo, Si tantùm inſunt lapſus typographorum, nulli ergo Interpretis, ne quidem in locis extra fidem & mores. Quid ad hæc alij? Multi, *inquit* c *Azorius Ieſuita.* qui poſt concilium Trid. ſcripſere, ut d Vega, e Sixtus Senenſis f Payva g, Lindanus, h Canus, fatentur aliquos eſſe in Vulgatâ Latina errores, non ſolum vitio ſcriptorum, ſed etiam ipſius Interpretis incuria vel ignorantiâ. *Vbi hoc obiter obſerva Lector, Ex his iiſq; quæ ſupra ex Bellarm. & Azorio prodidimus, neceſſariò hanc reſultare aſſertionem.* Eccleſia Romana ſeu Papa errare non potuit in Canonizanda & approbanda ea verſione, cujus author ex Ignorantia ſubinde erravit. *Magnum profectò privilegium, tum quoq; ab errore immunem eſſe, quando error approbatur, confirmatur, Canonizatur, ac univerſo mundo propinatur pleno poculo. O verè poculum abominationum! Et ne quis Ieſuita in his contradictoriis diſtinguat tempora, obſervandum eſt Azorium paulo poſt eodem capite, de eadem verſione ſine ulla temporis diſtinctione hæc pronunciare,* Mihi autem verior videtur eorum opinio, qui exiſtimant Latinam non modo in rebus fidei & morum, ſed & in cæteris OMNIBVS errore carere, *Quæ verba evidenter meam ex Valentiani verbu deductionem ſtabiliunt. Atque hanc Azorij aſſertionem, proculdubio Poſſevinus amplectitur, dum vulgatam vocat Columnam veritatis, & portum ad quem ex tot diſſentientium verſionum fluctibus debeamus appellere. Et certè aut ratio Decreto Tridentino conſtare non poteſt, aut ſic ſtatuendum eſt; laudoq; candorem iſtorum, qui ſine verborum involucris dicunt quod ſentiunt.*

Vt itaq; tandem ſuffragia colligamus. 1. Quidam aſſerunt nullos omnino eſſe in eâ errores Interpretis. 2. Alij fatentur quidem, eſſe in ea errores interpretis, ſed in locis fidem & mores non concernentibus. 3. Adduci non ex infimo ſubſellio poſſent qui & in iſtis, quæ fidem moreſq; concernunt, locis, errores Interpretis agnoſcunt. Quot enim ſunt qui Gen 3. Ipſe *legendum docuêre atque evicere? At Clemens* Ipſa *probavit, quo ipſo non in librariorum aut exſcriptorum, ſed ipſius Interpretis nomen, vox* Ipſa *data eſt. Si enim à Typographi vel librarij aberrante manu illud eſſe credidiſſet, ſuſtuliſſet proculdubio. Locum autem iſtum ad fidem pertinere ipſi Pontificij oſtendunt, dum eum ad tanti, ut ipſi exiſtimant, momenti negotium toties totieſque citant. Quin & Pſ. 2. in fontibus* Oſculamini Filium *eſſe,* a *Bellarm. prodidit, eumque locum adverſus Iudæos invictum eſſe docet. Additq; ex vulgato* Apprehendite diſciplinam *adverſus eos adduci nihil*

c Inſt. Moral lib. 8. c 3
Tom. 1.
d ad Conc. Trid. 15. 9.
e lib. 8. ad finem.
f Def. Conc. Trid. lib. 4.
g lib. 2. 12. & lib. 3. cap. 10 11, 12. de Opt. genere Int.
h Lib 2. 13. Loc. Theol.
a lib. 2. de Verbo Dei cap. 2.

Digitized by Google

poſſe. Hunc autem locum ad fidem pertinere quis auſit ire inficias? Et tamen hic aut Interpres lapſus eſt, aut ſi lapſus non eſt, Iudæi locum, nihil adverſus eos facientem, de induſtriâ corruperunt in prophetiam, ex qua inviƈtum contra ipſos argumentum peti poteſt: quod nec hic nec alibi ab iis factum, tam egregiè pro nobis, iiſdem in libris, diſputat Bellarminus. Ac talia ſane complura occurrent.

CAP. IV. Anacephalæoſis præcedentium. Laudantur Theologi qui huic decreto contra ivêre. Eorum ſcopus quis fuerit. Noſtræ ſcriptionis quæ occaſio, quis ſcopus. Witakeri votum.

EX his omnibus cum luce meridiana clarius evadat, Vulgatæ verſionis Canonizationi (utor, in re monſtroſa, voce monſtroſa) linguarum Originalium ignorantiam, & errorum Papiſticorum ſperatum patrocinium occaſionem præbuiſſe; Cum oſtenſum quoque ſit, quam portentoſa hujus authenticæ Scripturæ fuerit paritudo, quam lentè ea proceſſerit poſtquam tot jam annis ante Canonizata eſſet, quàm inextricabili difficultati involverint hoc decretum poſteriores Clementis curæ, quàm varie hanc authentiam extenderint varij inter ipſos Dd. Eorum ſemper honos, nomen laudeſq́ manebunt, qui huic decreto a *ſe maſcule oppoſuêre, qui non tantum hoc ſibi agendum putarunt, ut incorruptam textus Ebr. veritatem aſtruerent, ſed etiam oſtenderent,*

a Inter quos primas ſuo merito tenent, viri Clariſſimi D. Lubbertus, præceptor meus obſervādus, & Witakerus Anglus, quorum lucubrationes omniū manibus teruntur.

Eam verſionem quæ corrupta eſt, vitioſa, ambigua & ob id ſæpe periculoſa, eam inquam verſionem quæ multis locis vana, ſuperflua, mutila, barbara, quæ Spiritus S. mentem nec Majeſtatem aſſequitur nec ſenſum explicat, quæ deniq; ſat lucis in ſe non habet ad Scr. phraſin ſententiamque illuſtrandam, nullo modo poſſe eſſe authenticam.

Occaſio ſcriptionis.

At cum Syllogiſmi, cujus hæc major fuit, minorem, Vulgatam vid. talem eſſe, *nullus Theologorum quod ego quidem ſciam ex Profeſſo ſuſceperit probandam, ſeriò aliquoties cogitatum à nobis fuit, nunquid cum fructu in ſingulos libros vulgatæ verſionis cenſura inſtitui poſſet, atque in unum volumen redigi, tum quicquid in eam fortè à Theologis tam Euangelicis quam Pontificiis ſparſim & per occaſionem noveramus animadverſum, tum quicquid ab ijs poſterorum induſtriæ videbatur relictum. Hic poſtquam Theologi quidam ex Anglia conſiliis & incitamentis nos animaſſent, ſuccurrit etiam judicium Cl. Theol. VVitakeri, qui in accuratiſſ. ſuis de Scriptura diſputationibus Cont. 1. Quæſt. 2. cap. 10. circa finem, poſtquam aliquot errores*

errores Vulgati ex Geneſi obiter indicaſſet, ſic tandem deſinit, Et vero cum multi SS. Literas ex fontibus in varias linguas tranſtulerint, hujuſque vulgatæ Editionis errores in ſuis verſionibus correxerint, ij mihi ſane laboré perutilem præſtare viderentur, qui librum de hujus verſionis Erroribus ſeparatum diligenter & accurate conſcriberent, Ex hoc enim labore omnes id commodi perciperent, ut quantum inter Ebraicæ veritatis puriſsimos fontes & hujus cœnoſos rivulos intereſſet, videre poſſent. *Quod judicium Viri magni cum ad ſupradictorum Theologorum conſilia acceſſiſſet, eò tandem deſcendimus, ut Deo Opt. Max. voverimus laborem iſtum, dummodo vitam & otium concederet humeroſq; confortaret oneri iſti ferendo. Deſcriptis his Moſis libris diu in dubio ſtetit animus, num mox pergeremus. Multis ultro citroq; penſatis, placuit nonnihil ſubſiſtere, atque in hoc ſpecimine experiri doctorum iudicia. Si placebit noſter hic labor, non recuſabimus vel cum valetudinis diſpendio, ea quæ in reliquos iam obſervata & affecta ſunt, conficere; Licet, ut ingenuè fateamur, diſpari alacritate acceſſuri ſimus ad Prophetas, Iobum, Pſalmos, alioſq; difficiliores libros, qui in vulgatâ verſione totidem quaſi Augeæ ſtabula ſunt, quibus vix Hercules totidem repurgandis ſufficiant. Quod vel ideo notandum duximus ut non faſcinatus præiudicio Lector iudicet, quo loco ea verſio habenda ſit, quæ in libris Moſis, præ libris iſtis, facillimæ phraſeos ac dictionis, tot erroribus ſcateat.*

CAP. V. Obſervanda Lectori proponuntur nonnulla. 1. Craſſiora ſphalmata tantùm detecta. Pontificiorum Confeſsiones cur allegatæ. Serarij laus. Linguarum proprietas. Quo ſine producti veteres Interp. Ariæ Montani & Pagnini ſors. Ejus judicium & vaticinium de Ieſuitis. Quæ Editio nobis uſurpata. Fidei correctorum Rom. ſpecimina aliquot.

SEd antequam telam illam exordiam, quædamur adhuc præmittere animus eſt, ut Lector Conſilij noſtri non plane ſit ignarus. Obſervanda in hoc opere.

1. Craſſiora Sphalmata detexinus, productis non rarò ipſorum Pontificiorum teſtimoniis, & quæ incautis extra diſputationis calorem ſæpiſsime excidêre, confeſſionibus. Anteſignani hic ſunt Hieron. ab Oleaſtro Inquiſitor Vliſsiponenſis, qui & ipſe Concilio Tridentino interfuit, cujus commentarium in Moſem Cl. Gomarus nobis utendum dedit, Cardinalis Cajetanus & Auguſtinus Steuchus Eugubinus, Epiſc. Kiſamenſis & Bibliothecæ Pontificiæ Præfectus, cuius lucubrationes habuimus ex Bibliotheca doctiſſ. Miniſtri Edovici Campegij. Atq; hic profitemur nos Minerval debere * *Serario, à quo* * Minervalis lib. 1. c. 6.

 edocti

edocti ſumus, his potiſſimum caſibus hæreticos nominandos & citandos eſſe, 1. Cum committendi inter ſe Ægyptij ſunt. 2. Cum ſententiæ alicui ut firmior apud alios Novatores ſit, quædam veluti ἐρείσματα & anterides aſtruendæ, ut eorum, ne illam duntaxat oppugnent acrius, linguarias cohibeat machinas. Multa, quæ ipſi illi Pontificij aliiq́ in eâ carpſêre, tranſmiſimus, non quod putemus ea injuſte cenſoriâ Virgâ notata eſſe, ſed primò, quod aliquod velamentum ipſi præviderimus, quo ea aliquatenùs tegi & obvolvi poſſent. 2. Ne videremur nimiâ carpendi prurigine καὶ ἀμετρίᾳ τῆς αἰνθολκῆς laborare. 3. Quod prævidebamus vel ſola inexcuſabilia & craſſiſſima ſphalmata ſatis fore, ſic ſatis craſſo volumini implendo. Paucula tamen quædam periculo verbisq́ ipſorum Papiſtarum, E.G. Cajetani Cardinalis, Auguſtini Steuchi, Ioh. Benedicti Theologi, ut Senenſis eum indigitat, celeberrimi Pariſienſis, Lyræ &c. taxavimus, cujus rei, quotieſcunque id factum à nobis eſt, rationes non frivolas habuimus. Sciens volensq́ nuſquam prævaricatus ſum, nullumq́ locum meis verbis caſtigavi, de cujus conciliatione poſt ſeriam Meditationem non deſperavi, niſi forte novum Lexicon, novamq́ Grammaticam Ebr. nobis procuderet Omnipotens ille Canonizator, aut alius Clementior Sixto, præ octavo illo. Sed, ut eò redeat, unde digreſſa eſt oratio, dico & profiteor, me, iſtis, quæ ullo modo excuſabilia videbantur, relictis, ea ſolummodò perſecutum eſſe, quæ manifeſtè vitioſa, corrupta, ſuperflua, mutila & periculosè ambigua, quæ deniq; eam lucem ad Sp. S. mentem exprimendam non habent, quam habere poſſent, quæq; in Interpretem cadere poſſet. Quamvis nec ea ſemper exagitavimus, ubi ſc. Sp. S. mentem non plenè ſatis aſſecutus eſt, non quod parum id eſſe arbitremur, ſed quod ſciamus ita comparatum eſſe cum fontibus, ut quantâlibet fide & induſtria in alienas linguas transfuſæ & q. percolatæ, plurimum de nativo ſucco & ingenita ἐνεργείᾳ amittant, & per conſequens etiam de authoritate. Velim te & hoc notare Lector, ex erroribus ſæpius iteratis nos ferè ſemper eum, in quo primò occurrebat, locum, tantummodò annotaſſe, ne aſſidua repetitione nimis excreſceret hic libellus.

2. Paſſim etiam annotavimus, quinam errores apud Papiſtas, ex depravatâ verſione aliqua, vel ortum, vel incrementum, ſumpſerint. Parce tamen & timide hic falcem agitavimus, tanquam in alienam meſſem.

3. Sæpe à nobis producti Interpretes veteres. Græci LXXII. Fragmenta Aquilæ, Theodotionis Symm. &c. nec non Chaldaicæ Paraphraſes, & inter eas, ea quæ Onceli eſt: Non quod vitioſum arbitremur quicquid ab

iis di-

iis diverſum eſt, ſed ut hoc modo occurreremus, ſi quis forte regereret, vulgatam verſionem quidem his & illis locis ab Ebræo textu, ut nunc legitur, diſſidere, ſed olim Ebræum textum iſthic aliter fuiſſe lectum, quod tunc erubeſcet aſſerere Adverſarius, ſi viderit eos Interpretes, quorum pleriq; ut Chaldæus Oncelos & LXX. vulgato antiquiores ſunt, ita legiſſe, ut hodie Ebraica leguntur.

4. Ariam Montanum & Xantem Pagninum rariſſimè citavimus, eò quod præclaros iſtos viros impudentioribus Papiſtis eodem fere cum Hæreticis ordine habitos atque etiamnum à pleriſq; haberi non ignoremus. Ariam Montanum certè ob præclaram illam Bibliorum Regiorum editioni inſumptam operam, variarum hæreſium apud Romanum Pontificem poſtulatum, ex Apologia ejus conſtat, quam Hiſpanice ſcriptam Latinè vertere univerſoque orbi communicare mihi coràm aliquando doctiſſimus Theologus Anglus promiſit. Quid verbis opus eſt & quid ad ἀνέκδοτα confugio? Vel ex ſola ejus in Biblia Interlinearia præfatione liquet, quam laborum gratiam ei retulerint Ieſuitæ. Eos enim ab ipſo perſtringi planè indubium eſt, Eroſtratus, *inquit*, quia Pagninum vivum habere non potuit, noſtrum pro aliis omnibus nomen proſcindendum ſuſcepit, nactus fortaſſis opportunitatem in quorundam animis & conſiliis, qui cum ſoli ſapere, ſoli benè vivere, IESVMQVE (nota) propius inſequi & comitari ſibi videantur, atque id palàm profeſſi jactitent, me qui minimum atque adeò inutilem Ieſu Chriſti diſcipulum ago, odio habuerunt gratis. Hi aliorum, quos ad eam rem occultè inducere poſſunt & ingeniis & nominibus abutuntur. Horum autem nos nec artes fallunt nec gregem prodere aut cognomen indicare juvat. Vtuntur illi quidem magno & inacceſſibili ad ſuas agendas res myſterio, ſed quod facile pelluceat, quodque non poſt multos annos (*Prophetam nu egiſti Aria!*) tandem aperiendum eſt virtute illius, qui illuminat abſcondita cordis & occulta tenebrarum. NB. Vaticinium Ariæ de Ieſuitis.

5. Secuti ſumus Textum vulgatum quem Clemens VIII. recognovit & ab innumeris mendis, ut ipſe profitetur, repurgavit poſt Sixtum. Minus enim ingenuum videbatur ea exagitare, quæ illi ſuſtulerant. Atque hic διεξοδικῶς illud monere lubet, ad fontes vix quicquam ab ipſis correctum, ubi non ſimul præſtantiorum Codicum Latinorum eos coëgit authoritas. Ex Gr. Exod. 17. 16. Solius *emendarunt* ſolii, *non tam quod in Ebræo eſſet* כס, *quam quod præſtantiora exemplaria legerent* ſolii. *Sic Ex. 22. 6.* ſpicas *correxerunt* ſpinas: *Contrà pleraq; ab ipſis in mendo relicta, ubi & fontes,*

& alij vulgatæ Codices ad correctionem manifeſtè cogebant. E.G. Gen. 8 7. & fontes & exemplaria 6. MSS. magnæ authoritatis, *inquit Sacroboſcus,* Codices *non legunt negationem. Et tamen his non obſtantibus,* a Correctores Romani *à Papis delegati* non judicarunt notam negationis eſſe omittendam. *Similiter Exod 20 23. Ebræa,* ne faciatis mecũ Deos argenteos. *Sic & Codices* MSS. *item & aliud,* coram me. *Quid Romani Correctore? Exterminarunt vocem* mecum. non judicarunt, *inquit Lucas Brugenſis* addendum mecum, etſi Ebraicè legatur; *Eſa. 40. 2. Ebraice legitur,* quia completa eſt צבאה militia ejus, *quo ſenſu vox* צבא *Iob. 5. occurrit,* Vita hominis צבא militia eſt ſuper terram, *Ea vox in vulg. corrupta eſt in* malitia. *At* Romani Correctores non judicârunt corrigendum eſſe, militia. *Iob. 21. 22.* Si eum volo manere *habent Græca. Id corruptum in* Sic. MS. *Græcus S. Chryſoſtomus, Cyrillus, legunt* Si. *Ianſenius, Eraſmus, Benedictus alijque monuerunt de mendo. Nihilominus Romani correctores retinuerunt* Sic eum volo manere, *neſcio quo ſenſu, ſi vitabunt errorem, cui ipſe Euangeliſta immediate poſt occurrit. Sed quandoquidem de his ſuo loco prolixius actum eſt & agetur, hic ea ſolummodo innuiſſe ſuffecerit.*

a Verba Lucæ Brugenſis in Locis inſignioribus Romanæ correctionis.

Verba ejuſdem Brug.

6. Vbicunque velamentum aliquod frivolum prætendi poſſe prævidi, ipſe occupavi & præveni, idque adeo fideliter, ut Papiſtis defenſionis argumenta à me ſuppeditata, calumniaturi ſint fortaſſis malevoli homines.

7. Quæcunque per punctorum vocalium aliam ordinationem vel ſubjectionem aliorum excuſari poſſent, vix attigi. Non quod à punctis, ſive conſonantibus coæva ſint, ſive poſtea addita, diſcedere fas putem; ſed ne diſputationem illam de punctorum antiquitate cogerer ingredi; in qua ipſi Pontificij (conferantur tantum Præfationes Genebrardi in Pſalmos & Marci Marini Brixiani in arcam Noæ) in contrarias partes eunt. Hoc tamen monitus ſit Lector, me nec hoc velamentum admittere, ubi vel τῶν LXX. *verſio, vel Chaldæa, vel alia aliqua, vel antiquior, vel coæva, iſtas vocales, quibus noſtra exarata ſunt exemplaria, expreſſit. Cur enim his minor habenda fides quam Vulgatæ? An quia vulgatam Eccleſia approbavit? Sic illi quidem. Sed quid ſi rogem, num & iſtas potuiſſet Eccleſia approbare ſi voluiſſet? Vtrumcunque dixerit Ieſuita, involvet ſe vix extricabili Labyrintho. Addo & hoc, me dum in prædicto vocalium caſu aliquantulum ſubinde ipſis largior, tamen literis conſonantibus arctiſſimè inhærere, nec unquam vel tranſverſum unguem ab iis ſecedere. Quod dum fit, ſæpe tenentur Vulgatæ Patroni, dum punctorum aliorum obtentum quærunt. Sæpe enim illa applicari con-*

cum conſonantibus non poſſunt, niſi ea vel augeantur vel minuantur vel tranſponantur.

8. Rogo te lector, ut ad notulas marginales tam his in prolegomenis quam in ipſo ſcripto animum advertas. In eas enim ſtudio ſæpe retulimus, ſine quibus ipſum textum non aſſequeris.

Cap. VII. Textus Ebr. nobis Regula examinis. Ad eam ipſi Pontif. provocant cum ipſis utile eſt. Ex Bell. ejus incorrupta veritas oſtenſa. Tikkun Sopherim. IV. fontes quibus docet Bell. recurrendum eſſe ad fontes. In eandem rem citantur Ioh. Iſaac, Arias, Acoſta. Oleaſtri conſilium de corrigendis Bibliis ad fontes. Quam religioſe Iudæi ab omni ævo Biblia habuerint, ex Bell. & Iſaaco oſtenditur. Concluditur.

Quandoquidem verò ex iis quæ jam dicta ſunt & quæ in ipſo opere dicentur, ſatis conſtabit, regulam ad quam vulgatum examinamus, omneſque verſiones examinandas putamus, à nobis Ebræum textum haberi, quem impudentiores malitioſè à Iudæis corruptum clamitant, non adeò alienum fuiſſet pro ejus incorruptâ veritate hic ex profeſſo decertare. At quia id abunde præſtitum eſt à Clariſſ. Theologis, qui adverſus Bellarmini Controverſ. 1. ſcripsêre, idemque pollicitus non ita pridem in privatâ ad me Epiſtolâ ſit, Cl. vir. Ioh. Buxtorfius, unicus hodie Ebraïzantium Phœnix, noluimus actum agere. Hæc paucula tantum, nec omnibus fortè adeo obvia, indicaſſe ſufficiet.

Obſervanda quædam de incorrupta Textus Ebræi veritate.

Primò, Ipſos Pontificios ad textum Ebræum confugere quoties in eo pluſculum præſidij arbitrantur eſſe ſitum, quod inſigni exemplo ad Dan. 2. ex a *Bellarm. oſtenſuri ſumus.*

2. Perpendant fontium hoſtes veriſſima illa Bellarmini verba, quibus Reſponſionem ſuam ad obiectionem de Tikkun Sopherim obſignat, b Ex quo, *inquit*, apparet, imprudenter quoſdam, dum ſe Ebræos oppugnare credunt, Eccleſiam ipſam oppugnare. *Nec non iſta eiuſdem Bellarmini lib. 2. cap. 2. De Verbo Dei, quibus præfatur in diſputationem adverſus fervidiores Papiſtas*, Aliis etiam occurrendum eſt, *inquit*, qui zelo quidem bono, at non ſecundum ſcientiam, omnino contendunt Iudæos in odium Chriſtianæ fidei ſtudioſè corrupiſſe & depravaſſe multa ſcripturarum loca, *&c.*

a De Invocat. lib. 1. 13.

b Lib. 2. de verbo Dei cap. 2.

c Libr. 2. cap. 11.

3. Notentur & IV. iſti Caſus quibus c *Bell. ad fontes recurrendum eſſe tradit, qui eiuſmodi ſunt, ut non tantum authoritatem fontium ſupra vulgatam ponant, ſed eam ſimpliciter & abſolutè ſtabiliant. Nec ſilentio tranſmitti*

1. Quando in Latinis codicibus error aliquis liorariorum eſt.

Digitized by Google

2. Cum varia lectio, 3. cum aliquid anceps vel in verbis vel in ſententia. 4. cum in verſione energia & proprietas vocũ intelligi nequit.

tranſmitti ea debent, quibus idem Bell. lib. 2. *cap.* 2. *diſputationem ſuam de Textu Ebræo claudit. Poſtquam enim enumeraſſet* v. *loca ſuo iudicio corrupta, dicit ſe mediam ſententiam amplecti, hanc ſc.* Ebraicas Scripturas non eſſe omnino puras, nec in univerſum depravatas, operâ vel malitiâ Iudæorum, ſed habere tantum ſuos errores quoſdam, partim incuriâ librorum, partim ignorantia Iudæorum obortos. *Et addit*. Cæterum non tanti momenti ſunt ij errores, ut in iis quæ ad fidem & bonos mores pertinent, Scripturæ integritas deſideretur. *Ad quæ omnia acutiſſimè notavit VVitakerus, Bellarminum cauſam Pontificiam prodidiſſe. Vt enim decreto Tridentino ratio conſtet, non probandum erat textum Ebr. eſſe corruptum, ſed vulgato corruptiorem; Niſi enim fontes corruptiſſimi ſint (non autem eſſe iam dedit Bellarm.) ſequitur turpiſſimè corruptam vulgatam, utpote quam à fontibus, etiam in facillimis libris, tanto intervallo diſcrepare cum bono Deo oſtendemus.*

4. *Legatur doctiſſimus iſte Ioh. Iſaaci Linguæ S. apud Colonienſes, dum viveret, Profeſſoris, libellus, quem adverſus Lindanum, pro textus Ebr. incorruptâ veritate, ſcripſit.*

5. *Legatur præfatio & commentatio Ariæ Montani, quam Bibliis Interlinearibus præmiſit, nec non præfatio eiuſdem in varias Lect. Veteris Teſt. Tomo 8. Bibl. Regiorum. Ex quibus nihil hic libuit deſcribere, tum quod Biblia Interlinearia paſſim extent, tum quod integra Biblia Regia in ſingulis ferè Bibliothecis reperire liceat.*

6. *Idem fontibus tribuiſſe oportet Cajetanum, Lyram, Burgenſem, Pagninum, Iſid. Clarium, Vatablum, Ioh. Benedictum, Vallam, Eraſmum, alioſque Pontificios, dum adeò audacter vulgatam taxant & exorbitantem ad fontium regulam corrigunt.*

7. *Et quis negârit Acoſtam Ieſuitam Hiſpanum plus fontibus tribuiſſe quam ulli verſioni, dum jam ante ex eo hæc verba produximus*, Eam demum habendam Interpretationem bonam, quæ concordat Originali linguæ.

8. *Quis idem cum admiratione non aſſerat de Inquiſitore Luſitano, Hieronymo ab Oleaſtro, cujus præfationem ad Comment. ſuos in* v. *libros Moſis cum voluptate aliquando legimus Oxonij & deſcripſimus, quòd conſtaret nobis librum iſtum hîc rarum eſſe. Ille enim poſtquam oſtendiſſet nullum extimeſcendum ſcandalum, nullum incommodum fore, ſi ad inſtar Damaſi, Sanctiſſ. D. Paulus* IV. *Vulgatam verſionem ad fontes corrigendi provinciam viris linguarum peritis demandaret, & rationem reddidiſſet cur vulgatâ re-*

jectâ

Digitized by Google

jectâ Ebraicam veritatem ſibi interpretandam ſumpſiſſet, ſic ait, neq; enim plus D. Hieronymo tribuendum puto in ſua Editione, ſi tamen illius eſt, quam ſibi velit ipſe tribui. Ipſe verò utpote vir Sanctus ſe aliquando hallucinatum ingenuè profitetur ſuamque verſionem in multis emendaſſe, ut videre eſt in ejus Comm. *Ieſa. 19, Cujus loci retractationem poſtquam ex Hieron. poſuiſſet ſic pergit*, Quæ non in eum finem produximus, ut virum Sanctum traducamus, ſed ut ſentiamus, eum non prophetam, ſed hominem fuiſſe.

9. *Quemadmodum Bellarm. ex Patribus diſputat per dilemma, nec ante nec poſt tempora Chriſti Biblia fuiſſe corrupta, ita & ego quæſierim num ante Hieron. (cui ferè tribuitur vulgata) an verò poſt eum textus Ebr. corruptus ſit? Si dixerit Adverſarius*, ante Hieron. *opponam* a *Riberam Ieſuitam qui diſerte ait*, tunc & hæc Eccleſiæ noſtræ editio utpote ex Ebræa deprompta, depravata eſſet, quo nihil turpius nihil inſanius. *Si dixerit* poſt Hieron. *opponam Acoſtam & iſtum Ieſuitam dicentem*, b dubitari non poſſe quin Ebraica editio authentica ſit, & quamvis Iudaica perfidia, *inquit*, conata ſit tantum nobis bonum eripere fontemque ipſum inficere, non tamen licuiſſe ipſis quod libuit, numquam defuiſſe in Eccleſia viros doctos quorum ſtudio Codices Ebræi conſervati ſint, *&c. Quin & illud quod Acoſta de nefario Iudæorum conatu innuit, ſubvertunt Elogia iſta honorificentiſſima, quibus & Apoſtolus & Patres, ipſe Bellarm.* c *Ioh. Iſaacus*, d *Senenſis, Arias Montanus &c. Iudæos condecorârunt. Centies mori mallent, inquit Bell. quam Legem in aliquo mutari paterentur. Si cui Codex Sacer manibus excidat, publicum jejunium indicunt. Et illud conſtat ab iis credi, Si forte ex ignorantia, vel malitia, vel unicum vocabulum mutaretur, periculum fore, ne totus mundus, quem propter ſolam Scripturam conditum tradunt, periret, atque in Tohu vabohu verteretur. Unde & à Magiſtris eorum traditum decretumq; eſt, Librum Legis, vel propter unicam voculam, ſeu additam, ſeu detractam, ſeu corruptam, de facto fieri* פסול .i. *profanum, & mox vaſi fictili impoſitum in ædibus ſtudioſi doctiq; cujuſdam viri ſepeliendum eſſe, ne quiſquam eo in poſterum utatur unquam, hoc ſolo caſu excepto, Si judæus quiſpiam ad extremam inopiam redactus illum petat. Atque hic alia reſtrictio rurſus addita, Liberos ſolummodò ex iſto libro inſtituendos eſſe, nec unquam in Synagogam afferendum, ullive mortalium copiam ejus faciendam. Ex quibus aliiſq; quæ hic congeri poſſent, quivis judicabit inſignem veteribus Iudæis fieri injuriam, dum tam horrendi criminis eos*

a Comm. in Hoſ 9. num. 20.

b De Chrô. revelato lib. 2. c. 16.

c In dedicatoria libri ſui contra Lind.

d Biblioth. lib. 8. hær. 2. Vbi Iudæos Chriſtianorum gerulos vocat fidemque Ebraicorum codicum incorruptam dicit.

nis eos arceſſere non erubuêre Papicolæ. Ego enim invictum argumentum hoc æſtimo, Si hodierni Iudæi tam, dixerim ferè, ſuperſtitioſè S. Scripturæ Integritatem conſervant, multò magis hoc veteres religioſè præſtitêre. Fundamentum hoc habeo, In cæteris omnibus Iudæos de ſeculo in ſeculum ruiſſe in peius, ut hodie apud ipſos vix habeantur Crimina, quæ olim ultricibus flammis expianda credebantur: In unico autem hoc, eoq̃ principali eos in melius mutatos, vix aſſeruerit, niſi qui omnem præ ſtudio partium

Attritâ poſuit de fronte pudorem.

Sed ſatis ſuperq̃ hâc oberratum Chorda eſt. Duo te monebimus Lector, 1. Hanc operam non eo animo à nobis navatam, quaſi in vulgato nihil ſani boniq́ue agnoſci vellemus, nec enim adeò tranſverſos nos agit ſtudium partium, quod in Adverſariis carpimus, ſed potius ut oſtenderemus iuſtam eorum indignationem eſſe, qui cùm Romanâ Eccleſia expoſtulant, anathemate feriri eos, qui vulgatam cum omnibus ſuis partibus pro authenticâ recipere tergiverſantur. 2. Dum ſubinde liberius in Vulgatam quicquam diximus, ne in beatum Hier. id dictum exiſtimet. Satis enim ſuperq̃ id oſtenſum in ipſo opere puto, horum librorum verſionem ab Hieronymo toties taxatam ipſius Hier. eſſe non poſſe. Si quid ergo in authorem huius verſionis dictum liberius, ita acceptum velim tanquam in eos, qui hanc verſionem finxêre, refinxêre & authenticam fecêre, non adhibita eâ diligentia, *ipſiſſima verba Bell. ſunt,* in correctione, quæ adhiberi potuiſſet, *quaſi nullum huius diligentiæ & operæ futurum fuiſſet pretium. non ſic boni Critici, qui in profanorum quoq̃ authorum recognitionibus ex profeſſo ſuſceptis minutiſſimas etiam minutias τερμαχίζουσι. Et quæſo te, ubi vel fando auditum, ut quis ab indiligentiæ profeſſione diligentiam & fidem ſuam, in ſacris præſertim, Lectoribus probare ſtuderit?*

Illud reſtat, ut à te petam Lector, benevolus mihi ut ſis .i. ne culpes aut ſuccenſeas; ſi quid omiſi, ſicubi lapſavi in via hac intrita. Mone, Corrige & lapſantem leva benigna manu. Si quid iuvare potes noſtros conatus, aliorum authorum, vel brevioris alicuius viæ modique indicio, conferetur beneficium illud in hominem nec ingratum nec ſuatim ſapientem. Vale.

Digitized by Google

AD pag. 6. quomodo Hieronymum excuſet Bell. vide eum libro de Gratia primi hominis cap. 11.

Pag. 8. *ad marginem adde locum Steuchi*, Pronomen itaq; non refertur ad mulierem, ſed ad ejus ſemen, qua interpretatione plerique decepti malam expoſitionem invexêre in hunc locum. Et quia ſunt, qui quod hic dicitur accommodent ad Ieſum Chriſtum, qui ex ſemine Evæ natus ſit, contrivitq; caput ſerpentis, vides quam juventur hi, ſi Ebraica ita ut ſe habent legantur &c. Vide hic quoque Oleaſtr.

Pag. 15 ad cap. 4. verſ 26. illud nota, quàm abſurde ex malâ verſione ab Enoſo vitæ Monaſticæ originem arceſſat Bell. libro de Monachis cap. 5.

Pag. 25. ad cap. 8, 21. hæc add. in marg. Confer cum Gen. 6. 5. Vbi dicitur *Omni die*, Ergo etiam diebus infantiæ. Vide & Genebr. Pſ. 119. verſ. 1. Octon 2.

Pag. 27. lin 9. poſt *Doctor noſter*, adde, *vel rebellem*. Sed tunc erit à מרדה, Aliàs à ירה.

Ebr.	*Gen. 14. 10.*	*Vulg.*
Et ceciderunt שָׁמָּה, illùc.		Et ceciderunt illic.

Conniveri ad hanc diverſitatem poſſet, niſi ad majoris momenti controverſias hæc talia traherent Pontificij. * Melchior Canus locum 2 Mach. 1. 13. vindicaturus, ubi Antiochus in templo Naneæ dicitur cecidiſſe, ait vocabulo cadendi non ſemper mortem ſignificari, ſed eum dici aliquando cecidiſſe qui victus eſt, etſi ſuperſtes maneat, adducitque locum ex Ioſ. 7. Bellarminus eundem lapidem volvens, Canique premens veſtigia, licet exemplum illud ex Ioſ. à Cano adductum tanquam non magni ponderis prætervehatur, hunc affert locum. Vbi cum aliis Rex Sodomæ dicitur cecidiſſe, qui tamen paulo poſt vivus occurrit Abrahamo victori, atque inde infert, non eſſe neceſſe affirmare, illic aliquem interiiſſe, ubi dicitur cecidiſſe. Quomodo ergo cecidit? Quia ejus exercitus, inquit Bell. ibi cæſus fugatuſque eſt. Reſpondet Rainoldus eum dici cecidiſſe, quod in puteos bituminis inciderit. Hoc reſponſum ingerunt verba antecedanea, erant autem in ea valle multi pu-

* Libr. 2. loc. Theol. cap. 11.

ti putei bituminis, & fugientes Rex Sodomæ & Gom. &c. ceciderunt שמה, unde & LXX. non vertêrunt ἔπεσον, ſed ἐνέπεσον. Quis ergo non videt שמה melius converti *illùc*, quam *illic* ſeu *ibi*, cum etiam paragogicum illud He ſoleat eſſe locale, ut שמימה, in cœlum· מצרימה in Ægyptum, ipſaque hæc vox plerunque motum ad locum ſignificet. Diſſentiunt fateor Interpp. prudenteſne an imprudentes in puteos inciderint, at conſentiunt in hoc quod inciderint. Vide Aben. & Vatab. qui prius illud volunt, nec non Clarium & Lyranum qui poſterius elegêre. Ex hoc ergo loco, quia diſſimilis eſt, eam Bell. illationem deduci non poſſe quivis videt. Vide Rain. To. 1. pag. 1371. Et Oleaſtr. ad hunc locum.

Ebr.	*Geneſ. 18. 25.* *Vulg.*
חלילה לך an judex totius terræ non faceret judicium?	non eſt hoc tuum qui judicas omnem terram: nequaquam facies judicium hoc.

Sunt verba Abrahami de Pentapolitanæ terræ impendente exitio colloquium cum Deo inſtituentis. Vtitur autem Abrahã uſitatâ Ebræis averſandi & deprecandi formulâ, pro quâ Rabbini amant dicere חס ושלום *parce & pax* In voce Ebræa eſt notio τοῦ βεβήλου ideſt pollutionis & profani, vel τοῦ *nefas*, ut Vulg. 1. Sam. 14. 45. vertit. Thema חלל quod inter alia ſign. pollui, profanari. Vox ea (חלילה) aliquando ſola, aliqu. cum aliis occurrit, ita tamen ut amplius quid ſemper deſideretur. E. G. 1. Sam. 24. 7. חלילה לי מיהוה ſi faciam &c. .i. *Res profana, nefas mibi*, ſubaudi, imputaretur *à Domino*. Atque ad hunc locum tanquam pleniſſimum cætera Elliptica ſupplenda ſunt. Eſt enim ubi litera מ ante nomen Dei, eſt ubi utrumque abeſt, vide 2. Sam. 23. 17. &c. LXX. aliqu. μή μοι γένοιτο, vel μή μοι εἴη παρὰ Κυρίου ποιῆσαι hoc vel illud. Aliqu. ἵλεώς μοι ὁ Κύριος τοῦ ποιῆσαι &c. Illud Vulgatus ſic expreſſit, *Abſit à me:* hoc, *Propitius mibi ſit Dominus ne faciam*. Belgice, GOD BEHOEDE MY. Atque in hac poſteriori formula nomen Dei ſæpe deſideratur. 2. Sam. 20. 20. Vbi in Ebr. חלילה לי, LXX. ἵλεώς μοι, *propitius mibi ſit:* ſubaudi *Dominus* .i. abſit à me. Cui loco geminus eſt Matth. 16. 22. Vbi Petrus ad Chriſtum, ἵλεώς σοι Κύριε, *Propitius tibi Domine*, ſubaudi, *ſit Dominus*, Abſit

tibi, non

Digitized by Google

tibi, non erit tibi ſic. Quam expoſitionem idiotiſmus Scripturæ & Syra Editio ita ſtabiliunt, ut recepta verſio, *propitius tibi ſis*, ſtare vix poſſit. Conferatur cum loco alio Gen. 43. 23. in Edit. Græca. Vbi ſic Ioſeph ad fratres, *ἵλεως ὑμῖν, μη φοϐεῖσθε* Propitius vobis eſt ſub. Deus, magis vobis propitius eſt, quam ut hoc vobis accidat, Vbi in Ebr. שלום לכם *pax vobis*. Hæc evidenter oſtendit doct. Fullerus Miſc. 2. 2. Illud ergo quivis videt, inſignem hanc formulam nullo modo ab Interp. expreſſam, ut nec Gen. 44. 7. quod cò magis miror, quod verſ. 17. ejuſdem 44. capitis eam expreſſerit, per, *abſit à me*. Ad verbum ergo ſic vertendum, Pollutio vel res profana tibi ſub. eſſet vel imputaretur, blaſphemaretur & pollueretur nomen tuum ab hominibus, ſi vid. rem illam committeres. ideſt ad ſenſum, Abſit tibi, abſit à te, vid. ut faceres illud. Cajet. *Veta tibi*. Tigur. quoque & Bened. Abſit à te. Hinc intelliges illud Pauli *μὴ γένοιτο*, unde domo fit.

Ebr.	*Gen. 42. 18.*	*Vulg.*
Hoc facite & vivite.		Facite quæ dixi.

Non ad præcedentem ſed ad ſequentem conditionem hoc referendum eſt, Iam enim aliam init rationem, novum proponit conſilium. Antea unum dimittere volebat cæteris in cuſtodia detentis; nunc unum ſibi relinqui poſtulat, cæteriſque abeundi facultatem indulget.

Pag. 83. ad Ex. 6. 20. Vide pro nobis Bellarm. de Matrimonij Sacr. lib. 1. 27.

Ad pagin. 148. verſ. 16. cap. 1. Levit. Imò & Heſychius προϐολος, τὸ σιτίων δοχεῖον, *ciborum receptaculum*. Sic quoq; Suidas, In quo tamen Portus legendum putat πρόλοϐος, literis λ & β trajectis.

**** 3

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Appendix, excerpta ex libello altero

FRANCISCI LVCÆ BRVGENSIS, Theologi & Decani Audomaropolitani, Continens alias lectionum varietates in Biblijs Latinis ex vetuſtis MSS. exemplaribus collectas, Quibus poſt geminam Sixti V. & Clem. VIII. expurgationem poſſit perfectior reddi feliciter cœpta correctio, ſi accedat Romani Pontificis auctoritas.

In Pentateuchum Moſis. GENESIS.

CAp. 11. verſ. 13. *trecentis tribus annis.* Alii libri conſentaneè Ebræo & Chaldæo ſcribunt *quadringentis* pro *trecentis*, id eſt, augent numerum uno centenario. Cap. 18. verſ. 28. &c. Vide ſuo loco in cenſurâ. Cap. 34. verſ. 52. *Procidens adoravit.* Complura MSS. eaq; fide digna omittunt, *procidens.* Cap. 30. 40. *Et poſuit virgas in canalibus.* Alia MS. fide digna omittunt hic illud, *in canalibus;* quod legitur ſupra verſ 38. & infra verſ 41. Cap. 32. 17. *Aut quò vadis aut cuius ſunt iſta?* Quidam codices loco duplicis *aut*, legunt duplicem *Et.* Cap. 36. 2. *Et Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon.* Pro Genit. *Filiæ*, alii legunt *filiam*, alii Genit. maſculinum *filij* Legantur Notationes noſtræ in varias Lectiones Bibliorum. Cap. 37. 24. *In ciſternam veterem.* Non abſque cauſa omittitur ab aliis MSS. nomen adjectivum *veterem.* Cap. 39. 14. *Vocavit ad ſe.* Alij Cod. omittunt, *ad ſe.* Cap. 40. 13. *Recordabitur Pharao miniſterij tui.* Quædam MSS. habent *magiſterij.* Cap 41. 24. *Narravi coniectoribus ſomnium.* Quidam codices pro accuſar. ſing. legunt Gen. pluralem *ſomniorum.* Cap 44 27. *Ad quæ ille reſpondit*, Quidam Codices *at ille reſpondit.* Cap. 45. 23. *In itinere.* Quidã conjiciunt legendum, *in iter.* verſ. 26. *Ioſeph filius tuus vivit.* Multi codices omittunt, *filius tuus.* Cap. 47. 11. *In optimo terræ loco.* In aliis egregiis libris pro *loco* legitur, *ſolo.*

EXODVS.

Cap. 2. 16. *Greges patris ſui* Videtur præferri poſſe ſingulare *gregem.* Verſ. 22. *Alterum &c* Hunc verſiculum, quamvis abſit à quibuſdam Latinis MSS, ab Ebr. & Chald. libris, quinetiam à Græcâ Sixti Editione, adeoq; repetatur ab omnibus infra 18. 4. non tamen omiſerunt hoc loco Correctores, forte quod in nonnullis

Græcis

Digitized by Google

Græcis libris legatur. Cap. 12.23. *Tranſcendet oſtium domus.* MSS. quædam omittunt voculam *domus*. Cap.15.19. *Ingreſſus eſt enim Eques Pharao*. Alii malunt legere *equus* pro *Equitatus*, quam *Eques*. Vide Notas noſtras. Verſ.27. *Venerunt autem in Elim filij Iſrael*, Non temerè libri quidam omittunt *filii Iſrael*. Cap.21.14. *Evelles*. Alii boni libri, *avelles*. Cap.23.20. *Angelum meum*. Multa bona MSS. omittunt pronomen *meum*. Cap.29.2. *Quæ conſperſa ſit*. Quidam ll. *ſint*. Verſ. 18. *Odor ſuaviſſimus victimæ Domini*. Quædam bona MSS. legunt *victima*. Cap.32.28. *Cecideruntq́; quaſi viginti tria millia hominum*. Pro *viginti tria* quod eſt in quibuſdam libris, in quibuſdam legitur amplius, *triginta tria*. In quibuſdam minus, nempe *tria*. His poſtremis favent Ebræa, Chaldæa & Græca & inter authores Rabanus diſerte, ubi enarrat hunc locũ, Ambroſ. Epiſt, 56. Thom. in Summ. 2.2.quæſt. 14.a. 3. & qu. 97. art. 4. præter alios.

Cap 36.29. *Et in unum compaginem*. Alii Latinè ſcribunt *compagem*. verſ 34. *Fuſis baſibus earum argenteis*. Hæc περικοπὴ ut non legitur Ebraïcè, ita nec Latine, ab antiquis bonis libris MSS.

LEVITICVS.

Cap. 20.5. *fornicaretur*. Alii boni libri *fornicarentur*. Cap.25.12. *Oblata*. Alii libri *ablata* .i. vocalem primam pro quartâ.

NVMERI.

Cap.8.2. Vide in margine loci. Cap.18.28. *Et univerſis quorum accipitis primitias offerte Domino*. Sic monent quidam interpungendũ, ut *primitias* referatur ad *offerte*. & *quorum* ſub. *decimas*. Cap.20 6. *Clamaveruntq́; ad Dominum*, &c. Vide Cenſuram ſuo loco. Cap.25.12. *Loquere ad eum*. Alii libri ſupplent *ad eos*. neutrum n. Ebr. legitur.

DEVTERON.

Cap. 12. 21. *ſi procul fuerit*. Clarior eſſet Oratio, omiſſâ *ſi*.

Cap.25. 3. *abeat frater tuus*. Vnum MS. pro *abeat* legit *habeatur*, alterum monſtrat ſignum varietatis. Veriſimilis eſt conjectura legendum *iaceat*. Cap.26.10. *Et adorato Domino tuo*. Boni libri omittunt copulat. *Et* hoc loco, ut initio verſus ſeq. addunt, *Et epulaberis*.

Cap. 28.10. *Et partem corporis*. Quædam ex noſtris inſignibus MSS. habent caſum ſextum *parte*. & ſupple, *percutiat te*. Verſ 48. *Et omni penuria*. Veriſimiliter conjiciunt quidam legendum *omnium*: quo facit quod in inſigni MS. Clarimariſci ſit, *Et omnium rerum penuriâ*: in alio quodam, *omnium penuriarum*.

Syllabus

Syllabus authorum & virorum doctorum qui in his libris citantur.

ABenezra.
Abenmelech.
Acoſta. Agellius.
Æſchilus. Ælianus.
Albertus M.
Albinus.
Alphonſ. de Caſtro.
Ambroſius.
Andreas Laurent.
Ant. Fonſeca.
Andradius.
Aquila Ariſtot.
Arias Montanus.
Athenæus. Auguſt.
Azorius.

Bandinus. Baſilius.
Beemanus.
Bellarminus.
Bertramus.
Beza.
Bernardus.
Bereſchit Rabb.
Biblia Ebra. Chald.
Græc. Gall. Angl.
Belg. & Tigur.
Brodæus. Buxtorfius.

Calvinus.
Campianus. Canus.
Cajetanus.
Capellus.
Caniſius.
Carbonarius.
Caſtalio.
Caſaubonus.
Caſſianus.
Chemnitius.
Chryſoſtomus.
Chriſtophorus à Sacroboſco.
Cicero. Clemens 8.
Clemens Alexand.

Coſterus. Cochlæus.
Conſt. L'empereur.
Conc. Trident.
Corteſius.
Crocquetius.
Cyrillus. Curtius.

Damaſcenus.
Druſius.

Eccius.
Eraſmus.
Eſpenſæus.
Epiphanius.
Euſebius. Eucherius.

Fagius.
Feliſius.
Ferus. Feſtus.
Franc. Georgius.
Fullerus.

Galatinus.
Genebrardus.
Geſnerus.
Gloſſarium v.
Gomarus.
Gratianus.
Guido Fabritius.

Hartus.
Hector Pintus.
Henr. Stephanus.
Heſychius.
Hilarius Hiſcuni.
Hieron.
Hugo Card.
Hugo de S Vict.
Hugutio.
Humfredus.

Illyricus.
Ioh. Iſaac.
Ionathan.
Ioſephus.

Ioh. Bened.
Iſid. Clarius.
Iunius.

Kimchi.

Lancelottus.
Lindanus.
Lippomanus.
Lovanienſes.
Lubbertus.
Lucas Brug.
Lyra.

Martinus Delrio.
Mathæus Galenus.
Maſſora.
Matius.
Macrobius.
Matth. Doring.
Marcus Marinus.
Mercerus.
Mortonus.
Moſes Gerundenſis.
Moſes Ægyptius.
Munſterus.

Nazianzenus.

Oleaſtrius.
Oncelos.
Origenes.

Paræus.
Pagninus.
Paulus Burgenſis.
Pererius.
P Faber.
Pheſictha.
Philo.
Plinius.
Plautus.
Placus.
Portus.

Piſcator.
Poſſevinus.
Polyd. Virgilius.

Rabanus.
Rainoldus.
Rivetus.
Reuchlinus.
Ribera R. Eliezer.
R. Levi.
R. Menahem.
R. Iſaac.
R. Salomo.
R. Saadias.

Scaliger F.
Scindlerus.
Serarius.
Seneca.
Septuaginta.
Sixtus Senenſis.
Sixtus V.
Seldenus.
Stapulenſis.
Strabo. Steuchus.
Sulpitius Severus.
Suidas. Suares.
Sutlivius.
Symmachus.

Tacitus.
Theophraſtus.
Thargum Ieroſolym.
Thalmud. Theodotio.
Theodoretus.
Thomas.
Tremellius.
Turnebus.

Vatablus.
Valentia. Varro.

Waſerus.
Witakerus.

In Cenſuram Verſionis Vulgatæ
Clariſſimi ac Doctiſſimi viri,
D. SIXTINI AMAMA
FRISII.

SAEpè mihi varijs ardeſcere pectora curis,
Varium beati Belgij dum hoſtem intuor.
Hinc novus inſidijs tentat Socinus honores,
Obrepere infauſto ſatagens ludibrio.
Inde graves luxus, atque invidia, ambitus excors,
Diſcordiarum fomites, palam irruunt.
Hiſpanis opibus inſultat at Anti-Chriſtus
Vtràque parte, cor populi petens Vafer.
Sic conjuratæ coëunt in prælia peſtes
Necem innocenti cogitantes cœtui.
At paucos rectum juſto libramine Clavum
Videas tenere, & Dexteras conjungere,
Prodiga ne bellis pereat civilibus ætas,
Noſtra & ſuis ne Belgica viribus ruat:
Hæ, quibus immenſum pelagi terræque parari
Poteſt, & altis ſepticeps in collibus
Quæ ſedit Meretrix, palam oſtentarier Orbi,
Et quæ pudere dedidicit, metuere.
*****

Hoc

Digitized by Google

Hoc opus, hæc virtus, hæc ſummæ cautio curæ,
Dudum bonorum vota ſic expoſtulant.
Illà confertas diſpellere luce tenebras
Populiſq́ mentem acuere attonitis decet.
Quin te igitur memorent & Ament Sixtine Cathe-
Hæ, quæ beatis conſonant laboribus, (dræ,
Qui parte hac Babylonis opes tentare quietas
Pridem & ſuperbas diſſidentibus bonis
Magno equidem potuiſti animo; majora juventæ
In flore, dignaque viris dare conſcius.
Perge alacris, ſupera invidiam, perge hoſtica corda
Exenterare, infeſta caſtra ſua his dare.
Perge, laborantem Pater admirabilis illæ.
Lucis benignus Spiritu æterno fovet.

L. M. P.

TIM. FABER ICtus.

Digitized by Google

AD
SIXTINUM AMAMA
Cenſuram ſuam edentem.

SIXTE Paleſtinæ Vindex clariſſime linguæ,
Delicium Patriæ, Gymnaſiique decus,
Vnice Druſiadæ ſurgens de funere Phœnix,
Et Cathedram tanti ſcandere digne ſenis.
Qui vix dum quinti ſuperas confinia luſtri,
Vixque tibi veſtit florida barba genas:
Tot claros genii fœtus, tot ſcripta dediſti,
Vt, qui non novit, te putet eſſe ſenem.
At nunc excutiens ſublimes pectoris æſtus,
Et ſuperans ævi ſpemque fidemque tui,
Cenſuram in veteris turpiſſima *σφάλματα* textus
Stringis, & errorum ſtigmata mille notas:
Quæque Tridentinâ ſynodo, cœloque recepta eſt,
Quam ſcabra, & quam ſit, verſio, prava doces.
Quo ruis ah? quo te veri rapit Entheus ardor?
Numquid Romani fulmina dira Iovis,
Quæque Lojolitæ mittent (velut agmine facto)
Tela venenato cuſpide, SIXTE, times?
O audax pietas nulli tentata priorum,
Fervidus o ſanctæ relligionis amor!
Ætatis ſunt iſta tuæ Semeſtria primæ,
Quanta ſenectutis ſeria cura dabit?
DI tantum ſervate decus patriæque, Scholæque,
Obliget ut meritis ſerus utramque ſuis,
Et quod divino cœpit fœliciter auſu,
Perficiat longi grande laboris opus.

Affinis Affini meritiſsimo ſcripſi

SIBRANDVS SICCAMA ICtus.

Digitized by Google

SIXTINVS AMAMA.
I I SVMMA TAXANS.

Linguæ imperiti Hebraïcæ
In plurimis errant, licet
In cæteris ſint præditi
Varijs ſatis ſcientijs.
Hinc ſæpe ſenſus ſpiritus
Sancti vacillat in ſacro
Verbo: Fides hinc purior
Fœdatur iſtis ſordibus.
Sed is meretur optime
De Eccleſia, & verbo DEI,
Quicunque dirigit ſuos
Prudens labores impigros
In commodum lectoris, &
Laudem Dei, & verbi ipſius.
Hinc veritatis integræ
Senſum optimum ſic eruit,
Dogma ut Sophiſticum cadat;
Fallaciæque corruant.
I SVMMA TAXANS, I cates.
Nunc explicatis vocibus
Hebraïcæ linguæ ſacræ
Vt eruto ſenſu magis
Sic veritas reluceat.
Quare tuis laboribus
I macte TAXANS dogmatum:
I SVMMA falſorum, nihil
Adverſus hanc mendacia, ut
Candela lucet clarior
Emuncta: per Sophiſticas
Strophas magis ſic veritas
Clareſcit ipſa obſcurior.
I SVMMA TAXANS I vale.

IOH. ARCERIVS
Paſtor Eccl. Reform. apud Hamburgenſes.

Digitized by Google

S. AMAMA

CENSVRÆ

In vulgatam atque à Tridentinis canonizatam Verſionem *Quinque Librorum Moſis*

LIBER I.

Qui eſt in GENESIN.

CAP. I.

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
Sit רָקִיעַ.		Fiat firmamentum.

INterpretamentum Græcum, ^a^ στερέωμα Vulgat⁹ vertit *firmamentum*. Cum nec in voce Ebræa, nec in Themate ejus ſignificationis ullum veſtigium vel vola appareat. Conniveri ad hoc poſſet niſi ea verſio Philoſophis quibuſdam & interpretibus errandi occaſionem dediſſet. Cum n. vox *Firmamentum* apud Philoſophos ferè ſumatur pro ſphæra octava ſtellifera, hinc collectum eſt à priſcis interpretibus, & Scholaſticis, ſupra 8. ſphæram eſſe cœlum aliquod aqueum vel aquas, de quibus iterum non una fuit opinio. Qua de re conſule ſis Lyram, Cajetanum, Mercerum, Druſium, Paræum, &c. in hunc locum, nec non Illyric. in clavi, voce *Aqua*. Certè non intellecta vox *Firmamenti* videtur Auguſtinum induxiſſe ut lib. 13. Confeſſ. cap. 32.

a Sic Pſal. 136. 6. Ieſ. 42. 5 & 44. 42. & Iob. 37. 18. vocem רקע verterunt στερεῦν. Vide Merc. ad locum Iobi.

ſcriberet firmamentum factum eſſe inter aquas ſpirituales ſuperiores & corporales inferiores, quod tamen retractat Retract lib. 2. 6. Nec non Origenem, per Aquas ſuperas intelligentem bonos Angelos, per inferas, malos. De quo Epiph. in Epiſt. ad Ioh. Ieroſolym. Et Hieron. Epiſtolâ ad Pammachium. Sciendum itaque רָקִיעַ proprie ſignificare * *expanſum* a רָקַע expando, extendo, & non tantum dici de orbibus, ut poſtea, *Fiant luminaria* ברקיע השמים, ſed etiam de aëre, & quidem de infimâ ejus regione. Confitentem in re clarâ habemus Cajetanum Cardinalem, cujus hæc ſunt ad verſ. 20. hujus capitis, *Appellatione extenſionis* (רָקִיעַ) *cælorum Moſes non tantùm orbes comprehendit, in quibus ſunt aſtra, ſed & orbes ignis & aëris*. Nec non Ant. Fonſecam ejus annotatorem, *Biblia paſſim aërem vocant cælum & Firmamentum .i.* רָקִיעַ. Ex ipſa ergo Papiſtarum confeſſione liquet duas illas voces רקיע *expanſum* & שמים *cælum* pari hac ex parte decurrere orbitâ. Vt n. dicimus *aves cæli* a Matth. 6. 26. Sic infra verſ. 20. dicitur, *Et volatile volet in ſuperficie* רקיע *.i. expanſi cælorum*. Quibus locis eò adducor ut credam *expanſum cælorum* eſſe locutionem ἐκ τῶν ἀλλήλων, ut *Terra pulveris, lutum cœni, pars portionis, Volumen libri* Pſal 40. & ſimilia. Abenezra etiam hic interpretatur אויר aërem, Chaldæus etiam Pſal. 19. 1. Quibus poſitis in confeſſo eſt quid intelligat per aquas ſuperiores; nempe aquas pluvias, vel nubium, quæ ſunt in mediâ aëris regione.

* Auguſt. Steuchus. *Vox Ebræa extenſionem ſignificat aut id quod extenditur, ut vela, cortina &c.* Vide & Pagnini Theſaur.

a Sic & Pſal. 8.

Kimchi ad Pſal. 27. 10. Aer verè ac propriè vocatur Rakiang.

Ebr. Verſ. 20.	*Vulg.*
Et volatile volet ſuper terram b ſuper facies expanſi cœlorum.	Et volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.

b Id eſt, in ſuperficie &c. .i. in aere, per aë-

Dupliciter peccatum. Primò enim omiſſum verbum

יעופף

יְעוֹפֵף *volet* & per conſequens hoc dicere videtur vulgata editio *quod aquis datum ſit etiam aves producere*, quem ſenſum audacter damnat Cajetanus dicens Moſen hic tacere productivum avium. Secundò, poſterius עַל i. *ſuper* convertit *ſub*, dicendo *ſub firmamento cœli*. Vnde patet eum ſupra verſ. 6. & rurſus hîc, vocem Firmamentum, non pro aëre, ne dum infima ejus regione, ſed pro 8. ſphæra accepiſſe. Quæ n. alias neceſſitas, quæſo te, interpretem ad tam coactam verſionem coëgiſſet? Dic aliquem Patrone colorem, aut oſtende עַל *ſupra* unquam ſignificare תַּחַת *ſub* in literis myſticis.

rem, vel ſecus, vel Verſus ſuperficiem. Has n. expoſitiones patitur part. עַל.

30. Leve quidem, ſi quid leve in ſacris, at inexcuſabile tamen eſt, quod hîc commiſit vulgatus. Diſtinguit Deus pabulum beſtiarum a cibo hominis. Herbas & arbores fructiferas verſ. 29. aſſignavit generi humano, hic omnes virides herbas beſtiis in alimentum dat. Sic n. habet textus, *At omni beſtiæ* כָּל־ יֶרֶק עֵשֶׂב .i. *omnis viriditas herbæ erit in cibum* .i. omnis herba viriditatis vel viridis per Hypallagen, aut ut alii, *omne olus herbæ*. At Vulg. tantum vertit vocem לְאָכְלָה *ut habeat ad veſcendum*. Et ne quis forte obtendat exemplaria Ebr. olim ea verba non habuiſſe, diſcat ex LXX, ea ætate illa fuiſſe lecta, ſic n. illi, *καὶ πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν*: Et ſæculo Onceli, qui ea ſic convertit, יַת כָּל־ יְרוֹק עִשְׂבָּא.

Caput ſecundum.

VErſu 2. Leve itidem & multis commune erratum a Vulg. commiſſum eſt hoc verſu, dum וַיְכַל convertit per præteritum perfectum *& complevit*. Quod notare non duxiſſem operæ, (nec enim ea nos inceſſit contradicendi carpendique prurigo) niſi antiquiſſimos ſimul & doctiſſimos viros ea lectio in errorem induxiſſet. Fidem

hujus rei facient Hieron. & Galatinus, quorum iſte Quæſt. Ebraicis in Geneſin dicit *hinc arctari Iudæos & oſtendi jam tum in principio ab ipſo Deo Sabbathum diſſolutum, dum in Sabbatho Deus operatur, complens in eo opera ſua* &c. Quæ ad verbum deſcripſit Galatinus in, De arcanis Catholicæ veritatis lib. XI. cap. 10. Quæ etiam ſuo calculo approbaſſe videtur Ioh. Benedictus Theol. Pariſienſis, dum hæc Hieronymi verba ſine ulla cenſura margini ſuorum Bibliorum interpoſuit. At omnia iſthæc in fumum abeunt & diſpaleſcunt, inquit Cl. Druſ. ſi hoc futurum quod converſum in præteritum eſt, exponas per pluſquamperfectum, *& compleverat*, quod & Vatablus & Mercerus notârunt. Præteritum n. unicum Ebræorum omnes ſpecies præteritorum complectitur. Diſtinguit Cajetanus, ut nodum ſolvat, inter actionem poſitivam & negationem ab ulteriore operatione: Et Lyra inter perfectionem quâ aſſequitur aliquid formam debitam & eam quâ exit aliquid in operationem ſibi debitam. Sed quorſum conjicias te in eas anguſtias, ubi unica eaque certiſſima obſervatione Grammatica res expediri poteſt? LXX. hîc loci habent καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ &c. *Et complevit DEVS die ſexto.* Quo nomine ita paſſim ab authoribus perſtringuntur, ut tantum non ſacrilegii arceſſantur. Ego ſic opinor, reprehendendos quidem, quod cum in promptu eſſet vocis Græcæ pluſquamperf. *ſeptimum* verterint in *ſextum*, at reprehendendos fuiſſe magis ſi vertiſſent ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ. Vidiſſe mihi illi videntur quod tot oculos fugit. Quis enim non videt ad ſenſum idem ſonare has duas propoſitiones,

Cap. 8. ad loca difficil. Geneſis.

Compleverat Deus die VII. omne opus ſuum, &
Complevit Deus die VI. omne opus ſuum.

Si enim

Digitized by Google

Si n. compleverat die VII, quando complevit, quæſo te, niſi die ſexto?

Ebr. *Verſ. 6.*	*Vulg.*
Sed vapor aſcendebat.	Sed fons aſcendebat.

Vulgatum decepêre *οἱ* LXX. qui hic habent, *καὶ ἡ πηγὴ* &c. At Ebræa habent וְאֵד *& vapor.* Steuchus & Cajetanus ajunt illos vaporem interpretatos fontem, non quod revera fons eſſet, ſed quod inſtar fontis omnia inundaret. Sed cum in promptu eſſet vox *Vapor*, quid opus erat ad hanc *καταχρησιν* deſcendere? Chaldæus rectius עֲנָנָא *nubem* vertit, & Ioh. Bened. Pariſienſis Theologus repoſuit *Vapor.* Quam verſionem Steuchus non obſcurè alteri præfert. Dicit n. Philonem, & Hugonem de S. Victore ex Vulgata lectione deceptos, dum ille locum hunc exponit de fontibus ex viſceribus terræ ſurgentibus, hic verò de ſubterranea quadam abyſſo.

Ebr. *Verſ. 8.*	*Vulg.*
Hortum in Eden ab Oriente.	Paradiſum voluptatis a principio.

Dupliciter ab Originali exorbitavit Interpres. Primò n. quominus vertas *hortum voluptatis* obſtat litera ב ante עדן, גַּן בְּעֵדֶן, ut ut detur עדן aliquando pro deliciis & voluptate ſumi. Hîc certè locum proprium ſignificare, ex collat. Geneſ. 4. 16. oſtendit Cl. VVitak. in ſuis Diſput. adverſus Bellarm. Nec ſolùm ille hoc urget, ſed & duo rigidi Pontificii Cajetanus & Steuchus, uterque ad hunc locum. LXX. etiam verſionem noſtram ſtabilitum eunt, dum vertunt *ἐν Ἐδὲν*: Et Chald. גנתא בעדן hortum in Eden. Alterum in quo peccatum ab Interprete eſt, quod cum קדם tam prioritatem loci quam temporis

ſignificet, poſteriorem hîc elegerit, quod commune ei cum Aquila, qui vertit, ἀπὸ ἀρχῆς. Fateor hoc excuſari poſſe commodeque exponi, ut ſenſus ſit, *a principio* vel *exordio* mundi ſc. conditi, ut præceptor & deceſſor meus Cl. Druſius in Fragmentis Veterum Græc. Interpretum ad hunc locum notavit, quemodo & Satan in N. T. dicitur fuiſſe homicida ἀπὸ ἀρχῆς, a principio ſc. originis ſuæ, ut hoc modo intelligatur ad exiguum tempus in integritate ſua perſtitiſſe. Notandum tamen ideo duxi, tum quia LXX. quos aliàs ſequi ſolet noſter Interpres, hic rectius, κατὰ ἀνατολὰς, tum quod hac verſio ipſum Hieron. in avia traxerit. Dicit n. in Quæſtionibus *hinc manifeſtiſſime comprobari quod priuſquam cœlum & terram Deus conderet, Paradiſum ante condiderat.* Vt fruſtra ſint Senenſis & Mercerus qui Hieronymum hic excuſare ſatagunt, quem ipſe Steuchus non alia ratione quivit excuſare, quam aſſerendo, *Hieronymum non ſemper in ea opinione perſtitiſſe.* Quam vellem locum Retractationis ex ipſo Hieron. annotaſſet! Nam Albinus Quæſt. in Gen. & Eucherius comm. in Geneſ. ingenue profitentur eam fuiſſe Hieronymi mentem quam verba præ ſe ferunt. Franciſcus Georgius Minorita Tomo 1. Problem. ex his conatus fuit nobis perſuadere a ſuis partibus ſtare Hieron. & ſenſiſſe Paradiſum non fuiſſe in viſibili hac terra ſitum. *His n. conſideratis* inquit Georgius, *Hieronymus pronuntiavit Paradiſum ante cœlum & terram conditum. Nimirum ut his verbis ſignificaret Paradiſum Moſis non eſſe in hac viſibili terra ſitum, ſed in illa terra viventium, quæ ante hunc viſibilem mundum in inviſibili mundo creata eſt.* Vnde & hoc elucеſcit quam facile verſio hæc adhiberi poſſet ad recoquendum veterem illum dudumque ſepultum errorem, quo creditum eſt multis ante hunc viſibi-
lem

lem mundum ſæculis alium invifibilem mundum creatum, & in ipſo Angelicam naturam. De quo videndus Senenſis lib. 5. Biblioth. annot. 5. Ibi enim craſſi iſtius erroris reos peragit Baſilium, Origenem, Nazianzenum, Ambroſium, Hilarium, Damaſcenum, Caſſianum, Iſidorum, & alios, productis ad firmandam fidem ſuam ſingulorum teſtimoniis. Ea indidem pete. Hoc tantum nota Lector, ex his & ſimilibus locis pullulaſſe ſtultiſſimum illud Iudæorum delirium de ſeptem rebus ante mundum creatis, in quarum cenſu & Paradiſum locarunt. De quo vide Mercerum ad hunc locum.

Verſ. XXIII. Ebræa, *Hæc vocabitur* אִשָּׁה ISSCHA, *quoniam* מֵאִישׁ *de* ISCH *ſumpta eſt.* Sic, inquam, Ebræa habent vel ipſo Cajetano teſte. LXX. hæc nullo modo aſſecuti ſunt, dum verterunt, αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη .i. *hæc vocabitur* γυνὴ *mulier quia de* ἀνδρὸς *viro ſumpta eſt.* Quid n. affinitatis eſt inter ἀνὴρ & γυνὴ; mulierem & virum? Dum itaque vocabulum ἀνδρὶς cum Symmacho fingere noluêrunt, non oſtendêrunt quid traderet Scriptura. Vulgatus paulò magis appoſite, *Hæc vocabitur Virago, quia de viro ſumpta eſt.* Virago a viro, ut Iſſcha ab Iſch. Non culparem niſi ipſe Cajetanus & Steuchus culparent. Et jure merito culpant. Nam Virago proprie fœminam cordatam & robuſtam, quæ animum virilem gerat, ſignificat, & in Latio erat vox *Vira*, quam Cajetanus, Steuchus Lyra & alii ſubſtituêrunt, licet Latinam eſſe ignorârint. At probam vocem eſſe primus Interpretum, ad hunc ſaltem locum, docuit Cl. Druſius in Quæſt. ſuis ex Feſto, cujus hæc ſunt, *Fœminas quas nunc dicimus, antiqui Viras appellabant, unde adhuc permanent Virgines & Viragines.*

Ex capite

Digitized by Google

Ex capite tertio verſ. 15.

Ipſe: | Ipſa.

I*Pſa conteret tibi caput.* Hanc lectionem Idololatricas B. Virginis laudes & has ſubſecutam ejuſdem invocationem in Chriſtianiſmum invexiſſe Theologi noſtri prodiderunt. Duos Ms. Ebræos, Chaldæos, Græcoſque codices pronomen Maſc. habere ipſi Lovanienſes in Catalogo variarum Lectionum fatentur, eamq; lectionem ex Papiſtis quamplurimi non infimi ſubſellii ceu germanam approbârunt, inter quos Canus, Andradius, Cajet. Steuchus Pagnin. Arias Mont. quorum loca indicantur apud Cl. Viros VVitak. & Lubbertum in Diſp. adverſus Bellarmini Controverſiam 1. His addo ex Rainoldi Præfatione in libros ſuos de Idolat. Rom. Eccleſ. Feliſium Elucid. Decal. præc. 1. cap. 49. Riberam in Habacuc 1. 13. & de templo lib. 2. c 2. Addo & Pererium in Danielem & Hartum, Colloquii cum Rainoldo ca. 6. Si de origine corruptelæ me quæras, fatebor eam Interpretis nec malignitati nec imperitiæ imputandam, ſed potius deſcriptorum incuriæ, temporum fatali cœcitati, ſupinæ denique Cleri ſocordiæ & imperitiæ, quæ omnia eum in modum excreverant, ut non tantum fontes non conſulti, ſed ne Latina quidem Exemplaria inter ſe collata fuerint. Atque hactenus malitioſæ corruptelæ nota Eccleſiæ Pontificiæ inuri non potuit. At ex quo Sixtus V. & Clemens VIII. vocem IPSA authenticis editionibus inſeruerunt, temeratæ Scripturæ crimen admiſit nunquam eluendum, non mare ſi totum velit eluere omnibus undis. Sed redeat eo unde digreſſus eſt ſermo. Bernardum ex hoc loco in erroneam illam de B. Maria opinionem delapſum, quam Hom. 2. ſuper *Miſſus eſt* ex

profeſſo

profeſſo tractat, ipſis Bernardi verbis docebo. Ecce n. poſt collatas inter ſe Evam & Mariam, ſic tandem affatur Evam, *Curre Eva ad Mariam, curre Mater ad filiam, Filia pro Matre reſpondeat, Filia patri pro Matre ſatiſfaciat, quia ecce ſi vir cecidit per fœminam, jam non erigetur NISI per fœminam.* Et paucis interjectis, *Scrutare ſcripturas & proba quod dico, viſne ut ego ex his aliqua teſtimonia hîc inſeram? Vt pauca loquar de pluribus, quam tibi aliam prædixiſſe videtur Deus, quando ad Serpentem ait, Inimicitias ponam inter te & Mul. Et ſi adhuc dubitas an de Maria dixerit, audi quod ſequitur*, Ipſa *conteret caput tuum. Cui ergo hæc victoria ſervata niſi Maria? Ipſa contrivit venenatum caput Serpentis* &c. Quo tanquam certiſſimo fundamento ſtrato ad laudes B. Virginis animoſius digreditur hortaturque Auditores ut ad hanc ſtellam Jacob, ſtellam hanc maris (ſic n. imperitè ſatis ἐτυμολογίζει vocem Ebr. Mirjam) in periculis confugiant, hanc invocent, hanc cogitent. Cæteris verò hunc ipſum locum eundem errorem errandi occaſionem præbuiſſe diſertiſſimis verbis *a* Franciſcus Georgius Minorita profeſſus eſt. Ita pernicioſi erroris ſemina jacta ſunt, qui poſtquam radices altiores indies egit, everruncari non potuit. Maluerunt n. Pontifices & impudentiores eorum *b* Paraſiti non tantum Græcum & utrumque Chaldæum, ſed & Ebræos codices corruptos cenſeri, quam locum hunc priſtino nitori reſtituere. Quæ pertinacia hoc perſuadet non de nihilo hanc lectionem adeo mordicus ab iis retineri. Coſterus certe niſi hac lectione errorem ſuorum fulciri crederet, *c* Tropæum conculcati ſerpentis cum ad

a Tomo 1. Problemat. Probl. 15. Verba eius hæc ſunt, ex falſa traductione quâ habetur, ipſa cont. cap. 3. Latini communiter tribuunt hanc victoriam Reginæ cœlorum. Quæ licet ſublimior ſit quâ dici queat, tamen dabimus victori triumphum hunc cui ex veritate literæ debetur.

b) *Caniſius de Maria Virg. lib. 5. c. 9. Valentia Analis. Fidei lib. 8. c. 5. Carbonarius in ſuo tractatu ad hanc locum Geneſ.* c) *In libello ſodalitatis B. Virginis & in propyleo Enchiridij Controverſ. præcip. noſtri temporis in gratiam Sodalit. B. Virginis.*

jecto hoc elogio *ipſa conteret cap. 1.* Mariæ, quaſi hoc modo hæreticos urens, nunquam erexiſſet. Nec etiam *d* Suarez hinc quintum ſuum argumentum extruxiſſet ad probandam hanc theſin, Mariam a peccato Originali fuiſſe præſervatam, nec unquam ex capite Serpentis peccatum originale fabricaſſet ingenioſus artifex. *e* Quod vero Bellarm. Vulgatam hanc corruptam lectionem defendat adverſus tot DD. Pontificios, inde etiam eſt quod geminæ illius Editionis Pontificum Sixti V. & Clem. VIII. quorum tempora plerique iſtorum non attigerunt, authoritate conſtringatur.

d Diſput. ad 3 partem Thomæ tomo 2. Diſp. 3. Sect. 5.

e Fieri poteſt ut & alius volens id fecerit. Vt ut ſit, Deo providente Typographicum hoc erratum admiſſum eſt ut ego quidem arbitror, voluit enim Deus hoc ipſo quaſi remorari & tardare Lectorem ut illum de hoc vitio Typographico cogitaret Lector, tempus quaſi linqueretur ad ſacrilegium illud animum advertendi

Sed, ut finem aliquando his προλεγομένοις ponamus, dabimus duo argumenta adverſus hanc corruptelam & obiter ad κρηζφυγετὰ Bellarmini reſpondebimus.

Primò, omnes Ebræi codices in huncuſque diem legunt הוא ipſe, & ante Chriſti tempora ſic fuiſſe lectum τῶν LXX. verſio evincit. Reſpondet Bell. primò ſe in uno codice legiſſe הִיא. At cum codicem non nominet, quis dubitat quin codicem Bibliorum Interlin. apud Plantinum 1572 excuſum intelligat, ubi non היא ut Bellarm. citat, ſed (ad corruptelam accedente Typographi vel *e* correctoris errato) הִוה reperitur, & quidem cum nota Kethib, ac ſi τὸ Keri eſſet הִיא, ut Exod. 3. 8. & hoc ipſo capite verſ. 12. Sed cum *f* ſacrilegium hoc ii qui ſecundæ Editioni eorundem Bibliorum 1584. præfuerunt deteſtati ſint & veram lectionem reſtituerint, Bellarminus rectius feciſſet, ſi Camarinam hanc nunquam moviſſet. Quid enim hoc aliud fuit, quam ut *g* Campianus adverſus noſtros loquitur, in cœleſte Chirographum temulento impetu involare? Secundò reſpondet הוא remotis punctis poſſe.

f Non caſu aut errore ſed conſultò factum teſtatur Lucas Brugenſis, notationibus ad Biblia Gen 3. Guido Fabricius excudi curavit הוא licet errore poſitum ſit הוית. g) *Rat. 1. de Sacris literis, ad Humfred. pag. 297.*

ctis poſſe legi הִוא, & hoc ipſum ſæpe poni pro הִיא. Fateor, undecim locis exceptis, pronomen hoc fœmininum in V. Libris Moſis ſcribi ſemper per Vau הוא; ſic n. Maſſora magna in voce הוא, *Per totam Legem ſcribitur* הוא *præter undecim quæ ſcribuntur* היא, *recenſenturque in Sectione*, Et ſedit, Gen. 38. 27. Sed hoc ibi obſervandum, Chiric tunc ſcribi ſub ה, hocmodo הִוא; ſequi nomina vel verba Fœminina, eaque loca a Maſſoritis notata eſſe. At hoc in loco, nec Chiric ſub ה nec ſequuntur Fœminina, imò contra omnia Maſculina; nec etiam hic locus a Maſſoritis unquam notatus reperitur. Secundum Argumentum noſtrum hoc eſt, poſito, per errorem vel hominum incuriam in aliquot exemplaria irrepſiſſe vel הוא vel הִיא, obſtaret tamen iſti lectioni, imò confligeret eam antecedens Maſcul. זֶרַע ſemen, ſequens verbum Maſc. יְשׁוּפְךָ & denique eodem verſu occurrens affixum Maſc. in תְּשׁוּפֶנּוּ. Objicit Bellarminus *h* loca aliquot unde hoc probare ſtudet, novum aut inſolens non eſſe ut cum nominibus Fœmininis jungantur pronomina aut verba Maſculina. Ad quæ loca cum ſolidiſſime reſponderit *i* Cl. Iunius & alii, nos nihil reponemus Bellarmino præter illud quod ipſe in ſimili caſu de perſonarum mutationibus ait, *Si licet*, inquit, *perſonarum ſine cauſa fingere mutationes, nihil certi unquam ex S. literis colligi poterit.* Claudemus verbis Epiphanii *k* cedro digniſſimis, ἴση βλάβη, inquit, τῶν καλευτελιζόντων τὴν ἁγίαν παρθένον τῶν τε ὑπὲρ τὸ δέον δοξαζόντων. Quæ verba docent par detrimentum veræ religioni afferre eos qui vilem habent beatam virginem, eoſque qui ultra fas gloriam ejus adaugent.

2. *Arg.*

h *Ruth* 1. 8. *Eſth.* 1. 20. *Eccl.* 12. 6.

i *Animadv. in Bell de Verbo Dei lib* 2. *c.* 12. §. 7.

k *Bell. de Chriſto lib.* 1. *cap.* 5.

Ebr.	*Verſ.* 17. *Vulg.*
Maledicta terra propter te בעבורך.	Maledicta terra in opere tuo.

Error ortus videri poſſet ex affinitate literarum ד & ר, ſi in uſu eſſet nomen עֲבוּר pro opere. Atqui ea vox nuſquam extat. Dicunt n. Ebræi עֲבוֹדָה. Similiter lapſi hic ſunt LXX. *ἐν ἔργοις σου.* Et Theodotion, licet diverſo errore, *in tranſgreſſione*. Id n. eſſet בעבירתך ut eum dicunt עבירה שכר עבירה *Tranſgreſſio merces tranſgreſſionis*, peccatum pœna peccati. Acutiùs omnibus hic vidit Aquila, *propter te* reddens & Chald. בדילך. At operæ erit videre obiter quomodo Bellarm. & Steuchus locum hunc cum fonte concilient. *In opere tuo* ſc. præterito, inquit Bell. Iam vero *in opere tuo præterito* poſitum dicet pro *propter opus tuum*, uſurpatumque Ebraiſmum τῷ *in* pro *propter*. Cum autem opus illud præteritum fuerit peccatum, ſenſus erit, propter peccatum tuum .i. *propter te*, peccati efficientem. Hæc ergo mens Bellarmini, a Vulgato ſenſum fideliter expreſſum. Sed quis unquam ſenſum expreſſurus Ebraiſmum adhibet & quidem adeo obſcurum, nec hoc ſolùm, ſed & talem qui eo loco qui vertitur non extat? Futilia ergo hæc ſunt & Nævii butubata. Nec ſolidiora ſunt quæ Steuchus excogitavit. Dicit Hieronymum pro בעבור legiſſe בעבוד Gerundium. At hoc eum hilum non juvat. Hoc n. Gerund. cum affixo ךָ conſtructum non poteſt ullo modo ſcribi ut Vau remaneat, ſic n. ſcribendum eſſet בְּעָבְדְךָ aut בְּעָבְדְךָ. Quod illis notum qui vel a limine has Muſas ſalutarunt.

begnobdecha. bagna. bodcha.

Caput quartum.

VErſ. 8. *Et dixit Kain ad Habel fratrem ſuum, egrediamur foras.* Hîc ſuperfluæ ſunt duæ voces ultimæ, quę nec

nec Chaldæus Oncelos legit. Videtur autem Vulgatus ea ex LXX. ſuæ verſioni interſeruiſſe, qui habent, *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*. Non ignoro Chaldæos Paraphraſtas Ieroſolymitanum & Pſeudo-Ionatham hic prolixa colloquia interpolaſſe, ſed ex humano cerebro conficta. Ea ubi videris apud [a] Druſium in eandem ſententiam mecum condeſcendes. Hier. in Quæſtionibus ſubaudit, & dixit K. ad Hab. *ea quæ locutus erat DOMINUS* Ferè in eundem modum Abenezra כל־התוכחות שהוכיחו השב .i. omnes increpationes quibus increpitaverat eum DOMINUS. Sed ſi vertas, *Et locutus eſt* .i. ſermones habuit vel *collocutus eſt Cain cum Habel*, tum ad ſententiam mihi nihil videtur deeſſe. Fateor tamen & ſic in dubio linqui, quid ſermonum rixarumve inter eos fuerit. Commutata inter eos fuiſſe verba rixæ ipſe Moſes non obſcure innuit. At quænam illa fuerint nos celavit & ipſummet Moſem forte magnus ille dictator. Quid ergo ad nos attinet hæc ſcripturarum abdita ſcrutari? Neſcire velle quæ Magiſter maximus docere non vult, quæque te ſcire nihil juvat, erudita inſcitia eſt. Atque hinc forte eſt illud in Ebræis codicibus intervallum & quaſi hiatus hîc loci præter morem, quò Maſſora reſpexit dum in margine Edit. Venetæ in folio ſic notavit כ״ח פסו/פסק/במצעו פסוק .i. 28. verſus ſunt in quorum medio interſtitium vel quaſi Pauſa quædam eſt.

[a] *In notis ad Sulp. Severum, nec non in Frag. Vet. Interp. ad V. T. p. 88.*

Verſ. 13. Vulg. *Majus eſt peccatum meum quam ut veniam merear.* Hæc verſio, ſi non peperit, ſaltem aluit opinionem Pontificiorum de merito congrui, vide Morton. Apol part. 2. lib. 1. cap. 12. At Ebræa licet ambigua ſint, tamen hanc ſententiam omnino non habent. Sic n. ea, Major eſt iniquitas mea מִנְּשׂוֹא. Vox Ebræa נָשָׂא verè *πολύσημος* aliq. ſignificat, *tollere*, *auferre*,

remittere peccatum, hoc ſenſu מִנְשׂא *Minneſo* putârim poſitum eſſe pro מֵהִנָּשֵׂא *Mehinnaſe, quàm remitti* .i. quam ut remitti queat, ut verſu ultimo hujus cap. לִקְרֹא *likro* pro לְהִקָּרֵא *lehikkare*. Significat aliq. & *ferre, portare*, & tunc עָוֹן *iniquitas* Metonymice accipitur pro *pœna iniquitatis*, hoc ſenſu, Major eſt pœna iniq. meæ quàm ut ei ſim portandæ. Poteſt ergo ut vides utrumque ſignificare hoc loco, vel *veniam alicui facere*, vel, ſi ſumatur paſſivè, *veniam conſequi, condonari*, At *veniam mereri* propriè nuſpiam extat. Sed vide Steuchum & Cajetanum qui pulcram nobiſcum hic tenent conteſſerationem.

Verſ. 15. Redundant illa verba, *Nequaquam fiet*. Eòq; obelo configenda. Error communis ei cum LXX. οὐχ' οὕτως, Theodotione & Symm. *non ſic*. Effinxerit hoc fortean aliquis ex voce לָכֵן, quam reſolvet in לָא *non* & כֵּן ſic. Sed reſpondeo 1. לָא non eſſe Ebr. ſed Chaldæum. 2. Talis ferruminationis non extare ullum exemplum. Opponet forte בָּגָד Gen. 30. 2. quod quidam poſitum volunt pro בָּא גָד venit fortuna; ſed præterquam quod ibi בָּא Ebr. & per conſequens diſſimile, adeo variis opinionibus involuta vox illa eſt, ut eo confugere ſit lucem e tenebris velle accendere. Optime hic Aquila, *Propterea*. Et Oncelos בְּכֵין, ut & B. Hieron. Epiſt. 75. quæ ad Damaſum. Quin & Cajetanus & Steuchus fatentur לָכֵן non *nequaquam* ſed *ideo* vel *imo* ſignificare. Non autem inſolens eſſe in ſacris ordiri ſermonem ab hâc particulâ, quoties difficultati aut interrogationi præcedenti reſpondetur vel occurritur, docuit hoc loco adductis duobus locis 1. Sam. 3. Iſai. 7. præſtantiſſimus Mercerus.

Ebr.	*Verſ. 16.*	*Vulg.*
In terra Nod.		Profugus in terra.

VVlg. *Egreſſuſque Kain a facie* DOMINI *habitavit profugus in terrâ* &c. At in Ebræo, *& habitavit* בארץ נוד .i. fatente etiam Cajetano, *in terra Nod.* Niſi vox *Nod* plene ſcripta eſſet .i. cum Vau Holem, regereret ſcio adverſarius aliquis Interpretem legiſſe ſine punctis נד, quod vel cum Holem defectivo, Nod, vel cum (ר) legi poſſet נָד *Nad* .i. profugus. Aſt bene ſe habet quod exemplaria ſcribant cum Vau, unde & ſepes Legis non immerito dicta Maſſora hîc notat ,ליח ומלא .i. ל׳ ומל׳/ .i. *non occurrit amplius & plenè ſcribitur*: plene .i. cum Vau. Si n. ſic ſcriptum fuiſſet נ׳ד, jam חָסֵר .i. defectivum fuiſſet. Vnde LXX. quoque pro nomine loci accepêrunt, licet voce aliquantulum corruptâ, ἐν γῇ ναὶδ.

Ebr.	*Verſ. 26.* *Vulg.*
אז הוחל לקרא בשם יהוה :	Iſte (Enos) cœpit invocare nomen DOMINI.

Licet locus hic, ſi quiſquam, ſit πολυθρύλλητον, tamen haud ſcio qua fronte huic verſioni patrocinium præſtari queat. Primo n. אָז non ſignificat *ipſe* ſed *tunc*. Diſerte magnus ille Vulgatæ Patronus Steuchus, אָז *non refertur ad perſonam ſed ad tempus. Nec ulla apud nos*, inquit, *extat ratio quam afferamus cur LXX. (quos* ſc. hic ſecutus Vulgatus) *ita verterint.* Et Cajet. Cardinalis, *explicat Moſes non perſonam ſed tempus.* Dicet aliquis τῶν LXX. & Vulgatæ Interpretationis codices olim habuiſſe, *Tunc*, ſed illud ex Nazianzeno jam ante refutavit Steuchus. Secundo, הוחל non ſignif. *incepit*, ſed, *cæptum eſt*: Vnde Aquila, τότε ἤρχθη; Et Hieron. *Tunc initium fuit invocandi* &c. Et Oncelos reſolvens imperſonale in perſonale, *in diebus ejus cæperunt filij hominis* &c. Et cui perſuadebimus cum Enoſo incepiſſe adorationis cultum? Si urgebis ut ego

pronun-

pronunciem quî hunc locum vertendum putem, licet id jam ex profeſſo non agamus, tamen ſic habeto, me ob varia non poſſe non amplecti eam Interpretationem quam ſecuti ſunt Theodoretus, Aquila, Galli, Angli in novæ ſuæ verſionis margine, Piſcator, Bertramus Lucub. Franckt. cap. 1. & alii, quæ hæc eſt, *Tunc cœptum eſt denominari de nomine DOMINI.* q. d. Tunc diſſectum eſt & quaſi diviſum abiit genus humanum in duas partes, quarum una, piorum ſcilicet, appellata fuit de nomine Dei, ut cum cap. 6. vocantur בני אלהים: Altera impiorum, ſc. de nomine Adam. Sic eſt profecto, ſicuti dicimus *vocari nomen alicujus ſuper aliquem* Ieſ. 4. 1. Et, *vocari nomen alicujus in aliquo* Gen. 48. 16. Et, *vocare ſuper aliquem in nomine alicujus* Pſal 49. 12. pro denominari vel denominare aliquid de nomine alicujus, ſic etiam *vocare* & *vocari* ſeq. ב .i. *in aliquo.* Ieſ. 48. 1. & 47. 7. & 65. 1. Non ignoramus ab aliis alias afferri interpretationes, ſed quia eæ coactiores, in ea quam jam exhibuimus impræſentiarum acquieſcimus.

Caput quintum.

VErſ. 22. notant Witakerus, Lubbertus aliique ſuperflua eſſe illa verba, *Et vixit Henoch.* Certe ſi ea demas, omnia longe eſſe ἐμφατικώτερα docebit te Mercerus comm. ad hunc locum.

Caput ſextum.

Ebr. *Verſ. 3.*	*Vulg.*
Non ידון diſceptabit Sp. meus cum homine in æternum.	Non permanebit Sp. meus in homine &c.

Cum ea

CVm ea jam eſſet naſcentis mundi malitia, ut & illi qui ex ſancta progenie Sethi (in qua erat Eccleſia) deſcenderant, unde & Filii Dei dicuntur verſ. 2. Vt inquam illi propria libidine eò ſe abripi paſſi fuerint, ut uxores e familia Cainitica quæſierint imò rapuerint ad libidinem ſuam explendam (certè verbum לקח hic uſurpatum Geneſ. 34. 2. ſignificat *rapio*) hoc verſu Moſes Deum ſic introducit loquentem לא ידון *non a diſceptabit Spiritus meus amplius cum homine*. ad verbum, *in homine*. (ב pro עם paſſim adhibetur, ut Exod. 10. 9) q. d. non poſſum me continere quin ſeveriſſime puniam & viſitem hanc malitiam. Quantiſper n. inquit Vatablus, pœnam ſuſpendit Deus, quodammodo diſceptat, præſertim ſi vel minis vel levioribus caſtigationibus homines ad pœnitentiam ſollicitet. Hunc egregium & auro contra non carum ſenſum obſcurat Vulgatus ſic vertendo, *Non permanebit ſpiritus meus cum homine in æternum*, ſecutus τοὺς LXX. Quid? an דון unquam ſignif. maneo? לון eam interpretationem forte admittat, at nunquam דון. Atqui dixerunt aliqui Thema non eſſe דון ſed נדן unde נדן vagina & Chald. נדנה idem, & Metaph. *corpus*. quod id ſpiritui idem ſit quod vagina gladio, q. d. non vaginabitur, non permanebit Sp. meus in homine diutius captivus ſicut in vagina. Sed tunc Grammatica poſtularet non ידון ſed ידון. Vt a נפל fit *אפול. Melius conjectavit Cl. Theologus Fr. Gomarus, eos legiſſe ידור. Quicquid ſit, pro eâ quam Ebræi codices conſtantiſſime habent, lectione, atque a noſtris partibus ſtat Hieron. in Quæſt. ubi vertit *judicabit*, licet paulo diverſo ſenſu. Et R. Sal לא יתרעם וירים non diſceptabit aut litigabit. Et Steuchus credit in Vulg. Latinam *permanebit* ex LXX. irrepſiſſe. Quin & S. Senenſis Bibl. lib. 5. annot. 74. ex

a *Dûn non tãtum ſign. judicare, quod judicis eſt, ſed & litigare, diſceptare quod partium eſt. Vt &* שפט *in Niphal.*

Aben. ad Dan. 7.

* *Eppol*

profeſſo docet locum hunc malè verſum. Et Cajetani hæc ſunt verba, *Quia non deſunt dicentes impoßibile eſſe verbum Ebr. deduci a* vagina, *tutius eſt illos ſectari qui interpretantur*, judicabit. *Hæc n. carere videtur contradictoribus.* Sed admodum vererer Cajetane, ne per Ieſuitas & Inquiſitores liceret tibi, ſi ſupereſſes, tutò dixiſſe illud *tutius* & *ſine contradictione*. Adeo mutata ſunt tempora, mutati mores. Atque hoc modo quivis videt non deſignari hic Spiritum intellectilem & cœleſtem, divinæ particulam auræ, qui Dei Spiritus vocari poſſet quippe a Deo infuſus, ſed eum ſpiritum quo per ſanctos Patres jam toties coarguerat Deus degeneres mortales.

Ebr.	*Verſ. 5.* *Vulg.*
Et figmentum cogitationum cordis tantummodo malum eſſe omni die.	Et quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.

Vulg. non ſatis expreſſit ſenſum mentemque Sp. S. quam hic facile aſſequi potuiſſet, ſi modo textum Ebreum κατὰ πόδα reddidiſſet. Illic enim omnia ἐμφατικώτατα. Plus eſt eſſe malum & quidem tantummodo malum, quàm pronum eſſe ad malum. Plus eſt dicere figmentum cogitationum cordis, quam cogitationes ſimpliciter. Vox n. יֵצֶר ipſas etiam incompletas cogitationes videtur includere. Textus itaque Ebræus, utor verbis [a] Cl. Iunii, exponit habitum & conditionem cordis humani in ſe: Vulgatus autem actum & affectionem ejus ad intentum finem, etiamſi boni aliquid in eo eſſe poſſit. Prolixè etiam hæc deduxerunt cæteri Theologi noſtri VVitak. Lubb. Chemnitius, Mercerus &c. ut nihil amplius ad ea addi poſſit. Objicient fortaſſis aliqui ex eo hominum genere, queîs bonas dextras, malas ſiniſtras natura

[a] *In Animadverſ. in Bell. contr. 1. lib. 2. cap. 12. §. 8.*

natura dedit, & Belgicam noſtram hic deficere. Eſto. non excuſamus; tantum abeſt ut eam pro authentica habeamus, ut nullo prætextu ei contradici queat, licet Vulgatâ multis modis purior ſit. Semel hoc audi quicunque Vulgatum pluſculum æſtimas, audi inquam, καὶ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι, non odimus Vulgatam, non contemnimus quod errores nævosq; ſuos habeat; habent quippe ſingulæ ſuos & nulli hac ex parte licuit tam eſſe felici: Sed, eam Eccleſiis pro authentica obtrudi, idque cum Anathematis denunciatione, ſi quis ullo prætextu eam rejicere audeat vel præſumat, illud eſt quod indignamur. Hoc tantum addam Chaldæum fideliſſime Ebræa ad verbum expreſſiſſe בל-יצרא מחשבת לבה לחוד ביש בל-יומיא;

Caput octavum.

Ebr. *Verſ. 4.* *Vulg.*

Requievit arca menſe 7 בשבעה עשר יום id eſt, 17. *die.*	Viceſimo ſeptimo die menſis.

ERror manifeſtarius, in quo excuſando ſubtiliſſimo etiam hæſerit aqua. Seductus dubio procul Interpres a Græcis eſt, qui hic habent ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, nullâ notata varia lectione. Sed hunc jam ipſi Pontificii notârunt, ut ſummopere mirer pertinaciam Pontificiorum qui nihil in textu hactenus mutarunt, credo ne ulla imbecillioribus oboriretur ſuſpicio, quippiam falſi unquam Vulgatam habuiſſe. At Cajetanus ingenuè & audacter, *Juxta Ebræum, habetur non 27. ſed 17. die.* Audiamus & Steuchum, *tam in noſtris, quam Græcorum codicibus, eſt error, ſubducendi n. ſunt ex hoc numero decem, ut relinquantur 17. ſicut habet Ebr. veritas.* Idem judicium de hoc loco eſt Ioh. Benedicti Theol. Pariſienſis. Nos Ebræam le-

ctionem, ne quis codices hodiernos corruptos aſſerat, ſtabilitum ibimus authoritate Chaldæi Onceli, qui ſic vertit, בשבעת עשרא יומא לירחא, *in 17. die Menſis*, & a Steuchi, cujus hæc ſunt, *Neque credere par eſt Ebræos codices eſſe corruptos, quando is numerus conſentit cum CL diebus, quibus terras labefactavit diluvium, & Chaldæa Editio idem teſtatur.* Non indigna autem quæſtio quæ hic διεξοδικῶς perſtringatur, quid LXX. impulerit hoc loco ab Ebræis codicibus recedere? Sunt qui ſuſpicantur eos שבעה עשר יום literâ Vau in יום non animadverſa & Mem junctâ voci עשר legiſſe שבעה עשרים. At ut doctiſſime notavit Mercerus, tunc Ebræi interjicerent Vau, dicerentq; שבעה ועשרים. Melius itaque divinat cum varietatem hanc imputat difficultati & ſcrupulo qui præſtantiſſimos Interp. hic torſit. Refert Moſes cap 7. 24. Invaluiſſe .i. ut communiter exponunt, auctas fuiſſe aquas ſuper terram CL. diebus. Hîc verò dicitur arcam requieviſſe deſiiſſeque natare decimo ſeptimo die menſis ſeptimi. Iam vero licet exordium CL. dierum ſumas ab initio diluvii, videlicet, decimo ſept. die menſis ſecundi; etiam incluſis iſtis 40. diebus quibus pluit DOMINUS, terminabuntur tamen XIX. aut XX. die menſis ſeptimi. Si itaque aquæ increverunt uſque ad XIX. diem menſis ſeptimi, quomodo potuit biduo ante reſediſſe arca ſuper montes Ararat? Cum Scriptura dicat aquas XV. cubitis altiſſimos etiam montes ſupergreſſas. Hîc ut ſe expedirent LXX. maluerunt nodum ſecare quam ſolvere. Quia n. impoſſibile hoc judicabant, decendii vel X. dierum ſpatium adjecêrunt, ut hoc modo aquis ſpatium aliquod decreſcendi adderetur. Quis Pontificius cum modum ſolvendarum difficultatum probaverit? Potuiſſe aliter curioſo Lectori ſatisfieri Lyra, Ebræorum quorundam ve-

a Eadem hæc verba habet Senenſis Biblioth. lib. 5. annot. 82.

ſtigiis inſiſtens oſtendit. Putat enim ille hic non intelligi ſeptimum menſem anni .i. ſeptembrem, ſed ſeptimum ab initio cataclyſmi .i. octavum anni, Octobrem, vel ſeptimum a ceſſatione aquarum 40. dies defluentium qui incideret in Novembrem. Veriſſima ſolutio eſt quam R. Iſaac Ben Arama in ſuo עקידת יצחק & ex eo Iohan. Mercerus protulit, hæc ſc. verba illa verſus ultimi cap. 7. ויגברו המים non ſignificare, & *invaluerunt* vel *auctæ ſunt creveruntque aquæ*, ſed *validæ fuerunt* .i. ut Vulgatus optime expreſſit, *obtinuerunt aquæ terram*, quod veriſſime dici potuit, etiamſi circa CL. iſtorum dierum finem paulatim decreverint. Hæc quia a Mercero prolixius diſputantur, in paucas has lineas libuit contrahere.

Ebr.	*Verſ. 7.* *Vulg.*
Dimiſit corvum qui exiit exeundo & redeundo &c.	— qui egrediebatur & non revertebatur.

Exiit exeundo & redeundo, hoc eſt, ut omnes Ebraice periti nôrunt, ultro citroque volitavit circa arcam, vel, indeſinenter ibat & redibat, ſive ad arcam ſive in arcam. Lovanienſes nullam hic variam lectionem notârunt in apparatu ad Biblia Regia. At in Edit. Bibliorum Plantin. 1583. notatum reperi *ſex Mſ. R. H. Ch.* (id eſt, ſex manuſcripta, Regia Biblia, Hebræos, Chaldæoſque) *non legere negationem* Vnde & Chriſtophorus a Sacrobosco Ieſuita, defenſione ſententiæ Conc. Tridentini, parte 4 cap. 5. aſſerit *eſſe codices Latinos magnæ authoritatis qui ſine negatione legant, ut in Ebrais habetur.* Et tamen his non obſtantibus Correctores Romani (teſte Luca * Brugenſi) *non judicarunt notam negationis omittendam eſſe*, opinati dubio procul eam non librariis ſed ipſi Interpreti imputandam eſſe. Mihi etiam dubium non eſt quin Interpres

* *In Catalogo locorum inſigniorum correctionis Romanæ.*

terpres eam addiderit, nam & LXX. quos plerunque noſter ſecutus eſt, negationem habent *καὶ ἐξελθὼν οὐκ ἀνέστρεψεν* i. & cum exiiſſet non reverſus eſt. At dicent ſenſum eundem eſſe, reverſus eſt ad arcam, non reverſus in arcam. Verùm quo fundamento & quâ authoritate hoc aſſerunt? Vnde hoc iis conſtat? Codices Ebræi conſentiunt, Chaldæus uterque aſtipulatur, Doctôres plerique Pontif. agnoſcunt additam negationem, nonnulla exemplaria expungunt, Ebræa adeo clara ſunt, quorſum itaque hîc quærimus *κρησφύγετα*, non alio fine quam ut Concilio Tridentino ſua conſtet authoritas? Vt ut n. Interpretis ea mens fuerit, corvum non reverſum eſſe in arcam ſcilicet, licet ad arcam, quis eam odorabitur? Et quis ex Ebræo textu non eâdem firmitate & conſequentia idem colligat? *Et exijt exeundo & redeundo*, ad arcam ſc. non in arcam. Ingenuitatis itaque laudem meretur *a* Senenſis, dum hunc Vulgatæ errorem fabuloſiſſimas quæſtiones invexiſſe aſſerit, ideoque ſubtrahendam a codicibus negationem contendit, teſtemque laudat *b* Auguſtinum Steuchum Epiſcopum Xiſamenſem. Cui ego addo *c* Pagninum & Ioh. Benedictum, celeberrimum illum (elogium hoc Senenſis de eo eſt) Theologum Pariſienſem in margine ſuorum Bibliorum.

a *Biblioth. lib. 5. annot. 83.*
b *Vide ejus Recognitionem Pentateuchi. pag. 180.*
c *Epiſtolâ quam novæ ſuæ verſioni præfixit.*

Ebr. *Verſ. 17.*	*Vulg.*
שרצו בארץ ופרו ורבו *Sharetzu baaretz uparu verabu.*	Ingredimini ſuper terram, creſcite & multiplicamini ſuper eam.

Primam, quæ hic ſeſe offert, diverſitatem ponam verbis Cajetani, *Hæc omnia*, inquit, *in Ebr. habentur in tertia perſona futuri indicativi. Ita quod non ſunt verba præcepti, ſed explicativa actionum ſive officiorum, ad quæ perficienda manda-*

mandabantur exire. Et certe impoſſibile eſt ut רבו ſit imperativus, ut ut שרצו *ſharetzu* & פרו quoad formam poſſint eſſe Imperativi Piel. Et licet hic pro nobis præter rationem manifeſtam militet Chaldæus, tamen hoc non ulterius exagitabimus, ne milium terebrando, quod ajunt, tempus exhauriamus. Majus *παρόραμα* eſt quod *τὸ* שׁרץ quod Gen. 1. 20. ipſe vertit *producere*, & Exod. 8. 3. *Ebullire*, hic vertat *ingredimini*. Tutiùs certe hic ſecutus fuiſſet Græcos, qui in malè verſis eos tam induſtrie æmulatus eſt. Illi n. hoc loco habent *αὐξάνεσθε*. Adeò periculoſæ plenum aleæ opus eſt, ſi quis aliorum laboribus tantum ſubnixus ad verſiones S. Literarum præſumat accedere. Hinc enim fit ut dum optimam ſententiam putant ſe ſequi, peſſimam plerunque adverſante quaſi fortunâ eligant, & uniuſcujuſque Interpretis errorem ſequantur. Sed ad rem. שָׁרַץ cum intranſitive ponitur ſignificat *repere*. Ea interpretatio, licet eam hîc ſecutus ſit Pagninus & ad eam alluſerit Vulgatus, ſtare non poteſt, eo quod non conveniat omnibus animalibus quorum hoc verſu facta mentio, nec enim ea quæ ſub בהמה *behemah* comprehenduntur dicuntur repere, ut nec homo, de quo uſurpatur eadem vox Gen. 9. 7. Tranſitive ergo capienda. Ita proprie & *αὐτολεξεὶ* eorum animantium eſt, quæ repunt & ſeſe quaſi trahunt & ſub nomine collect. שרץ *Sheretz* continentur, ut *Natatilia* ſeu aquatilia, *τὰ νηκτὰ*, quæ Levit. 11. 10. שרץ המים *Sheretz hammajim* vocantur; Reptilia terreſtria *τὰ ἑρπετὰ*, quæ ſpecialiter רמש *Remeſh* vocantur hoc eodem verſu, & volatilia, quæ Levit. 11. 20. שרץ העוף *Sheretz hagnoph* vocantur. R. Sal. שרץ Sheretz *vocatur omne vivens quod non admodum ſupra terram elevatur*. Nota tamen quod & ad alias ſpecies ſubinde extendatur, nam & de Filiis Iſrael dicitur

Digitized by Google

dicitur Exod. 1. Vbi copioſæ ſobolis ſignificatur propaga-
tio ait Mercerus. Significat autem proprie, *cum copia & multitudine producere vel produci*; Scindlerus. *abunde progignere*, Iun. *Gignere vel gigni in multitudine*, Pagn. *ebullire, ſcaturire, eructare*, Mercerus. Cajet. ad Gen. 1. 20. *Nec ſignificat purum efficere reptile, ſed efficere in multitudine.* Et Steuchus ad locum ſimilem Geneſ. 9. 7. pro *ingredimini* dicit vertendum *propagamini, pullulate.* Et Ebræus Lexicogr. שריצה היא רב התולדה ſign. multitudinem generationis. Oncelos ויתילדון *procreent.* Sed in re clara nimis jam prolixus fui.

Verſ. 19. Inſeruit Vulgatus vocem *jumenta*, non ex Ebr. ſed Græcis, eoſdemque ſecutus τὸ *volatile*, cujus in Ebr. & Chaldæo mentio, exterminavit.

Ebr. Verſ. 21.	*Vulg.*
Figmentum cordis hominis malum eſt a pueritia ſua, מנעוריו *minnegnurau.*	Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia.

Nimium hic ſibi indulſit Interpres, quo fine novit ille qui omnia, dum vocem רע *malum* vertit *pronum ad malum.* Sed & alia ſe hic prodent, ſi ad obruſſam textus Ebraici locum examinaverimus. Tria hic commiſſa eſſe docet D. Paræus, Comm. ad hunc locum, 1. quod omne figmentum cordis reſtringat ad ſenſum & cogitationem. 2. eſt, quod jam a nobis notatum eſt circa vocem רע *malum* 3. quod τὸ מנעוריו vertit *ab adoleſcentia ſua*, ac ſi pueritia, quæ ætas adoleſcentiam antegreditur, ipſaque infantia ab hac pravitate eſſet immunis & exempta. Atqui non adoleſcentiam tantùm ſed & ipſam pueritiam & infantiam ſignificat, eamque magis proprie. Adoleſcentia proprie בחורים & בחורות & ילדות & שחרות dicitur.

Sed

[redacted]

Digitized by Google

Sed do fateorq; vocem נעורים & pueritiam & adoleſcentiam complecti, cur hic tamen * *pueritiam* malim, hę cauſę ſunt .I. quod magis propria & uſitata pueritiæ notio ſit; 2. Etſi id non eſſet, paribuſque paſſibus hæ duæ notiones ambularent, ea tamen videtur ponenda interpretatio quę ſubjectę materiæ magis conveniat. Cum autem univerſale axioma ſit quod hic ponit Moſes, rogo an non etiam puero competat, ut ſic mihi liceat inferre, ergo etiam ſigmentum cordis pueri malum eſt. Quis hoc negaverit? Atqui quis ſenſus erit, Figm. cordis pueri malum eſt ab adoleſcentia ſua? Cur ergo non eam ſignificationem ſumimus, quæ omnium ætatum primam & infimam ponit, pueritiam videlicet: nam de corde Senis, viri, adoleſcentis, ipſiuſque adeo pueri optime dixero, malum eſſe a pueritia ſua, .i. ex quo puer eſſe cœpit .i. ex quo natus eſt. Pulcre concinit Oncelos, *Et ſigmentum cordis hominum malum eſt* מִזְעִירֵה *a puſillitate*, ut ſic dicam, *& parvitate ſua.* זעיר n. puſillum & parvum ſignificat. R. Sal. ad ipſam vocis originationem reſpiciens, משננער לצאת ממעי אמו .i. *ex quo excuſſus eſt egrediendo ex utero matris ſuæ.* נָעַר n. *excuſſit.*

* *Cum Caiet. quem & hic & Gen 6 vide. Adi & Wi-tak de pecc. Orig. 2. 11.*

Caput nonum.

6\. *QVicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.* Omiſit vocem באדם, quæ in Ebręo nullo modo vacat, quomodocunque exponas; quapropter etiam à nullo alio interprete, quod ego quidem ſciam, omiſſa eſt. Ebræa, *Effundens ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effundetur.* Quibus verbis Magiſtratus officium authoritatemque ſanciri oſtendunt Theologi noſtri, quos jam aliquoties citavi. Firmat Oncelos: *Quicunque effuderit ſanguinem hominis in teſtibus* (id eſt,

cum, vel coram teſtibus) *per ſermonem* (id eſt, ſententiam) *judicum*, *ſanguis ejus fundetur*. Alii, *propter hominem*, interfectum ſcilicet. Alii לעיני הכל coram omnibus. Cæteras Interpretationes mitto, quia contra Accentum Zakeph Katon vocem באדם jungunt cum præcedentibus verbis. Addam verba Ionathæ, *Qui eff. ſanguinem hum. coram teſtibus, judices condemnant eum ad mortem: Qui vero eff. ſ. hum. abſque teſtibus, Dominus mundi ultionem ſumet de eo in die magni judicij.*

Verſ. 7. commiſſus error circa vocem שרצו quem ſupra 8,17. taxavimus. vertit n. *Ingredimini.* At LXX. πληρώσατε.

Caput undecimum.

Ebr.	*Verſ. 13.*	*Vulg.*
CCCCIII. annis.		CCCIII. annis.

ANtiquiſſima exemplaria Vulgatæ verſionis ſic legunt: *Vixit Arphaxad poſtquam genuit ſale 303. annis.* Vide Cajet. Notant autem Lovanienſes, manuſcripta legere cum Ebr. & Chald. 403. Ac proinde ad eorum fidem in poſterioribus aliquot exemplaribus textum Vulgatum vidimus mutatum. Verum Romani correctores errorem a Cajet. Steucho, Lovanienſibus aliiſque notatum retinuêre hoc loco. Verſu autem 20, ubi codices legebant, Reu vixiſſe 35. annos, ipſi 32. juxta veritatem Ebr. repoſuêre. Vide appendicem.

Caput duodecimum.

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
עד אלון מורה *Gnad elon Moreh.*		Vſque ad convallem il-ſtrem.

Inter

INterpretes Ebræi diſſentiunt in voce prima. Eam enim quidam quercum vel quercetum (quod propriè ſignificant אלה & אלון *allon*) quidam planitiem, convallem reddunt, inter quos eſt Oncelos עד מישר. At nullus unquam ita ineptiit, ut *Moreh* nomen proprium verterit *Illuſtrem*. Certe ſi ulla affinitas eſſet inter iſta duo, & ullus prætextus erroris, talium notatione me non delaſſarem. Si proprium non eſſet, ſignificaret *Doctorem*, unde מורנו doctor noſter. Aberrarunt & hîc LXX. licet alio lapſu, vertunt enim ἐπὶ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλὴν. At quid commune מורה cum excelſo, quod Ebræi רם vocant? Nec excuſari poteſt ſcholion, quod in Bibliis Græcis ἕως δρυὸς μαυβρῆ, uſque ad quercum Mamre: Cum diverſa loca eſſe tam evidenter oſtenderit Mercerus in Comm. ad hunc locum. Mamre enim ille fuit confœderatus Abrahæ, locuſque ille non procul ſitus fuit ab Hebron, At qui hîc memoratur, non procul à Iordane abfuit juxta Sichem. Iam vide Cajet. & Steuchum.

Caput decimum tertium.

Ebr.	*Verſ. 2.* *Vulg.*
In pecore, auro & argento.	In poſſeſſione auri & argenti.

HIc Interpres Vulg. vocem במקנה junxit cum ſequentibus, cum ipſi Cajet. & Steuch. fateantur vertendum eſſe, *in armento, auro & argento.* Vt enim de punctis, quæ expoſitioni alteri refragantur, nihil dicam, quomodo vox prior cum ſeq. conſtrui poteſt, ut ſubſt. cum ſubſtant. in genitivo caſu, cum ב duabus poſterioribus vocibus præfixa ſit? Ideo LXX. ἐν κτήνεσι, Oncelos בבעירא in jumento.

Digitized by Google

Ebr. *Verſ. 11.*	*Vulg.*
Profectuſque eſt Lot מקדם *mikkedem.*	Profectuſque eſt Lot ab Oriente.

At quis ignorat Iordanem, ad cujus ripam ſita erat Sodoma, ad orientem terrę Canaan ſitum fuiſſe? Vbi olim Sodoma, ibi poſtea mare mortuum ſitum fuit, quod à ſitu orientale vocant, mari magno, quod occidentale appellant, ex diametro oppoſitum. Quomodo ergo, qui ab occaſu orientem verſus tendit, dicitur tetendiſſe, vel profectus ab oriente? ſed decepit eum communis uſus & ſignificatio particulæ מן in tali connexione. Oblitus eſt מן aliquando valere idem, quod *verſus* vel *ad*, & denotare quandoque ſitum ſine motu, aliquando etiam cum motu: ſine motu, Gen. 2, *plantavit* מקדם 2. Sam. 6. 2. מבעלי יהודה. ad Baalima Iudæ, vel Baalima Iudæ verſus. Confer cum 1. Chron. 13 6. ubi in Hiſtoria eadem ponitur בעלתה cum ה nota ad locum. Si tumultuabitur hîc Pontificiorum aliquis, inſpiciat 1. Sam. 14, 5. & videbit מצפון *ad aquilonem* & מנגב *ad meridiem* in ipſa Vulgata verſum. Sic & LXX. hoc ipſo cap: verſ. 3. מנגב εἰς ἔρημον vertunt. Sic obſervo partic. ל *ad* Ieſ. 59. 20. *veniet redemptor* לציון, ab Apoſtolo Rom. 11. 26. converſum ἐξ Σιών. Concludimus itaque cum Iun. & Trem. verti hîc debere *Orientem verſus*, aut ſupplendum eſſe; *Profectus eſt Lot* in locum, vel regionem, ſitam *orientem verſum.* Apagite ineptuli, qui ubi aqua vobis hæret, a literalis ſenſus, ut vocatis, paupertate ad allegoriarum divitias tranſvolatis, Abiit ab Oriente ad occaſum, id eſt, ut vobis placet, relicta luce vera tetendit in occaſum & perniciem ſuam. Iam didicimus quibus caſibus liceat Allegorias ſectari. At inter eos non invenimus inſcitiam. Ea non debet pædagogus eſſe ad Allegoriam.

Fullerus Miſc. 1 4. ubi et alium locum ex Gen. 11 2. adducit, ſed ſimul oſtendit eum aliter exponi poſſe.

Caput

Caput decimum quartum.

Ebr.	*Verſ.* 5.	*Vulg.*
.וְזוּזִים בְּהָם		Et zuzim cum eis.

EXcuſari poſſet Interpres, quod codicem non punctatum ſecutus ſit, in quo legit procul dubio בָּהֶם in iis, niſi Hieronymus, quem etiam ſine punctis legiſſe conſtat, legiſſet vertiſſetque loci nomen *in Ham*. Et Oncelos & Ionath. בהמתה in Hemta. Sed ut in plerisq; male verſis, ita & hic LXX. æmulatus eſt noſter, apud illos enim *ἅμα αὐτοῖς* legitur. Ex hoc aliiſque id genus locis illud collige Lector, verſionem Vulg. Pentateuchi Hieronymi non eſſe, utpote qui in ea tam multa reprehendit.

Ebr. Verſ. 18.	*Vulg.*
Et Melchizedek R. Salem הוֹצִיא .i. exire fecit, produxit iis panem & vinum, & ipſe (וְהוּא) ſacerdos altiſſimi.	Et Melchizedech R. Salem proferens panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi,
19. Et benedixit ei &c.	19. Benedixit ei &c.

EX hoc loco fulcrum Idololatrico Miſſificio quærit Romana Synagoga, ut apud *a* Lyram, *b* Pererium, *c* Suareſium, *d* Bell. &c. videre eſt. Olim legebatur *obtulit*, quod licet diſſimulent Lovanienſes, non inficiantur tamen Andradius & Eccius, quorum hic in colloquio cum Oecolompadio locum ſic citavit. Dupliciter ab Originali receſſum. 1. Vbi textus habet præt. Vulg. participium poſuit. 2. Vbi Ebraice eſt copulativa, Vulgatus habet cauſalem particulam. Prius leviuſculum, nec notaſſem, niſi vidiſſem operæpretium viſum Epiſcopo Steucho fuiſſe, quod in ſua recognitione obſervaret Quin

a b *Vterque ad locum hunc in comment.*
c *Ad 3. partem Thom.*
d *De Miſſa l. 1. 6. videatur & Poſſev. l. 4. cap. 13. Biblioth.*
e *Lib. 4. Defenſ. Concilij Trid.*

& ad poſterius conniveri poſſe quidam ex noſtris exiſtimant, & ſic accipi poſſe, ut non prolationis panis & vini, ſed ejus quam protulit benedictionis vel totius enunciati, quod in verbo *benedixit* abſolvitur, detur ratio. Sed quia Bellarminus contra mentem *b* Hieronymi, qui τὸ *erat autem* cum *benedixit* jungit, particulam *enim*, torquet quaſi ratio eſſet ejus quod anteceſſit non ejus quod ſequitur, non concedenda Cardinali eſt vox *enim* utpote quæ in Ebræo nuſquam compareat. Et tamen vide quam ſuperbe ſe inferat loco citato, *vox* ENIM, inquit, *cogit ut intelligamus panem & vinum prolata fuiſſe in ſacrificium Miſſæ.* O obtuſos itaque Cajetanum & Andradam, quorum ille in Comm. ſic ait, *Nihil hic ſcribitur de ſacrificio vel oblatione, ſed de prolatione ſeu extractione quam ſcribit Ioſephus factam ad reficiendos victores. Quod autem in Vulgata editione ſubditur ut cauſa oblationis, erat enim ſacerdos &c. in Ebræo non habetur ut cauſa, ſed ut ſeparata particula.* Hactenus Cajet. Andradius ſimiliter cum Ioſepho, Epiph. Ambr. &c. dicit Melchizedekum laſſos Abrahæ milites &c. pane vinoque refeciſſe. Sic itaque dico, cum ſententia æquè bene fluat retentâ propria ſignif. copulativæ Vau, oſtendat Bellarminus neceſſitatem cur ab ea recedi hic debeat & quid illud cogat. *a* Accipitur aliquando, fateor, pro cauſali, ſed illud in quæſtione non eſt.

b *Ep. 126. ad Evagr. Et Melchizedec R. Salem protulit panem & vinum. Erat autem ſacerdos exceiſi, benedixitq́; illi. In Quæſt. verò ſic, & ipſe erat ſacerdos &c.*

Videantur hic Witak. Labb. Iun. Sutlivius de Miſſa. 3. 13. & alij Dd. noſtri.

a *Nimis operoſe hoc probat Bell. loco citato.*

Caput decimum ſeptimum.

13. IN Vulgata deſunt hæc verba, *Circumcidendo circumcidetur natus domus tua & emptus argento tuo.* Quæ otioſa eſſe fruſtraque a Sp. Sancto repetita quis aſſeruerit? Certe is Iudæis profligatior eſſet, quorum illud eſt, *Nullum apicem eſſe in lege à quo non pendeant magni montes,* ne enim

Ne enim ſervos ex hoc fœdere excluderet ſuperciliosa & ſuperba gens, illud denuò inculcare Abrahamo voluit Deus, ut haberent Iudæi quem ſequerentur. Ideo & Oncelos ea legit, nec non LXX. prout in potioribus Exemplaribus videre eſt. Certe Romana Sixti V. juſſu anno 87. edita repetunt *ὁ οἰκογενὴς τῆς οἰκίας σου καὶ ὁ ἀργυρώνητος*. Videatur hic Cajetanus. Nec non Steuchus, qui impudenter hîc aſſerit *morem eſſe linguæ Ebraicæ eadem ſæpè otiosè inculcare*. Vix dabit hoc citra levitatis notam Poſſevinus, cujus illud in Προλεγομένοις citavimus, *In Ebræa lingua tot ſacramenta quot literæ, tot myſteria quot apices* &c.

Caput decimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 20.* *Vulg.*
An בחמשה *bachămiſſha* propter quinque &c.	An propter quadraginta quinque delebis univerſam Civitatem?

Nihil correxêrunt Romani Correctores. Multa, inquit Bellar. in Epiſtola quam in Προλεγομένοις citavimus, præterivimus juſtis de cauſis, quę mutari potuiſſent. Ego vero ſtupidior aliquis non video ullam cauſam cur hunc errorem non correxerint, qui alios ſuſtulerunt. Locus hic notatus à Luca Brug. inter eos qui adhuc poſt Clementinam Edit. corrigendi ſunt. *Quædam Ms*, inquit; *cum antiquis libris Veteris noſtri Epanorthotæ omittunt majorem numerum conformiter Ebrais & Chald. quin & Græcis quibuſdam Editionib. nominatim Sixtinæ.* Pulcre a. notavit Genebr. ad Pſal. 109. juxta ord. Ebr. *propter quinq.* idem eſſe quod *propter defectum quinque.* Sed quod addit pro eo Vulgatum lucis cauſa poſuiſſe *propter quadraginta quinque*, non capio. Non enim dicimus Deum delere civitatem

civitatem, ſed parcere propter quadraginta quinq; juſtos. Sic dico, Deus delet civitatem propter defectum quinq; juſtorum; peperciſſet autem propter quadraginta quinq; repertos.

Caput decimum nonum.

Ebr.	*Verſ. 16.*	*Vulg.*
ויתמהמה *Vaijithmahmah.*		Diſſimulante illo.

Miror quid hic ſpectârit Interpres? Aquila habet ἐμέλλησεν, moram traxit. Ambr. *morabatur.* Onc. & Santes, *tardavit.* Pſeudo Ionathas, אשתהי & *cunctatus eſt.* Ipſe Vulgatus Habac. 2. 3. *moram fecerit.* Τῶν LXX. hîc non adeo probanda verſio, excuſabilior tamen. Vertunt n. ἐταράχθησαν, *turbati ſunt*, ſc. Lot cum familia ſua, oſtendere forſan volentes cunctationem iſtam ex perturbatione ortam.

Ebr.	*Verſ. 18.*	*Vulg.*
אל · נא אדני *al na Adonai.*		Quæſo Domine mi.

Neglexit Vulg. negandi particulam, nec eam Romani Correctores addendam judicârunt.

Caput vigeſimum verſ. 4.

Vulg. *Num gentem ignorantem & juſtam interficies?* Obelo configenda vox *Ignorantem*, quæ non ex Ebræa ſed Græcâ hic interpolata eſt. Sic n. illi, ἔθνος ἀγνοοῦν καὶ δίκαιον οὐκ ἀπολεῖς. Ideo Chaldæus omiſit.

Ebr.	*Verſ. 16.*	*Vulg.*
הוא לך כסות עינים לכל אשר אתך ואת כל · ונכחת:		Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, quocunque perrexeris: mementoque te deprehenſam eſſe.

Locus

Locus hic obſcurus fateor & variis Interp. opinationibus involutus, tum ob ambiguitatem pronominis הוא, quod alii ad donum, alii ad Abraham, alii ad totum eventum referunt; tum ob poſteriora ואת כל ונכחת, *veeth col venocachath*, quę alii dividunt, alii componunt; Eorum qui componunt quidam volunt eſſe verba Abenmelechi, quidam verba Moſis. Atqui hæc Vulgatum non excuſant, utpote qui nimiùm ab Ebræis fontibus exorbitavit. Nec enim in textu ullum vocabulum eſt quod vel *perrexerit* vel *memento* ſignificet. Denique in ונכחת nulla deprehendendi ſignificatio eſt. Nos poſteriora illa ob accentum qui in אתך ſic exponenda putamus, *Et cum omnibus* (hiſce) .i. hæc omnia paſſa & *correpta*; caſtigata vel erudita *eſt*. Vide Cajet. ad hunc locum.

Caput vigeſimum primum.

Ebr.	*Verſ. 9.*	*Vulg.*
Et vidit Sara filium Hagar Ægyptię, quę pepererat Abrahæ, מצחק ludentem.		Quumque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptię ludentem cum Iſaac filio ſuo &c.

Nimium extenuat Interpres peccatum Iſmaëlis ob quod Saram ancillæ ſuæ maritum inhortatam hoc verſu narrat ſacra Hiſtoria. Ecce n. quod Paulus Galat. 4. 29. vocat *perſecutionem*, Vulgatus vocat *ludere cum Iſaac*. Nihil jam dico de additamento iſto, *cum Iſaac filio ſuo*, quod in Ebræo non comparet, nihil etiam dico de eliſis tribus iſtis vocibus; אשר ילדה לאברהם *quem pepererat Abrahamo*, hoc potiſſimum carpo, quod verbum ludere (quandoquidem eâ voce uti libebat Interpreti) cum Ablat. mediante præpos. *cum* conſtruxerit. Scimus verbum צחק apud Ebræos quoque eſſe *μίσειν*, ſumique jam

Digitized by Google

in bonam partem ut Gen. 26. 8. jam in malam ut Gen. 39. 17. Novimus & illud quam varie de hoc luſu ſentiant docti, ſed hic jocularem & innoxium puerorum luſum intelligi non poſſe, indignatio Saræ & Dei ſubſecuta admonitio evincunt. Videantur hic ſolummodo Lyra & Cajetanus. At phraſin hanc *ludere cum aliquo* ut ut forte, de quo tamen admodum ambigo, de ſubſannatione uſquam legatur, quis aliter quam de pucrili luſu acceperit? Ipſe certe hic Interpres Gen. 39. ubi phraſis hæc in malam partem accipitur, ſic convertit, *Ingreſſus eſt ad me ſervus Ebræus quem adduxiſti ut illuderet mihi.* Vt hac ex parte Intepretem immeritò flagellârit Lyra, ad hunc locum ſic dicens, *Hanc æquivocationem* (vocis צחק) *videtur ignoraſſe Tranſlator noſter vel eam non reputaſſe.* Ibi enim non vertiſſet *illudere*, ſi omnino ignoraſſet. Chald. מחאך vertit, de qua voce vide Fagium ad hunc locum.

Caiet. Ebraicè eſt, facientem irridere.

Non narratur Iſmael ludens cum Iſaac ſed faciens irridere.

Caput vigeſimum tertium.

Verſ. 9. *Vixit Sara 127. annis.* Vbi verba illa quæ in Ebræo ſequuntur & a Chaldæo expreſſa ſunt, *illi fuerunt anni vitæ Saræ*, prætermiſſa ſunt. Quæ ſi otium agerent, Sp. Sanctus amanuenſi ſuo Moſi ea non dictaſſet. Egregiè Baſil. ad Amphilochium, *Nihil eſt quod non ſit magni momenti in Scripturis, utcunque nobis parum aut nihil eſſe videatur.*

Ebr.	*Verſ. 3.* *Vulg.*
Et ſurrexit Abraham מעל פני מתו de ſuper faciebus mortui &c.	Cumque ſurrexiſſet Abraham ab officio funeris ſui.

A faciebus mortui ſui, Ebraiſmus, pro, *a mortuo ſuo.* Locutio, ut, *a facie gladij* .i. a gladio. Ideo Græci ἀπὸ τοῦ νεκροῦ.

νεκρῶ. Vſus autem eſt Moſes voce Maſc. מֵתוֹ mortui ſui, reſpiciens ad corpus quod Ebræi voce Maſc. גוף vocant. Aben. רמז לגוף *innuit corpus*. Sed ad rem. Senſus verborum Moſis eſt., deſiit tandem plangere, poſitoque lacrymis & luctui modo de ſepultura ſubiit cogitatio. Et quia planctus officium quoddam pietatis cenſetur, tolerari poſſet vox *officij* hic neſcio unde interpolata, niſi ex Pontificiis non gregarius aliquis aut ſuppedaneus, ſed qui Romanæ Sedis Atlas audit, iſque non imperitus harum literarum Card.[a] Bellarminus ex hac verſione conaretur probare, in Geneſi implicitè ſaltem Purgatorii mentionem injici, illudq; per conſequens primis mundi ſeculis fuiſſe cognitum. *Quid prohibet*, inquit, *per illud* officium *intelligere non ſolum lachrymas ſed etiam Orationes & jejunia* pro defunctæ ſc. animâ? Egregia certe interrogatio! Quia ſcilicet ab aliquot ſeculis inter Chriſtianos celebrari cœperũnt mortuorum officia, diſputat ex voce *officium*, cujus nec vola nec veſtigium in ſacris fontibus extat. Textus itaque originalis prohibet hic officia illa intelligere. Sed talis decebat ignem purgatorium follis, tale patellam operculum.

[a] De Purgat. lib. 1. 15.

Caput vigeſimum quartum.

Ebr.	*Verſ. 21.*	*Vulg.*
Et vir משתאה ſuper eam vel de ea.		Et vir contemplabatur eam.

Vim vocis Ebraicę, ipſo Cajetano judice, aſſecutus non eſt Interpres, plus n. ea ſignificat quam contemplari. Producatur vel unus locus ubi nudum contemplari ſignificet. Vterque Commentator R. Sal. & Aben. explicant per מִשְׁתּוֹמֵם. Oncelos, שָׁהֵי בַהּ. Sed Vulgatus preſſit

veſtigia τῶν LXX. qui hîc loci habent, *κατεμάνθανεν αὐτὴν* *conſiderabat eam.*

Ebr. *Verſ.* 22. *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Poſtquam bibêrunt Cameli, accepit vir ille נזם זהב בקע משקלו.	Poſtquam &c. protulit inaures aûreas appendentes duos ſiclos.

Ad verbum, *Nezem auri* .i. aureum, *bekang pondus ejus.* Nezem ornamenti nomen eſt quod Symmachus ἐνώτιον vocare conſuevit. בקע eſt a themate בקע quod ſignificat, diſſecare, bipartiri, q. d. diſſectum vel dimidiatum ſiclum. Hoc ergo dicit Moſes, pondus eius fuiſſe dimidiati ſicli. LXX. *ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς, ponderis drachma.* Ad ſenſum optime. Siclus n. communis & profanus, quem Laïcum vocavit Pagninus, erat *δίδραχμος* .i. valebat duas drachmas; Heſychius, *Δύναται ὁ σίκλος δύο δραχμὰς ἀττικάς.* Quod verò Ioſephus Antiq. 3. 10. ait, *σίκλος δέχεται δραχμὰς τεσσάρας*, de ſacro intelligendum eſt qui profano duplo major erat. Vide Druſium ad loca diff. Moſis & Waſerum de nummis Ebræorum. Quæ diſtinctio ſicli non obſervata Auguſtinum Steuchum eo induxit, ut LXX. Interpretes immerito hoc nomine flagellaverit. *Patet*, inquit, *erraſſe LXX. qui volunt ſiclum eſſe drachmam.* At non שקל *ſhekel*, bone vir, ſed בקע vertunt drachmam, quomodo & Ionath. דרכמונא מתקלה Drachma pondus ejus. Tu autem ipſe confeſſus es initio tuæ annotationis בקע eſſe ſemiſſem vel dimidium ſicli. Hæc expoſitio confirmatur ex loco Exod. 38. 26. בקע לגלגלת מחצית השקל .i. ſemiſſis in ſingula capita, dimidium ſicli. Aben. quoque בקע ait eſſe חצי השקל. Vide quoq; Scholia Hiſcuni & Kimchium in Radicibus. Sed cum ipſe Steuchus aliique Pontificii illud largiantur, ſupervacaneum fuerit plura

plura accongerere rei tam claræ probandæ. Sed expendatur interpretatio Vulgati; *Protulit*, inquit, *inaures aureas appendentes duos ſiclos*. Sed quomodo? An quæque ſeorſim, an vero ambæ ſimul duos ſiclos pendebant? Vtrumcunque dixeris, hærebit tibi aqua & Vulgatum non expedieris. Sed audiamus Lyram; *In Ebræo habetur*, inquit, protulit inaurem auream, cujus pondus erat medietas ſicli, *& probatur per hoc quod habetur Exodi 38. ubi eadem dictio Ebraica ponitur pro dimidio ſiclo. Poteſt tamen dici quod in Exodo loquitur de ſiclo ad pondus ſanctuarij & potuit eſſe ſecundum quod dicunt quod erat majus pondere uſuali, in tantum quod medietas ſicli ſanctuarij valebat unum ſiclum uſualem. Tamen ſicut dictum eſt aliàs, in talibus ponderibus nihil eſt certum, quod valde mutantur ſecundum diverſas gentes & ſecundum eandem gentem diverſis locis & partibus. Per hoc verò quod in Ebræo dicitur, inaurem, in ſingulari, intelligitur etiam ſibi correſpondens, quod non ornabatur una auris ſine aliâ, & qualibet inauris erat æqualis ponderis & ſic ſolvitur diſſonantia quæ videtur eſſe inter tranſlationem noſtram & literam Ebraicam.* Hactenus Lyra. Ecce ponit duas inaures, quarum quæque pendebat dimidium ſiclum ſacrum, id eſt, unum profanum. Qui duo juncti efficiunt duos ſiclos profanos, quorum Vulgatus meminit. Sic dico, unus ſiclus ſacer duos profanos continebat. Sed in hac Lyræ pro Vulgato Apologia duo ſunt μεγάλα αἰτήματα Primò enim præſupponit intelligi ſiclum ſacrum in textû Ebræo, at hypotheſin illam ipſe labefactat dicendo, *In talibus ponderibus nihil eſt certum* &c. Deinde docti Interpretes docebunt tum temporis ſiclum ſacrum needum extitiſſe, utpote cujus Origo non altius quam ipſius ſanctuarii (unde ſiclus ſanctuarii & ſiclus ad menſuram ſanctuarii dicitur) arceſſi poteſt. Altera hypotheſis

theſis Lyræ falſa eſt, quâ exiſtimat נזם hic ſignificare *ἐνώτιον* inaurem, eamque non unam ſed geminam fuiſſe contendit, dum iniquum ei videtur unam tantummodo aurem ornatam fuiſſe. Sed ut de poſteriori nihil dicam, quod hodierni ritus ſatis confutant, fallitur in eo quod נזם ornamentum auris tantummodo ſignificaſſe putet. Sæpe n. pro ornamento narium vel frontali, quod fronti alligatum ad nares uſque dependebat, uſurpatur. Hoc ſignificatu Græci *ἐπιῤῥίνιον* vocant. Sic ſumi videas Prov. 11. 22. נזם זהב באף חזיר *Nezem aureum in nare porci*, ubi tamen Græci LXX. ut & paſſim alibi *καταχρηστικῶς*, *ἐνώτιον*, inauris. Sic Iezech. 16. 12. *Poſui* נזם *ſuper os tuum*, ubi Symmachus *ἐπιῤῥίνιον*. Sic & hoc ipſo loco. Teſtis mihi eſt verſ. 47. hujus capitis, ubi ſervus ſic ait, *Poſui Nezem ſuper naſum ejus*. Vbi dubium mihi non eſt quin Symmachus *ἐπιῤῥίνιον* habuerit. Quin & Hieron. ad Iezech. 16. 12. teſtatur, ſuo adhuc ſeculo inter cætera ornamenta mulierum fuiſſe aureos circulos, qui ex fronte dependebant naribus imminentes. Et Auguſt. quæſtionibus in Geneſin, *Mos*, inquit, *Maurorum eſt ut inaures etiam in naribus habeant fœminæ*. Vbi vides & Auguſtinum voce *inauris* abuſum fuiſſe, cum vox propria non eſſet in promptu. Noſtri quoque Interpretes, cum vocem ſatis idoneam ornamento iſti exprimendo non viderent, *Monile* interpretati ſunt. Ieſ. 3. 21. נזמי האף memorantur, ubi Vulg. *gemmas in fronte pendentes*, Pagn. & Cajetanus, *circulos naris*. Verſ. autem 20. ubi Vulgatus vertit *inaures*, in Ebr. eſt לחשים.

Verſ. 32. Illud quomodo excuſari queat plane non video, quod, ubi Ebræa habent, *dedit aquam ad lavandum* רַגְלָיו *pedes ejus*, Vulgatus verterit, *pedes camelorum ejus*. Nam & Græci *τοῖς ποσὶν αὐτοῦ*. Vid. St. & Caj.

Verſ. 41.

Verſ. 41. In fine verſus deſiderantur in Vulg. hæc verba, *Et eris mundus a juramento meo,* quod Vulgatus dixiſſet, *a maledictione.*

Caput vigeſimum quintum.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Habitârunt autem ab Hevila uſque ad Sur quæ eſt e regione Ægypti, dum pergis in Aſſur, coram cunctis fratribus ſuis cecidit.	Habitavit autem ab Hevila uſque Sur quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios, coram cunctis fratribus ſuis obiit.

HIc non ſemel ab Ebræo receſſum eſt, nos duo ſolummodo ponemus. 1. quod plurale וישכנו *& habitârunt* verterit per ſing. *habitavit*, ac ſi de ſolo Iſmaële ſermo eſſet. Steuchus, *Locus emendandus ut per pluralem efferatur.* Idem Cajetanus hîc monuit. Alterum eſt quod phraſin Ebræam non intellectam ſic verterit, *coram fratribus ſuis obiit*, cum Ebræa habeant נָפָל cecidit. Promiſerat cap. 16. 12. Angelus matri Iſmaëlis, *coram fratribus ſuis figet tentoria.* En tibi hoc loco ejus Oraculi complementum. Verùm quid ſignificabit illud *coram* in Vulgata? An importabit anteceſſionem temporis ut Lyra vult? Atqui ea ſignificatione vocem Latinam *coram* uſurpari non memini. An verò præſentiam loci? Illud certè commodius, ſed quam violentum & coactum tum erit per fratres intelligere *filios* cum eodem Lyra? Nec eum quidquam juvat locus Gen. 31. 37. *Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis.* Fratres -n. uxorum & ipſius fratres erant, quin & illud certiſſimum omnes propinquos & conſanguineos in Ebraiſmo *fratres* dici. Quid ergo ſibi vult vox Ebraica נפל cecidit? Hoc

explicabo verbis ipſius Lyræ, *Ebræi dicunt* poſuit, *nec accipitur hic in ſignificatione generali ſed ſpeciali, prout importat poſitionem vel fixionem tentoriorum. Et hoc reſpondet ei, quod ſupra cap. 16. dictum eſt. Sciendum quoque quod ubi nos habemus* obiit, *in Ebræo habetur Nephal* (emendo Naphal) *eſtque verbum æquivocum & ſignificat idem quod cecidit & idem quod tentorizavit, vel tentorium fixit.* Hæc Lyra.

* Abenezra. Ebræi ad verbum נפל ſubaudiunt גורלו ſors ejus, * ſors ejus cecidit. Verùm ſine hac ellipſi ſumi poſſe, locus Iud. 7. 12. videtur perſuadere, *Omnes filij Kedem* נופלים *cadebant in valle* בעמק, .i. longe lateque diffuſi jacebant. Vide R. Salom. & Cl. Druſium ad Iud. 7. cur non & hoc loco ſic accipiamus? *Cecidit coram fratribus ſuis* .i. coram iis, in conſpectu eorum longe lateque habitavit. Itaque LXX. optime ſe hoc loco geſſerunt, dum τὸ נפל vertunt κατῴκισεν, & Chald. שרא habitavit. Vide & Trem. & Iunium.

Ebr. *Verſ. 30.* *Vulg.*

הלעיטני de rufo, rufo iſto.	Da mihi de coctione hac rufa.

Vocem הַלְעִיטֵנִי communiter reddunt, da mihi comedere, ciba me. Sic Aben. האכילני. LXX. γεῦσόν με guſtandum mihi præbe. Trem. & Iunius, *ſine me haurire*. Cajet. *fac me multum comedere*. Dicit autem vocem Ebræam ſignificare *ferinum quoddam comedere groſſo bolo*. Procul dubio reſpexit ad commentarium R. Salomonis, qui vocem hanc unam ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων ex Thalmudicis explicat, ubi poni videtur pro ingerere alicui aliquid in os. Vnde exponit, *effunde mihi in os*. Sed illud quia incertum adverſus Vulgatum non urgebo. Hoc notandum, Emphaſin magnam in geminatione vocis poni

Digitized by Google

poni a Cajetano, *vehementis concupiſcentiæ eſt*, inquit, *conduplicare rufum.* Licet alii eam duplicationem referant ad auxeſin adjectivi, q. d. de edulio iſto admodum rufo. Vt ut ſit, Vulgato nihil horum curæ fuit.

Verſ. 31. *Vende mihi* כַּיּוֹם *ſicut hodie primogenituram tuam.* Sic Ebræa. At Vulg. *Vende mihi primogenita tua*, voce כיום plane eliſa. LXX. tamen eam expreſsêre per σήμερον, Chaldæus Onc. per כְּיוֹם דִּלְהֵן *juxta diem qui ita eſt.* In explicatione hujus voculæ non conſpirant Ebræi, alii n., inter quos Hiſcuni, exponunt מיד ſtatim, eveſtigio, jam jam, ſine ulla mora, ad verbum, juxta hunc diem. Citò n. fiunt quæ eodem die fiunt, inquit Cl. Druſius. Alii, ſicut hic dies, .i. tam certo & liquidè mihi vende ac eſt dies hic, ut tam certa, abſoluta & pura venditio intelligatur quam eſt dies. Atque ita erit Caph ἀληθινόν, quod Ebræi כַּף אֲמִתִּי vocant. Quomodocunque expoſueris, vides egregium ſubeſſe ſenſum, quem per eliſionem vocis minime aſſecutus eſt Vulgatus.

Verſu ultimo, in Vulgata dicitur *Eſau parvipendiſſe quod primogenita ſua vendidiſſet*, at contextus Ebræus dicit *eum parvipendiſſe ipſam primogenituram.* Poterat, inquit Witakerus, venditionem parvi facere, & tamen ipſum jus primogenituræ magni æſtimare. Græci LXX. & Chald. nihil ab Ebræo variant.

Caput vigeſimum ſextum.

IN hoc & ſequentibus multa ſeſe offerunt caſtiganda, leviuſcula quidem ſi cum aliis conferantur, attamen ejuſmodi quæ in fideli Interprete minime poſſint excuſati. Nos paucula ex multis annotabimus, in quibus ſenſum mentemque Moſis non expreſſam arbitramur.

Ebr.	*Verſ. 11.* *Vulg.*
Qui tetigerit hominem iſtum & uxorem ejus, morte moriatur.	Qui tetigerit hominis hujus uxorem morte moriatur.

Clare diſtinguuntur maritus & uxor, באיש הזה ובאשתו Vau per או *aut* exponere licebit, ut alibi, *Qui maledixerit patri & matri.* Senſus, aut matri. Cajetanus, *Vtrique providit Abimelech; & vita Iſaaci & pudicitia Rebeccæ.* Vnde & Græci Ebræa κατὰ πόδα reddidere, πᾶς ὁ ἁψάμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου καὶ τῆς γυναικὸς &c.

Ebr.	*Verſ. 20.* *Vulg.*
Vocavitq; nomen putei עשק eò quod התעשקו rixati eſſent cum eo.	Quamobrem nomen putei ob id quod acciderat, vocavit calumniam.

Ob id quod acciderat, inquit Vulg. At quid acciderat? Id initio verſus exprimitur per ויריבו *& litigârunt*, & in fine hujus verſus per ſynonymum התעשקו rixati ſunt, unde ergo calumnia? An calumnia hoc loco lis, litigium? Puto durum nimis hoc fore. Quid ergo? Vulgatus legit עשק cum puncto in dextro cornu, id ſignificat oppreſſionem vel violentam vel fraudulentam. Vnde ſubinde videas illud expreſſum per συκοφαντεῖν. Certe Cohel. 4. 1. עשקים. Symm. συκοφαντουμένους. Vulg. *calumnias*, atque ipſum verbum Vulgatus paſſim per *calumniari* reddidit. At omnes codices legunt עשק. Et ſic ſæculo Chaldæorum, vertunt n. עסק. ש in ס more Chald. verſo.

Verſ. 33. Iſaac nomen putei vetuſtate obliteratum renovans vocavit eum שבעה juramentum. Vulgatus reddit *Abundantia* id eſt שבעה cum puncto in ſiniſtro cornu.

cornu. At non ſolùm hodierni codices omnes legunt per Schin, ſed & veteres ante Vulgatum ſic legiſſe LXX. teſtes ſunt, dum vertunt ὅρκος juramentum, & poſtea Φρέαρ ὅρκου. Sed de eo vide Gen. 21. 31.

Cajet. juxta Ebr. habetur, vocavit puteum ipſum juramentum, hoc n. nomen quadrat tum Ebrææ dictioni, tum eventui qui illo die fuit.

Caput vigeſimum ſeptimum.

15. Epitheta filiorum non de nihilo a Moſe toties repetita & hic & alibi temere nimis neglexit Interpres.

27. Vox *pleni* redundat, notaruntq; Lovanienſes V. manuſcripta, Ebræa, Chaldæa eam non legere, legere tamen Rabanum & Græcos. Reliquerunt eam tamen non ipſi tantum ſed & Correctores Romani. At, quæſo te, æquumne eſt ut tot Manu-ſcriptorum, Ebræi, Chaldæiq; textus authoritati unius Rabani & Græcorum præponderet authoritas?

34. Pathetica admodum ſunt Eſavi verba in Ebræo ברכני גם אני אבי, *Benedic mihi etiam mihi Pater mi*, ut אני ponatur pro אותי. Sic Mercerus. Ego tamen malim ſic reddere, *Benedic mihi, etiam ego* (ſubaudi filius tuus ſum) *pater mi*: Atque illud vidi poſtea Santem elegiſſe. Male ergo Vulgatus, *Benedic & mihi pater mi*, ac ſi illud אני otium omnino ageret. Eadem locutio verſ. 38. recurrit. Vide & * Cajet. hoc loco.

* Cajet. ad exprimendum ad cómemorandum ſe tam dilectum a Patre primogenitú, repetit ſe ipſum &c.

Ebr. *Verſ. 39.*	*Vulg.*
In pinguedinibus terræ erit מושבך habitatio tua.	In pinguedine terræ erit benedictio tua, id eſt ברכתך.

Apponam tantum verba Steuchi, LXX. *quoq; ut Ebræum* ἡ κατοίκησις σου. *Atque eodem forte modo noſtra Editio habebat, ſed a librarijs locus corruptus eſt, ut quod eſſet habitatio, in benedictionem commutatum ſit.* Hæc Steuchus. eadem Cajet. habet.

Ebr. *Verſ. 42.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Ecce Eſau frater tuus ſolatur ſe de te (vel propter te) ad occidendum te.	Ecce Eſau frater tuus minatur ut occidat te.

Amplius quid dicunt Ebræa, quorum ſenſum ponam verbis Merceri, ſolatur ſe ipſe de injuria quam ſibi a te putat factam, ſibique ſatisfactum iri putat, placatumque iri iram ſuam, quâ in te ardet, cum te occiderit, quaſi non aliter reſtinguenda ſit ejus ira quam te extincto. Sic Mercerus. Paræus, *Solatium jacturæ ſuæ ſibi ex morte tua promittit.* Aben. *hæc eſt conſolatio ejus quod poterit occidere te.*

Caput vigeſimum nonum.

Ebr. *Verſ. 17.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Et oculi Leæ erant רַכּוֹת	Lia erat lippa oculis.

VOx Ebræa ſignificat, *teneri, debiles.* LXX ἀσθενεῖς. Onc. *pulcri*, nimium exorbitans. Sulpitius, *deformes.* Sed locum hunc verbis & periculo Steuchi caſtigabo, is ergo ſic ait, Ebræa habent, & oculi Leæ erant debiles. Quare non is videtur eſſe ſenſus, videlicet oculos Leæ lippos, ſed magis luſcioſos fuiſſe leviterque aſpicientes, quod ad deformitatem permultum refert. Vox autem Ebraica ubicunque reperitur, invenitur ſignificare debilitatem & mollitiem. &c. LXX. quoque οἱ ἦ ὀφθαλμοὶ λείας ἀσθενεῖς; niſi forte Hier. ex ea debilitate opinatus ſit lippitudinem contingere, quod tamen non perpetuò fit. Hactenus Steuchus. Videatur & Cajet. qui itidem dicit Ebr. eſſe *teneros oculos.* Aben. ridet quendam qui רכות interpretatur *longi*, ac ſi eſſet pro ארכות deficiente litera א; Abenezra facete ad illius חסר אלף ait, ipſum eſſe חסר אלף deficere doctrina.

Verſ. 23.

Verſ. 23. Hæc verba ויבא אליה *Et ingreſſus eſt* (Iacob) *ad eam*, Leam, omiſit Interpres, non ſic LXX. non Onc.

Caput trigeſimum.

Ebr.	*Verſ. 8.* *Vulg.*
Luctationibus Dei lucta-ta ſum cum ſorore mea.	Comparavit me Domi-nus cum ſorore mea.

EBr. נפתולי אלהים. Luctationes autem Dei ſunt luctationes magnæ & vehementes. Siquidem nomen Elohim eſt כנוי כל־ דבר מופלא וגדל, *Epitheton omnis rei admirandæ & magnæ.* Vocem נִפְתַּלְתִּי alii reddunt *diſtorſi me*. LXX. συναντεστράφην verſata ſum hûc illûc, ut in lucta ſolet, colluctâta ſum. * Lyra fatetur locum hunc ab Ebræo diſcrepare, ſed ubi eum relaturus eſt, aliquantulum variat. Hauſit autem ea ex R. Salo. qui in Commentario citat quendam Menahem filium Seruk. Reſpexit is proculdubio ad vocem פתיל quæ filum ſignificat, ac ſi ita dictum eſſet a conjunctione. At Mercerus eleganter docet ipſum פתיל ab intortione dictum, unde Scindlerus vocem eam *filum retortum* interpretatur & ligulam ex multis filis contortam ſeu contortuplicatam. Videatur & Pagn Theſ.

* *Verba ejus hæc ſunt*, In Ebræo habetur, *additionibus Dei addita ſum cum ſorore mea*, ac ſi diceret, Deus addidit aliū filium mihi & jam addita ſum cum ſorore meâ in hoc quod habeo plures filios ſicut ipſa, licet nō æquali numero, vocavitq; nomen ejus Naphthalim .i. additionem.

9. *Zilpham ancillam tradidit marito.* Omiſit Vulg. vocem Ebr. לאשה in uxorem, quam Græci verterunt γυναῖκα. Onc. לאנתו. Vbi ל idem valere quod ב ſimilit. notarunt viri docti. Vel, *in uxorem* ſecundariam, quæ a primaria diſtinguebatur. Primariæ erant Lea & Rachel, ſecundariæ Zilpha & Bilha.

Ebr.	*Verſ. 14.* *Vulg.*
דודים *Dudajim.*	Mandragoras.

LXX. & Ioſephus μῆλα μανδραγορῶν. Eam tamen verſionem multi improbant, dum alii *Gelſeminum*, alii

lilia,

lilia, alii *violas*, alii *ficus*; alii *amabiles flores* ſubſtituunt. Ego non interponam me Palæmonem in ea opinionum diverſitate. Addam ſolummodo Cenſuram nobilis Pontificii Franciſci Georgii Veneti Minoritæ. Is Problem. 215. Tom. 1. aſſerit nullo modo Mandragoras intelligi poſſe. Præſupponit autem Rachelem ſterilem deſiderio concipiendi tantopere expetiiſſe hos fructus. At Mandragoras frigidiſſimas eſſe, conceptibus infeſtas ſumentibuſque lethiferas ex Dioſcoride probat, oſtenditq; eam herbam inde Andraclon dictam quod hominem interimat, tandemque concludit lilia eſſe, quæ calida ſunt & conceptui valde propria. Vide eum, aut ſi non habes, Sixtum Senenſem libro 5. Biblioth Sanctæ Annot. 109.

22. Aperuit matricem ejus] Placet hic *diexodicôs* apponere elegantiſsima Paraphraſtæ Ieroſolymitani verba; *Quatuor claves,* inquit, *habet Dominus univerſi, quas non tradidit ulli Angelo aut Serapho. Clavis ſc. pluviæ, cibationis. ſepulcrorum, ſterilitatis. De clave pluviæ ita dicit Scriptura,* Aperiet tibi Dominus theſaurum ſuum bonum, cœlum, ut det pluviam &c., Deut. 28. 12. *De clave cibationis,* Aperies manum tuam &c. Pſal, 145. *De clave ſepulcrorum,* cum aperuero ſepulcra veſtra Ezech. 37. *De clave ſterilitatis* Gen. 30. *Et recordatus eſt Dominus Rachelis.* Huc uſque ille. Ex quibus id colligunt ea quatuor in ſolius Dei manu & poteſtate eſſe.

Ebr. *Verſ. 32.*	*Vulg.*
אעבר Tranſibo per omnes oves tuas hodie.	Gyra omnes greges tuos.

Quod in Ebræo Iacob ſe ipſum facturum dicit, in Vulgatâ videtur imperari Labano. Septuaginta nec ad Iacob nec ad Labanem ſed ad ipſas pecudes retulêre verbum Ebraïcum, ſic n. illi, παρελθέτω πάντα τὰ πρόβατά σου, tranſeant

tranſeant omnes oves tuæ. Steuchus, *Maxime miror unde hoc factum ſit.* Cajetani judicium ad ſequentes verſus tale eſt, *Scito prudens Lector quod univerſa hæc pars textus uſque ad finem, paraphraſis magis eſt quam textus. Et propterea non miraris ſi alia pacta leges in hoc textu & non illa quæ ſolitus es legere. Interpres enim antiquus neſcitur quo ſpiritu iſta ſummaverit.* Ad verſ. 35. notat Steuchus pro *capris* in Ebræo eſſe תישים hircos, verſuque 37. tralationem vulgatam non ſatis eſſe claram. Verſu 40. ait ea verba, * *poſuitq; virgas in canalibus* fruſtra addita eſſe ex ſuperiori loco, notatque in Ebræo ſic legi, *Et poſuit faciem gregis è regione pecoris.* Et ad hæc verba ejuſdem verſus, *Erant alba & nigra* annotat, non de albis ſed de rufis tantummodo ſermonem in Ebræo eſſe. Poſtremò hæc verba eodem verſu omiſſa a Vulgato confitetur, *Et non poſuit eos juxta greges Laban.*

* *Vide Appendicem.*

Caput trigeſimum primum.

34. Theraphim Vulgatus vertit *Idola*, quod non adduco ut carpam, ſed ut oſtendam falſiſſimum eſſe quod Bellarminus tantopere contendit, rerum verarum ſimilitudinem nunquam vocari idola. Ecce n. ipſo Bellarmino probante de verbo Dei lib. 1. 13. Theraphim figuram hominis repræſentabant & tamen hîc apud Vulg. & LXX. vocantur Idola. Sed videatur hic Rainold. de Idolol. Rom. Eccleſiæ, ſic & ſimulacrum Ieſ. 40. 20. apud Vulgatum uſurpatur de imagine Dei. Obſervavi & apud Genebr. Comm. ad Pſalmum 96. juxt. ordinem Ebr. citari hæc verba Clementis Alexandrini, οἱ θεοὶ ἐθνων εισιν εἴδωλα δαιμονίων. Dii gentium idola ſeu ſimulacra dæmoniorum ſunt. Nunquid dæmonia ſunt entia? Ibidem vocem Ebr. אלילים, quam alibi idola vertere amat Vulgatus,

Vulgatus, dæmonia interpretatur. Sed quid verbis opus eſt in re adeo manifeſtariâ? Si n. idolum tantum eſt ſimilitudo rei non exiſtentis, ſequetur eos qui vel ipſum ſolem, Lunam & reliquam cœli militiam vel eorum imagines coluêre, idololatras non fuiſſe aut dici poſſe: nec non illud, eos qui omnino ſimulacra non habuêre, ut Perſæ, priſcique Romani, qui teſte Varrone CLXX. annos Deos ſuos ſine ſimulacris coluêre, idololatriæ non poſſe accuſari. Quid ergo? Idolum primò ſignificat ſimulacrum quo res ſeu vera ſeu ficta colitur. 2. Idolum figurate vocatur numen per ſimulacrum vel ſine ſimulacro cultum, ſive in rerum natura exiſtat ſive non exiſtat, 1. Chron. 16. 26. *Omnes dij populorum idola ſunt.*

Verſ. 39 גנבתי יום גנבתי לילה *quod furto ablatum de die, quodque furto ablatum de nocte.* Ea Vulgatus ſic convertit, *quicquid furto peribat*, ut nomina temporis diurni nocturnique in ſpongiam incubuerint. LXX. tamen, *κλέμματα τῆς ἡμέρας καὶ κλέμματα τῆς νυκτός.* Quin & Tharg. Ieroſ. & Ionathæ diei noctiſque meminêre, & Oncelos, licet in expoſitione vocis גנבתי deviet, vertit n. נטרית *cuſtodivi.* Non obſervavit Iod in ea voce paragogicum eſſe, ideoq; pro prima perſona præteriti vocem Ebræam accepit, quid autem ſpectarit, dum *cuſtodiendi* notionem ei aſſignavit, fateor me non videre. Claudam ſi illud notavero, eſſe participium paſſivum Kal pro גנובת, ut בעולת. Iod Paragogicum quale in רבתי עם multa populo & מלאתי *melaäthi* plena Ieſ. 1.

Ebr.	*Verſ. 47.*	*Vulg.*
יגר שהדותא.		Tumulum teſtis.

Videtur exiſtimaſſe Sahadutha teſtem ſignificare, cum pueris hodie notum ſit nomina in ות apud Ebr. & Aramæos

mæos fœminina & abſtracta eſſe. Teſtis בָּחִיר dicitur. Et Hieron. in Quæſt. diſerte idem ait, vertitque *acervum teſtimonij*.

Ebr.	*Verſ.* 49. *Vulg.*
Et Mitzpha ſc. appellavit locum, *quia dixit, ſpeculetur Dominus inter me & te.*	Intueatur & judicet Dominus inter nos.

Miratur Cajetanus, nec immerito, quid Vulgatum impulerit ut tres voces hic eliſerit. Duobus nominibus locum iſtum appellatum fuiſſe narrat Moſes, 1. eſt גַּלְעֵד de quo ſupra; alterum eſt מִצְפָּה ſpecula, quod Chald. per סְכוּתָא Græci per *ὅρασιν* expreſſerunt. Rationemque nominis impoſiti addit, quia dixit, יִצֶף *ſpeculetur* &c Eſt autem יִצֶף *jetzeph* Fut. Hiphil pro צָפָה a נָצַף unde מִצְפָּה.

Contra, verſ. 47. hæc verba, *Vterque juxta proprietatem linguæ ſuæ* ſuperflua ſunt. Fateor minus hic peccatum addendo quàm ibi ſubtrahendo. Fateor ea Moſis menti non adverſari, verum ejuſmodi additamentis citra neceſſitatem indulgere nego eſſe religioſi Interpretis. Expoſitoribus & Commentatoribus ea conveniunt.

Verſ. 55. *Laban vero de nocte conſurgens.* Cur hîc uſus eſt voce *noctis?* In Ebr. enim eſt בבקר mane, LXX. *πρωΐ.* Chald. בצפרא in aurorâ. Vide ad Exod. 34.4.

Caput trigeſimum ſecundum.

Ebr.	*Verſ.* 4. *Vulg.*
Sic dicit ſervus tuus Iacob.	Sic dicit frater tuus Iacob.

QVis non videt de induſtria vocem *Servi* a Iacobo adhibitam atque eam patheticam magis reddere orationem, quam ſi fratrem ſe dixiſſet? Demittit ſe, ſervumq;

 vocat,

vocat, qui ex benedictione Patris Dominus ejus erat, idq; non alio fine quam ut iram fratris frangat, quod certe non infeliciter ſucceſſit. Viderunt hoc Chald. & LXX. quorum ille hoc loco habet עבדך *ſervus tuus*, hi verò ὁ παῖς σου, ad verbum, *puer tuus*. Sed amant Græci LXX. παῖς uſurpare pro δοῦλος, quia vox Ebr. נַעַר *puer*, ſæpe idem quod משרת miniſter, vel עבד ſervus. Sic Ioſua Exod. 33. vocatur נער puer Moſis; Ieſ. 37. *Pueri Regis Aſſur.* Sic Geneſ. 14. Matth. 14. Eſ. 37. *Miſit Ezechias* עבדיו *ſervos ſuos*, LXX. τοὺς παῖδας αὐτοῦ. Act. 4. *qui per os Davidis pueri tui dixiſti* &c. Gerundenſis ad Gen. 37. 3. דרך המקרא שכל משרת יקרא נער, *Mos Scripturæ eſt ut omnis miniſter vocetur Puer.* Ratio hujus permutationis adeo clara ut de ea dicere haud videatur neceſſe.

Ebr.	*Verſ. 15.*	*Vulg.*
Iuvencos, *vel Tauros* עשרה decem.		Tauros viginti.

Magnum παρόραμα; cui neſcio qua fiducia aut fronte præſtari queat patrocinium. Quid ſpectârit neſcio dum ex decem viginti fecit. Nobis de alieno non licet eſſe tam benignis. Si ex vocalium diverſitate ortus eſſet error, libens hunc l. cum præterbitaſſem; nunc, cum & conſonantes eam interpretationem reſpuant & Chaldæus & LXX. cum Ebræo conſpirent, non potui aut debui hunc verſum prętervehi. Chaldęus n. habet תּוֹרִין עַסְרָא. De LXX. fidem faciet exemplar in Folio excuſum Baſil. anno 1545. & alterum ibidem anno 1550. editum in octavo cum verſione Latina, eſt n. ibi δέκα, licet in verſione *viginti* legatur. Quin & omni exceptione majus exemplar Romanum, Sixti V. juſſu editum Romę anno 1587. Ebræi textus veſtigiis inſiſtit. Mirum ergo tam palpabile

palpabile mendum a Lovanienſibus non obſervatum, aut ſi obſervatum, non emaculatum. Magis mirum Romanos Correctores a Clem. VIII. ordinatos hunc locum ad fontes non correxiſſe, cum verſ. 29. ea verba, *quod eſt mirabile*, quæ in aliis codicibus legebantur, etiam a Lovanienſibus retenta, expunxerint.

Caput trigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Venitq; incolumis שָׁלֵם in urbem Sichem.	Tranſivitq; in Salem urbem Sichimorum.

INterpres vocem שָׁלֵם pro nomine urbis accepit, ſecutus τὲς LXX. *εἰς Σαλὴμ πόλιν σικίμων.* Haud notaſſem niſi ipſi Pontifici, Lyra, Cajet. Lippomanus, Oleaſtrius aliique id notare duxiſſent operæpretium. Videatur Druſius ad loca diffic. Geneſeos pag. 116.

Ebr. *Verſ. 19.*	*Vulg.*
בְּמֵאָה קְשִׂיטָה	Centum agnis.

Atqui Act. 7. 16. in narratione Proto-Martyris dicitur hic ager emptus pretio argenti. At ſi agnos dedit, non argento emit, non emptio ſed permutatio fuit. Auguſt. Steuchus vertit, *centum denarijs aut obolis*, arbitraturque Vulgatum a LXX. deceptum, quorum codices hic habent *ἑκατὸν ἀμνῶν.* Putat tamen & ibi librariorum aut vetuſtatis errorem eſſe, ſeneſque vertiſſe *μνῶν*, ut minas pro quolibet numiſmate acceperint. Quibus hæc ſubjungit Steuchus, *Emendanda igitur noſtra Editio hoc loco, ut pro agnis legatur* nummis. *Aſſerunt enim Hebræi* קְשִׂיטָה *eſſe nummum non agnum, ut interpres vocum apud eos, qui de hoc nomine ait eſſe* מִין מַטְבֵעַ *ſpeciem monetæ.* Cajetanus

 idem

vocat, qui ex benedictione Patris Dominus ejus erat, idq; non alio fine quam ut iram fratris frangat, quod certe non infeliciter ſucceſſit. Viderunt hoc Chald. & LXX. quorum ille hoc loco habet עבדך *ſervus tuus*, hi verò *ὁ παῖς σου*, ad verbum, *puer tuus*. Sed amant Græci LXX. *παῖς* uſurpare pro *δοῦλος*, quia vox Ebr. נַעַר *puer*, ſæpe idem quod משרת miniſter, vel עבד ſervus. Sic Ioſua Exod. 33. vocatur נער puer Moſis; Ieſ. 37. *Pueri Regis Aſſur.* Sic Geneſ. 14. Matth. 14. Eſ. 37. *Miſit Ezechias* עבדיו *ſervos ſuos*, LXX. *τοὺς παῖδας αὐτοῦ*. Act. 4. *qui per os Davidis pueri tui dixiſti* &c. Gerundenſis ad Gen. 37. 3. דרך המקרא שכל משרת יקרא נער, *Mos Scripturæ eſt ut omnis miniſter vocetur Puer.* Ratio hujus permutationis adeo clara ut de ea dicere haud videatur neceſſe.

Ebr.	*Verſ. 15.*	*Vulg.*
Iuvencos, *vel Tauros* עשרה decem.		Tauros viginti.

Magnum *παρόραμα*; cui neſcio qua fiducia aut fronte præſtari queat patrocinium. Quid ſpectârit neſcio dum ex decem viginti fecit. Nobis de alieno non licet eſſe tam benignis. Si ex vocalium diverſitate ortus eſſet error, libens hunc l. cum præterbitaſſem; nunc, cum & conſonantes eam interpretationem reſpuant & Chaldæus & LXX. cum Ebræo conſpirent, non potui aut debui hunc verſum prętervehi. Chaldęus n. habet תורין עַסְרָא. De LXX. fidem faciet exemplar in Folio excuſum Baſil. anno 1545. & alterum ibidem anno 1550. editum in octavo cum verſione Latina, eſt n. ibi *δέκα*, licet in verſione *viginti* legatur. Quin & omni exceptione majus exemplar Romanum, Sixti V. juſſu editum Romę anno 1587. Ebræi textus veſtigiis inſiſtit. Mirum ergo tam palpabile

palpabile mendum a Lovanienſibus non obſervatum, aut ſi obſervatum, non emaculatum. Magis mirum Romanos Correctores a Clem. VIII. ordinatos hunc locum ad fontes non correxiſſe, cum verſ. 29. ea verba, *quod eſt mirabile*, quæ in aliis codicibus legebantur, etiam a Lovanienſibus retenta, expunxerint.

Caput trigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Venitq; incolumis שָׁלֵם in urbem Sichem.	Tranſivitq; in Salem urbem Sichimorum.

INterpres vocem שָׁלֵם pro nomine urbis accepit, ſecutus τῆς LXX. εἰς Σαλὴμ πόλιν σικίμων. Haud notaſſem niſi ipſi Pontificii, Lyra, Cajet. Lippomanus, Oleaſtrius aliique id notare duxiſſent operæpretium. Videatur Druſius ad loca diffic. Geneſeos pag. 116.

Ebr. *Verſ. 19.*	*Vulg.*
בְּמֵאָה קְשִׂיטָה	Centum agnis.

Atqui Act. 7. 16. in narratione Proto-Martyris dicitur hic ager emptus pretio argenti. At ſi agnos dedit, non argento emit, non emptio ſed permutatio fuit. Auguſt. Steuchus vertit, *centum denarijs aut obolis*, arbitraturque Vulgatum a LXX. deceptum, quorum codices hic habent ἑκατὸν ἀμνῶν. Putat tamen & ibi librariorum aut vetuſtatis errorem eſſe, ſeneſque vertiſſe μνῶν, ut mnas pro quolibet numiſmate acceperint. Quibus hæc ſubjungit Steuchus, *Emendanda igitur noſtra Editio hoc loco, ut pro agnis legatur* nummis. *Afferunt enim Hebræi* קְשִׂיטָה *eſſe nummum non agnum, ut interpres vocum apud eos, qui de hoc nomine ait eſſe* מִין מַטְבֵּעַ *ſpeciem monetæ.* Cajetanus

 idem

idem dicit. Lyra quoque poſtquam idem monuiſſet, ſubjicit Tranſlationem Vulgatam eſſe mancam. Cl. Druſius arbitratur nummos fuiſſe agni imagine ſignatos, quod priſcis non fuiſſe inſolens docet. Argivi lupum, Theſſali equum, Cyziceni & Lycii leonem, Rhegini Leporem, alii cervum, alii alias pecudes nummis impreſsêre. Apud Athenienſes nummus erat bovis imagine ſignatus, qui & bos dicebatur, unde proverbium *bos in linguâ*, in eos qui pecuniâ corrupti tacent. τὰ δὲ ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώττης μέγας βέβηκεν, Æſchylus in Agam. Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσῃ alibi. Servius Romanorum Rex boum oviumque imaginibus primus ſignavit æs, Plin. 18. 3. unde forte & pecunia dicta. Alii, ut Macrobius, id Iano tribuunt. In Deliacis ſpectaculis ſi cui munus dandum erat, teſte Iulio Polluce a Præcone proclamabatur, tot ei boves dandos. Addit ille in Draconis legibus extare legem περὶ τοῦ ἀποτίνειν δεκάβοιον, de pendendis decem bubus. Si eò ſenſu dixit Vulgatus *centum agnis*, quo Athenienſes dicebant *centum boves*, nihil culpo, hac præſuppoſita conjectura nummos hos agni effigie fuiſſe ſignatos. Hodie videmus numiſmata Aquilarum, Leonum &c. effigiem habentia, & corvorum, unde corvi Baſilienſes. Friſii Orientales quoque nummum habent quem ovem vocant. Sed an hodiernus ovis effigiem habeat, non auſim affirmare. Non dubito autem quin olim habuerit atq; inde appellationem eſſe. De his ut & valore Keſhitę amplius vide Cl. V. Waſerum de nummis Ebræorum.

Vide Chil. Eraſmi.

Caput trigeſimum quartum.

Nimio plus per univerſum hoc caput ſibi indulſit Interpres. Magis n. Epitomatorem, ut ſic dicam bonâ criticorum veniâ, quam Interpretem egit, quod ſane excuſari

cuſari aliter non poteſt, quàm cum hac hypotheſi, multa in his capitibus ſupervacaneè a Sp. Sancto divino viro atque fideliſſimo Amanuenſi ſuo Moſi dictata eſſe, cui opinioni & poſitioni nunquam erit ut ego ſubſcribam. Hæc paucula ſeorſim notentur, verſ. 2. ea verba *& adamavit eam* a Benedicto obelo confoſſa, idque meritiſſimò, nec n. Ebr. nec Chald. nec Græcè ea leguntur. Sic verſ. 1. deſiderantur ea, *quam peperit ipſi Iacobo.* Verſ. 7. verbum ויתעצבו *& dolore affecti ſunt*, vel, *contriſtati ſunt*, ut Cajet. & Benedictus maluêre, plane neglectum, ut & verſ. 29. initio hæc verba ואת כל- חילם, *Et omnem ſubſtantiam eorum*, & in fine itidem iſta, *Et prædati ſunt & quicquid in domo erat*; quorum loco hæc ſubſtituit Vulg. *Quibus perpetratis audacter.* Verſ. 30. Vulgatus habet *odioſum feciſtis me*, ubi tamen Ebræa magis Emphaticè להבאישני *ad fœtere faciendum me*, fœtere feciſtis me.

Caput trigeſimum quintum.

VErſ. 13. Operam Moſis imò Spiritus Sancti compendifecit Interpres. Quid n. opus erat his omnibus, *Et diſceſſit ab eo Deus e loco ubi locutus fuerat cum eo.* Tribus imo duabus Ebraicis vocibus expediri verſus iſte poterat, ויעל מעליו *& aſcendit ab eo.* His n. totum verſum Vulgatus complexus eſt, ac ſi cætera aliquis otio abundans adjeciſſet. Non ſic Chald. non ſic LXX. putârunt: eos ſaltem, quandoquidem fontes ſequi noluêre, ſequi debuiſſent in corrigendis his Bibliis Romani Correctores.

Ebr.	*Verſ. 16.* *Vulg.*
Et profecti ſunt e Bethel, eratq; adhuc כברת הארץ ut venirent Ephratam.	Egreſſus autem inde venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam.

Non quidem inter Interpretes convenit quale fuerit quantumve hoc ſpatium, convenit tamen ſpatium certum denotari. Certe præter Hieron. quem hic ſecutus Vulgatus eſt & authorem Bereſhit Rabba nullus pro tempore verno accepit, quod ego quidem ſciam. Et ſic כ eſſet nota temporis vel poſita pro ב, in & בָּרַת eſſet a בָּרָה ſelegit, ſelectum anni tempus, i. vernum, ver. Atque illud mihi ſpectaſſe videtur Hieronymus. Author tamen Bereſhith Rabba aliud ſpectavit, interpretatur ille quidem vernum tempus, ſed כ pro radicali habet, deducitq; vocem a notione τῆ כַּבָּרָה *cribrum*; quod terra tum veluti cribrata ſit, vel, ut R. Sal. loquitur, חֲלוּלָה concava i. aratro proſciſſa. At ego non video cur hoc pacto non tam autumnum quam Ver ſignificare poſſit. Mihi dubium non eſt, quin, quicunque ipſum Textum conſiderate expenderit, judicaturus ſit cum Ebræis, Chriſtianorumque doctiſſimis non poſſe aliter accipi quam pro ſpatio itineris, vel, ut Aben. loquitur pro מִדַּת מַהֲלָךְ i. menſura itineris, vel ut R. Salomo, מִדַּת הַקַּרְקַע menſura fundi. Ut כ, ſi ſervilis erit, non temporis, nec pro ב poſitum fuerit, ſed nota conjecturæ vel ſimilitudinis alicujus ut loquuntur Ebræi: Sed videamus obiter varias Ebræorum opiniones. R. Menahem, citante R. Sal. exiſtimavit כ eſſe radicale & eſſe a כַּבִּיר multus, ut ſignificetur רִבּוּי מַהֲלָךְ multitudo itineris, magnum terræ ſpatium. Alii חֲתִיכַת אֶרֶץ *ſegmentum terræ* reddidêre. Hi nimis vagè, illi nimis amplè. Certe Moſes Gerundenſis teſtis αὐτόπτης ait inter ſepulchrum Rachelis & Bethlehem vix miliare intereſſe. Et Hieronymus pulcre conſentiens ipſum oppidum Bethlehem ad ſextum a Ieruſalem lapidem ſitum, ſepulcrum vero Rachelis ad quintum aſſerit. Aquila, καθ' ὁδὸν τῆς γῆς, in publica regionis via. Alii,

Alii, quos Angli in nova verſione ſecuti ſunt, *exiguum ſpatium terræ*, quod alii ſtadio, alii jugero definivêre. Chaldæum כרוב quidam jugerum, quidam ſtadium, quidam miliare interpretati ſunt. Romana editio Græca, καθ' ὁδὸν τῦ ἱπποδρόμυ (adjunctum enim χαβραθὰ annotatiunculam marginalem fuiſſe, & deinde in contextum irrepſiſſe docet Fullerus Miſcell. 2. 15.) .i. ſpatium decurſus equeſtris. Druſius ad loca diff. V. librorum Moſis p. 123. quia בָּרָה ſignificat *cibum, victum, diætam*, vertit, *circiter diætam terræ* .i. tantum ſpatium quantum homo conficit inter reficiendum, quæ refectio per intervalla fiebat. Kimchius, *Significat menſuram itineris terræ a mane uſque ad tempus paſtus. Nam ſic menſurant ſpatia viarum* הולכי דרכים *viatores*. Sed quærat hic aliquis meritò, quouſque extendi debeat hoc ſpatium. An a mane uſque ad jentaculum an potius ad prandium? Cajetanus, *Fuit adhuc ſicut prandium terræ, &c. nihil hic dicitur*, inquit, *de tempore, ſed de diſtantiâ locali a Bethlehem tanto ſpacio terræ quantum peragi ſolet donec prandetur. A tempore prandij quantitatem intervalli menſuravit*. Sed hiſtoriæ & rei accommodatius erit ut ſpatium conſtringatur quam ut extendatur; ut veriſſima mihi videatur interpretatio R. Saadiæ qui מיל .i. milliarium, teſte Kimchio, interpretatur. Atque ita recenſendo varias opiniones illud credo effecimus, ut ſi cui optio detur, Vulgatam verſionem hoc loco ſit inſuperhabiturus. Hoc Coronidis loco addam ter in ſacris occurrere illud כברת הארץ, hîc nempe, Gen. 48. 7. & 2. Reg. 5. 19.

Caput

Caput trigeſimum ſextum.

Ebr.	*Verſ. 24.*	*Vulg.*
Ille eſt Ana qui invenit in deſerto אֶת · הַיֵּמִים.		—— Aquas calidas.

LOcum difficilem excipit alius non minus difficilis ob vocem *ἅπαξ λεγομένων*, quam Maſſora notare ſolet per literam ל׳ .i. לֵית *non extat amplius.* Ita tamen hic a Vulgato exorbitatum eſt, ut ejus verſioni nullum præſtari queat patrocinium. Mulos reddunt vulgo, alii vocem Ebræam retinent, ſolus Vulgatus *aquas* reddit .i. מַיִם cum additamento adjectivi *calidas.* Sed audias quæſo Hieronymum & patere me quædam interfari; *Multa & varia apud Ebræos de hoc capitulo diſputantur; apud Græcos quippe & noſtros ſuper hoc ſilentium eſt. Alij putant Iamim* [Ecce legit ſine punctis יַמִּים pro *Iemim*] *maria appellata. Iiſdem enim literis* [verum, ſed non iiſdem vocalibus, quas Hieronymus non habuit aſcriptas, Maria n. non יֵמִים ſed יַמִּים vocantur] *ſcribuntur maria, quibus & nunc hic ſermo deſcriptus eſt. Et volunt illum dum paſcit aſinos patris ſui in deſerto, aquarum congregationes reperiſſe, quæ juxta idioma linguæ Ebrææ maria nuncupantur, quod ſcilicet ſtagnum repererit, cujus rei inventio in Eremo difficilis eſt. Nonnulli putant aquas calidas juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Ebrææ contermina eſt hoc vocabulo ſignari.* [Vides fundamentum Vulgatæ verſionis, quod eâdem facilitate quis negaverit, qua affirmatur] *Plerique putant quod equarum greges ab aſinis in deſerto ipſe fecerit primus aſcendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia naſcerentur. Aquila vero, Symmachus, LXX. Theodotio* [contraho verba Hieronymi] *vocem Ebræam retinuêre. Illi quidem, Aquila, Symm.*

Digitized by Google

Symm. τοὺς ἰαμειν [ita habet Edit. Rom. pro quâ in aliis eſt σιμεὶμ] *hi verò* τὸν ἰαμειμ. Hæc Hieronymus Ex quibus apparet quid fortè ſpectârit Vulgatus dum ſic vertit. Cl. Druſius aliam conjecturam prodidit. Putat n. decipi potuiſſe Vulgatum affinitate ſoni qui inter hanc vocem & הַמִּים. Ea vox *calidas* ſignificat & ſub. aquas. Iam vero הֵמִים legi potuit Hemim vel Emim ut, חמת Emath, חַוָּה Eva. Obſervatio acuta, quæ tamen nihil patrocinatur vulgario Interpreti. Ea quæ *mulos* reddit receptiſſima eſt. Eam ſecuti Pagninus, Fagius, Tigurini, Lyra, Vatab. Mercerus, Druſius, Iunius & Trem. Cajet. • Steuchus &c. Huic & Angli in nova verſione ſua ſuffragantur, Ebræi etiam ad unum ferè omnes פְּרָדִים .i. mulos exponunt, ut R. Sal. Aben. Kimchi, Gerundenſis, Abenmelech, Ionathan quoque in ſua Paraphraſi. De Onceli interpretamento multum video ambigi. Vertit n. גִּבָּרַיָּא fortes. illud ad mulos trahit Fagius, quod animalia robuſta ſint. Verum meliùs illi ſentiunt, meo quidem judicio, qui Oncelon Gigantes denotaſſe & pro voce affini אֵימִים accepiſſe arbitrantur. Communem ſententiam verbis ſequentibus, *cum paſceret aſinos* &c. firmari fatetur Lyra, quibus artificioſi hujus inventi quaſi occaſio ob oculos ponitur. Idem videtur ſuadere vox מצא *invenit* q. d. arte & induſtria ſua rationem excogitavit, qua ex admiſſura equi & aſinæ muli procrearentur. Claudam ſi ex Cl. Druſio locum Hiſcuni aſcripſero de mulis, *Omnes qui aures tenues habent, eorum mater fuit equa & pater aſinus; quorum aures craſſæ, eorum mater fuit aſina & pater equus.* Illud an verum ſit Itali nôrint, ii dijudicent.

• Advertendum, *inquit*, hoc loco nec Hier. nec LXX. cum Ebr. veritate ſentire. Nulla hoc loco de calidis aquis fit mentio.

Ebr.	*Verſ. 37.*	*Vulg.*
מרחבות הנהר.		De fluvio Rohoboth.

Pervertit hunc locum Vulgatus dum ex civitate fluvium facit inauditâ metamorphoſi. Ambiguitas fateor Ebraicis vocibus ineſt per ſe, ſed quam facile ſuſtuleris. Poteſt n. ſic capi, *de Rehoboth fluvio*, & ſic, *de Rehoboth fluvij*. Illo modo vertit Vulgatus, unde neceſſario ſequitur Rehoboth nomen fluvii eſſe. At ubi locus ei aſſignabitur in hoc univerſo, aut ubi aſſignatus? Civitatem verò facilè inveniemus præter eam quæ abſolute vocatur Rehoboth Gen. 10. 11. Sic n. Euſebium de locis Ebr. introducit in comment. ſuo ad loca diff. Druſius, *Rehoboth urbs alia juxta fluvium, ubi erat Rex Edom* (legendum, unde erat Saul Rex Edom) *& uſque hodie eſt præſidium in regione Gabalena & vicus grandis qui hoc vocabulo nuncupatur*. Contra Vulgatum ſunt Chaldæus uterque & LXX. quorum illi מרחבות דעל פרת de Rehoboth quæ juxta Euphratem, is n. fluvius quaſi κατ' ἐξοχὴν vocatur הנהר in ſacris: Hi vero ἐκ Ῥοωβὼθ τῆς παρὰ ποταμόν. Sunt tamen qui opinioni huic non ſubſcribunt; ſed putant loci alicujus nomen eſſe ſic appellatum. Sunt qui cũ Rehoboth Gen. 10. confundunt. At tamen a Vulgato, qui fluvii nomen ex eo facit, ſat longe abeunt. Vt a poſtrema hac opinione præſidium ullum habere nequeant ejus cultores.

Caput trigeſimum ſeptimum.

Ebr.	*Verſ. 2.* *Vulg.*
Ioſeph filius XVII. annorum.	Ioſeph quum ſedecim annorum eſſet.

Lyra dicit nullam hic eſſe contrarietatem. *Ioſeph n.* inquit, *tunc erat in XVII. anno nondum tamen completo; tranſlatio a. noſtra numerat tantum annos completos*. At ex quo aſtro vidit Lyra decimum ſeptimum ætatis ejus annum

num tum nondum fuiſſe impletum? An quia Vulgatus vertit *XVI annorum?* At hoc eſſet petere τὸ ἐν ἀρχῇ. Cur ergo paſſim & ubique non mutilavit numeros? Poſſet n. idem afferri prætextus. Cur hic decurtatum magis quam alibi? Et quare hic Interpres præ aliis? Ipſi n. LXX. fontes expreſsêre, δέκα καὶ ἑπτὰ ἐτῶν ἦν. Onc. בר שבע עסרי שנין *filius ſeptendecem annorum.* Ionath. contractè שבסרי dixit, quomodo & אַרְבֵיסַר dicunt pro quatuordecim; & תְּרֵיסַר pro תרי עשר duodecim, qua voce duodecim Prophetas minores intelligunt, quos & Græci voce compoſita Δωδεκαπρόφητον appellare conſueverunt. Sed ponamus Ioſephi decimum ſeptimum annum incompletum fuiſſe, illud ſciebat Lyra, nam ipſe alibi notavit, annos fluentes ſolere in ſacris numerari quaſi completos. Melius itaque Steuchus in calce ſuæ recognitionis poſt Indicem notavit *credendum non eſſe hunc lapſum Hieronymi eſſe. Nulla n. fuit cauſa*, inquit, *cur hallucinaretur. Potius codices ſunt temporis progreſſu depravati.* Idem ego arbitror, ac proinde non Interpretem ſed Romanos Correctores culpo, quod hunc errorem non agnoverint & emendaverint. Culpo Pontifices quod hoc mendum canonizaverint, ipſoſq; fontes & doctorum labores non conſuluerint.

Ebr.	*Ibidem.*	*Vulg.*
ויבא יוסף דבתם רעה אל אביהם:		Accuſavitq; fratres ſuos apud Patrem crimine peſſimo.

Diſputat hic Lyra quodnam fuerit crimen illud peſſimum, rejectiſque eorum opinionibus qui putant concubitum Rubenis cum Bilha, vel coitum ejus cum jumentis hic deſignari, tandem ait in Ebr. haberi *rixam peſſimam,*

mam. At Paulus Burgenſis contradicit aitque, *nec rixam nec crimen peſſimum in Ebræo eſſe, ſed vocem quæ ſignificat detractionem. Eadem n. dictio*, inquit, *ponitur infra Num. 13. ubi dicitur, detraxerunt terræ quod eſſet mala*. Steuchus ait locum hunc ab Hieron. nimis exaggeratum. דבה rumorem malum & infamiam ſignificat. Sed notant Ebræi ſumi vel pro rumore falſo vel pro rumore vero. Falſo, cum conſtruitur cum הוציא ut Num. 13. 33. de exploratoribus illis ſeditioſis, ויוציאו דבת וארץ, ubi Vulg. *detraxerunt terræ*, idque mendaci relatione, falſa de ea referendo. Sic in Proverbiis, מוציא דבה כסיל educit rumorem falſum ſtultus. Vero, cum conſtruitur cum verbo הֵבִיא ut hoc loco.

Ebr.	*Verſ. 20.*	*Vulg.*
Mittamus eum in unam ciſternarum.		In ciſternam veterem.

Vide Appendicem. Sic quoque verſ. 24. neſcio unde irrepſerit in contextum Vulgatæ illud *veterem*, cum nec in fontib. nec in Chald. nec in LXX. legatur.

Ebr.	*Verſ. 35.*	*Vulg.*
Deſcendam lugens ad filium meum לִשְׁאוֹל.		—— In infernum.

Vox Ebræa indifferens eſt tam ad infernum quam ad ſepulchrum, unde voces Infernus & Ἅδης apud Interpretes ſæpe pro ſepulcro ponuntur. Taxamus tamen hunc locum, tum quia hac ambiguitate apud imperitam plebem ad ſtabiliendum fictitium ſuum limbum abutuntur, tum quia nuper vidimus a maledico *a* Monacho hinc criterium hæreticorum Bibliorum cuſum. Hanc n. inter alias ponit notam διακριτικὴν quod ubi Catholica habent,

a Lancelottus in ſuo Hæretico quare & catholico quia.

bent, *in infernum* Gen. 37. hæretica habeant *in ſepulcrum.* Hæreticus ergo tibi eſt, *b* Arias Montanus? Hæreticus Pagninus, *c* Ioh. Benedictus Pariſienſis Theologus ille, ut Senenſis de eo aſſerit, celeberrimus? Atque hîc in limine ſiſtet me forſan aliquis ex eorum genere, qui nodos cum ſolvere deſperant, ſecant, negabitque vocem Ebr. unquam ſignificare ſepulcrum. Ex quibus ſunt *i* Crocquetius & *k* Bellarminus, quorum hic tamen illo paulò cautior fuit. Sed quid nobis hic probatione opus eſt? Dedimus jam teſtes & advocatos Pagn. Montanum & Ioh. Benedictum, do *l* Lovanienſes Doctores qui Bibl. Interlin. approbârunt. Do *m* Sixtum Senenſem qui cum multa in *n* Steuchum nobis hîc conſentientem notaverit, hoc tamen reliquit intactum. Dedit jam ante Cl. *o* Rainoldus *p* Ferum, *q* Oleaſtrum Inquiſitorem Hiſp. *q* Cajetanum, *q* Lippomanum, *q* Clarium, qui omnes docent hoc loco *ſepulchrum* denotari. Quid adverſus hanc tantorum teſtium nubem excipies Lancelotte? Et quandoquidem in titulo tuo adeo tibi placuiſſe videris, quodnam QUIA repones ad hoc meum QUARE? Sed ex ſuperfluo alia aliquot loca proferam, ubi veſtrorum etiam judicio vox hæc controverſa non aliter quam pro ſepulchro ſumi poteſt. Pſal. 141. 7. *diſperſa ſunt oſſa noſtra in* לִשְׁאוֹל .i. ſepulchrum, teſte *r* Genebr. Iob 17. 13.

b Vide Bib. Interlin.

c Vide Biblia Vulg. cum notis margin Ioh. Ben. Pariſ in fol. 1565.

i Andreas Crocquetius Benedictinus Theol. Licẽt. in Catecheſibus ſuis cõfectis ex Catecheticis homiliis Math. Galeni apud Duacenſes quondam Cancellarii & primarii Profeſſoris Cath. 19. ſic ait, Et ne vehemẽtius ſibi placeant ob ſuũ illud Sheol, nunquam efficient ut uno ſaltem Scripturæ loco prolato præclaram illam interpretationem ſepulcri confirment. k) *De Christo lib. 4. cap. 10 art. 4.* Vox Sheol vel raro vel nunquam accipitur pro ſepulcro. l) *A. Hunnaum. Corn. Goudanum, Ioh. Harlemium.* m) *Biblioth. lib. 5.* n) *Epiſc. Xiſamenſ & Biblioth. Apoſtolic. ejus verba hæc ſunt ad hunc ipſum Geneſeos locum,* Vbicunque Hieron. & LXX. interpretati ſunt infernum, Ebraice eſt Sheol .i. foſſa ſive ſepulcrum. *Et paulo poſt*, quare non proprie inferos ſignat Sheol. *Deinde laudat Abenezram culpantem Chaldæum Interpretem quod Gehennam verterit, aitq; eum varia loca citare*, ex quibus cognoſcatur Sheol ſemper ſepulcrum denotare. *Ac deniq; ſic concludit*, hæc concludimus nihili facientes ea quæ hac de re ſomniat Lyra. Vere n. figmenta ſunt quæ de limbo ſcribit hoc loco. o) *Cenſ. lib. Apocr. lect 80.* p) *In comm. ad hunc locum*, quamvis deſcendere ad inferos nihil aliud ſit apud Ebræos quam ſepeliri, mori & in foveam ire. q) *Omnes in comm. ad hunc locum.* r) *Comm. ad Pſal. iſtum.*

Si Sheol domum meam expectavero .i. ſepulchrum, quod ipſe *s* Thomas & Lyra fatentur. Sic verſ. ult. *In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea.* Quin & locum Num. 16. ubi tres illi ſeditioſi vivi dicuntur deſcendiſſe שְׁאוֹלָה, urgent Cajet. & Oleaſtrius, & locum Prov. 15. Epiſc. Gandavenſis Ianſenius. Quibus omnibus addo *t* Riberam Ieſuitam cujus hæc ſunt, *Infernus pro ſepulchro ſumitur & in infernum deſcendere pro ſepeliri.* Et *u* Andradium ad Pſalmum 16. Æquumne eſt, quæſo te Lector, ut horum omnium authoritati unius Bellarmini præponderet authoritas? Sed quo argumento ſuum Infernum & Limbum tuetur? *z Non poteſt accipi de ſepulchro, quia dicit ſe iturum AD Filium ſuum, quem putabat devoratum a feris & proinde caruiſſe ſepulchro.* Cui argumento crus dextrum fractum ex R. *a* Salomone Iarchio, qui notat hoc loco אֶל *ad* poni pro עַל *propter.* Et tunc argumentum Bellarm. ruit. Quin oſtendit hoc ipſum Rabbinus ille exemplis אֶל שָׁאוּל propter Saul, אֶל בֵּית הַדָּמִים propter domum ſanguinum. Licet autem argumentum illud a *Poſſe aliter accipi* in objiciendo non procedat, in reſpondendo tamen vim magnam habet. Alterum frangit ſolidiſſimè ſolidiſſimus *b* Rainoldus dum oſtendit & exemplis probat *ſepelire* (cujus conjugatum eſt ſepulchrum) Catachreſticè ſæpe in ſcript. & profanis uſurpari pro *terræ reddere.* Mecœnas cætera effæminatus hoc unum maſculè,

Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.

c Seneca, *Omnibus natura ſepulturam dedit, naufragos idem fluctus qui expulit ſepelit; ſuffixorum corpora crucibus in ſe-*

s Thomas præl. 2 in 17. caput Iobi ad verſ. ult. quicquid meum eſt ad ſepulcrum deducetur. *Ecce profundiſſimum infernum exponit de ſepulcro: Quã pulcre his cõſonant verba Bell. de Chriſto lib. 4. c. 10. §. 5.* profundiſſimum infernum opponi altiſſimo cœlo: Sepulcrum a. non abeſſe a terra duobus palmis aut paucis ulnis, ut §. 2. *locutus eſt.*

t Indice in comm. ſuum in minores Proph. titulo infernus.

u *Defenſione Concilij Tridentini libro ſecundo.*

y) *De Chriſto lib. 4. cap. 10. §. 4.* z) *Idem loco citato.* a) *Verba eius*, הרבה אל שמשמשין בלשון על multa reperiuntur El, quæ ſerviunt in ſignificatione *propter.* b) *Lect. 80. cenſura in libros Apocr.* c) *Controverſ. lib. 8. contr. 4.*

pulturam

pulturam defluunt, eos qui vivi uruntur pœna funerat. Sed quid clarius loco *d* Ier. de Iojakim, *Sepultura aſini ſepelie- tur.* Sepelietur, terræ reddendus: *Sepulturâ aſini*, non terrâ condendus. En inſepultam ſepulturam. Si ſic ſumitur *ſepelire*, quid obſtet, quominus ſic ejus conjugatum ſumi queat, Ieſuitæ monſtrandum fuiſſet.

d Ierem. 22. 19.

Caput trigeſimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 5.*	*Vulg.*
Eratque (Iuda) in Chezib cum ipſa pareret eum.		Quo nato ultra parere ceſſavit.

LXX. vocem Ebræam כזיב acceperunt pro nomine loci, ἐν Χασβί. Cezib, Cazib, Cazbi. Eſſe autem כְּזִיב urbem Palæſtinæ notarunt hic Fagius & Vatablus, eandemq; cum אַכְזִיב Ioſuæ facit Mercerus in notis ad Theſ. Pagnini. Fontem pravæ hujus converſionis Hieronymus in Quæſt. Ebraicis a Vulgato diſſentiens his verbis detexit, *Hæc autem erat in Caſbi quando peperit eum. Verbum Ebræum hic pro loci vocabulo poſitum eſt, quod Aquila pro re tranſtulit, dicens, Et factum eſt ut mentiretur* בכזוב *in partu, poſtquam genuit eum.* Ecce deceptus Vulgatus eſt ab Aquila quem hic ſecutus eſt. Fateor quidem verbum mentiendi aliquando ſignificare ceſſationem, ut, *mentietur opus olivæ* .i. ceſſabit fructum dare. Eſ. 58. 11. *ſicut ſcaturigo aquarum cujus aqua non mentientur* .i. ceſſabunt, יכזבו. Sic Hoſ. 9. uſurpatur vox כחש, ſed & illud ſciendum ea verba tum ſolere adhiberi in Piel. 2. hic non eſſe בְּכַזּוֹב aut לְכַזּוֹב ſed בִּכְזִיב. At dices non eſſe Gerund. ſed nomen, *Et erat in mendacio* .i. ceſſatione. Sed repugnat verbum maſc. הָיָה. Sic n. habet textus והיה בכזיב. *Eratque ſcilicet Iudas in Chezib.* Alias dicendum fuiſſet והיתה.

והמנה. Nomen loci exponunt præter LXX. Onc. Aben. Levi, Hiſcuni R. Sal. &c.

Ebr. Verſ. 12.	*Vulg.*
וְחִירָה רֵעֵהוּ. Hiras amicus ejus.	Hiras opilio gregis.

Iterum taxat Vulgatum Interpretem B. Hieronymus. Quis ergo credat verſionem Pentateuchi Hieronymi eſſe? aut Hieronymum in Quæſtion. reprehendiſſe quod in verſione elegerat? Nimis iniqui in manes ſanctiſſimi viri ſunt qui eam inconſtantiæ notam ei inurunt. Dixi Hieronymum taxare Vulg. Probo, quia taxat τοὺς LXX. quos hic ſecutus eſt Vulgatus, habent n. illi ὁ ποιμὴν αὐτοῦ, paſtor ejus. Legerunt, רֹעֵהוּ. רֹעֶה n. paſtorem ſignificat. Advocatum mihi deligo ipſum Vulgati Advocatum, *non paſtor*, inquit, *aut opilio vertendum erat, ſed amicus*. Et poſtea inclinat eò, mendoſos eſſe codices, *Nec n. credendum eſt*, inquit, *cum in transferendo ſecutum eſſe ſeptuaginta, quos erraſſe cognoviſſet*.

Verſ. 18. Illa verba *ad Coitum unum* de ſuo addidit Interpres.

Verſ. 23. Cum inveniri non poſſet Thamar, cui hœdum ex pacto per amicum mittebat Iudas, apud quam arrhabonis loco reliquerat annulum, cidarin & pedum ſuum, ſic loquitur ad amicum Iudas, *Habeat ſibi, ne forte ſimus in contemptum*: q. d. malo rerum iſtarum jacturam facere, quam ulterius quærendo vulgo plebiq; materiem male de me loquendi præbere. Vulgatus autem longe a verbis ſenſuque Iudæ aberrans ſic vertit, *Habeat ſibi, certe mendacij nos arguere non poteſt*. Ingenue itaque Steuchus, *Ebraice is ſenſus non eſt, Hæc n. aliud ſonant*. Idem Card. Cajetanus notavit. Satius ergo fuiſſet τῶν LXX. veſtigia preſſiſſe,

preſſiſſe, qui optime & fideliſſime, *μὴ πότε καταγελασθῶμεν*. Sic & Chald. Quin & Aquila & Symm. *μήποτε γενώμεθα εἰς ἐξουδένωσιν*. Vnde & Mercerus alias ſic ſatis indulgens excuſationi hujus Interpretis, ad hunc locum coactus fuit aſſerere, *parum fideliter hunc locum redditum ab Interprete*.

Caput trigeſimum nonum.

VErſibus 5. 6. 19. &c. multa prætermiſit Interpres non fruſtra à Moſe poſita. Eos ſi quis cum LXX contulerit, videbit ab ipſis longe fidelius ea eſſe reddita, ne quid de Chaldæo dicam, cui religio fuit vel ſyllabam tranſmittere ſilentio. Mihi ſi omnia & ſingula omiſſionis errata recenſere eſſet propoſitum, hæc commentatio mea ſuccreſceret in grande volumen.

Caput quadrageſimum primum.

Ebr. *Verſ. 6.* *Vulg.*

שְׁדוּפוֹת קָדִים aduſtę Euro. | Percuſſæ uredine.

MAgis proprie voces Ebræas vertere potuiſſet Interpres, vox n. שדופות deducta eſt ex ſignificatione τοῦ שדפון quod *uredinem* ſignificat, unde Vatablus & Pagninus vertunt arefactæ, exuſtæ, aduſtæ. קָדִים autem ſignificat Eurum, qui ab anteriore orbis parte flat, unde & nomen habet, nam קֶדֶם *ante*. Itaque melius LXX. qui vertunt *ἀνεμόφθοροι* a vento corruptæ, & Chald. שדיפן קדום. Non inficior quin * uredo venti Orientalis effectum dici poſſit, ſed quis ex eâ tranſlatione efficientem, quam textus Ebræus nobis ingerit, odorabitur?

* *Vide quæ ad Exod. 10. 13. notavimus.*

Ebr.	*Verſ. 22.*	*Vulg.*
— Et evigilavi. 22. Vidi etiam in ſomnio —		Evigilans rurſus ſopore depreſſus. 22. Vidi ſomnium.

VVlgatus de ſuo addidit, *rurſus ſopore depreſſus.* Illud forte ſpectavit, vigilanti non eſſe objectum hoc ſomnium ſecundum. At nec Ebræa id dicunt, Narrat Rex ſe evigilaſſe poſt primum, deinde ait ſe vidiſſe alterum, ut longa illa Ellipſis hic plane ſit ſupervacanea. Multa præterea in hoc capite a feſtinante & compendio ſtudente Interprete prætermiſſa ſunt, ut videre eſt verſ. 11. 12. 15. At memorabile præ cæteris illud omiſſionis erratum eſt quod verſ. 28. occurrit. Quæ n. Moſes his verbis eloquitur, *Hoc eſt verbum quod locutus ſum Pharaoni, quod Deus facturus eſt videre fecit Pharaonem*, Vulgatus his paucis quibus nullum reſpondens extat in fonte, expreſſit, *Qui hoc ordine complebuntur.* Cur non & hic potius τὰς LXX. ſecutus eſt, quos toties in pravis æmulatus eſt? Illi n. pleniſſime hunc locum reddidêre.

Ebr.	*Verſ. 45.*	*Vulg.*
Vocavit nomen Ioſephi צפנת פענח.		Vocauitque eum Salvatorem mundi.

Solent Reges iis quos ad honores ſummos ſublimârunt nova indere nomina, ut hoc loco Pharaonem feciſſe legimus. Voces iſtæ plane Ægyptiacæ cenſendæ ſunt, ut ut prima cum Ebr. צָפַן coincidere videatur ratione thematis. Illud n. certo certius eſt Ægyptiacam, Punicam, Arabicam cæteraſque illas Orientales Ebrææ matris dialectos eſſe, admodúmque affines, id quod in Arabicis ex Lexico Scindleri, qui themata voceſque Arabicas

bicas Ebraicis characteribus expreſſit, quivis etiam Arabiſmi plane ignarus viderit. Quid ergo mirum ſi in voce Ægypt. tres radicales Ebrææ vocis retentæ? Sic ab Ebr. בָּצַר fit Arabicum בַּצַּר. Sic ab ארץ fit ארץ *ardon.* Sic a מַיִם & מֵי fit Ægypt. מו, unde *Moab* interpretantur *aqua patris.* Sic Ægyptii Monachos vocarunt Nonnos (unde apud nos manſit Nonna .i. monialis) .i. filios, ab Ebr. בֵּין: quomodo eorum præfectos vocamus *Abbates* .i. Patres. Hæc ideo adduximus ut eorum fundamentum everteremus, qui ut verſionem Vulgati Interpretis quæ hic habet *Salvatorem mundi*, defendant, pertinaciter contendunt has voces, quæ Ægyptiæ ſunt (quod libenter damus) non poſſe ſignificare id quod Ebræi tanto conſenſu, Chald. Philo, Theod. &c. tradiderunt. Cum enim vox prima צפנת ad thema magnæ matris Ebrææ reduci poſſit, quod ſignificat, *abſcondit, occultavit*, occultæque hujus rei interpretatio mutationi huic nominis occaſionem dederit, cur non præferemus interpretationem eorum, qui *occulta, abſcondita* vertunt? Quâ ſignificatione admiſsâ ſponte ſe prodit Interpretatio nominis alterius, ſive explanatorem, ſive revelatorem, ſive ſcientem ſive inventorem ſive interpretem vertas. Philo n. vertit ὀνειροκρίτην & κρυπτῶν εὑρετήν. Syrus notante Scholio ad Bibl. Rom. εἰδὼς τὰ κρυπτά. Theod. τῶν ἀπορρήτων ἑρμηνευτήν Ioſephus κρυπτῶν εὑρετής. Oncelos, *cui retecta occulta ſunt.* Ionath. *occultorum Interpres.* R. Sal. מפרש הצפנות *enarrator occultorum.* R. Levi, *qui arcanorum ſcientiam habet.* Hier. quoq; in Quæſt. fatetur Ebraice ſonare *repertorem abſconditorum*, ſed Ægyptiacè, *Salvatorem mundi.* Verùm dicat mihi aliquis, utra vox, prior an poſterior *mundum* vel *Salvatorem* ſignificet, monſtret quiſpiam ullum veſtigium harum ſignif. ex lingua Ægypt.

gypt. afferant vel unam conjecturam quæ verſioni iſti robur addat, & lubentes eam admittemus, utpote quæ magis factura eſſet ad myſterium Chriſti, cujus Ioſephum in pleriſque fuiſſe typum pia tradidit antiquitas. Lyra ingenuè, *Vtrum idem nomen in lingua AEg. ſignificet Salvatorem mundi, neſcio, niſi quantum dicit noſtra tranſlatio.*

Verſu eodem occurrit nomen פוטיפרע nomen proprium viri ſacerdotis On, cujus filiam duxit Ioſeph. At cap. 39. 1. aliud nomen extat, nomen proprium ejus cui a Madianitis venditus fuit Ioſeph, ſed illud unâ litera brevius eſt. Scribitur enim פוטיפר. Hæc duo nomina Vulg. confundit, utrumque n. vertit *Phutiphar*. Quæ confuſio errandi occaſionem præbuit. Multi n. qui ad hanc differitatem non attendêrunt, vel quibus ad fontes præ linguarum imperitia recurrere non licuit, exiſtimârunt unum eundemque hominem fuiſſe, hunc, cujus filiam duxit, & iſtum, cujus antea tulerat imperium, quod admodum improbabile atq; a veritate alienum eſſe prolixe oſtendit Mercerus. Lyra hoc vidit, qui relata hac opinione mox ſubjicit, *Sed contra hoc videtur, quod in Ebr. iſte Phutiphar habet unam literam plus quam præcedens in ſuo nomine, quia habet literam Aym* (lego Ain) *in fine, quam non habet præcedens, & ideo videtur eſſe alius homo a prædicto.* Scio Hier. & Hebræos quoſdam perſonas eas confundere, ut Vulgatus nomina, ſed ita eſt profecto ut Lyra notavit.

Cap. 43. 3. De ſuo parentheſin illam *ut ſæpe diximus* addidit Interpres. Textus n Ebræus illam non habet, unde nec Chald. nec LXX. nec ullus alius, quod ego quidem ſciam, illorum verborum meminit.

Caput

Caput quadrageſimum quartum.

Ebr. Verſ. 15.	*Vulg.*
Annon noſtis quod augurando auguratur vir qui eſt ſicut ego?	An ignoratis quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?

NOn eſt in Ebræo מִי כָּמֹנִי *quis ſicut ego?* ſed אשר כמני *qui ſicut ego.* Senſus eſt, annon noſtis virum ſimilem mihi per auguria cogniturum quid ſcypho factum ſit? Sic & LXX. *οὐκ οἴδατε ὅτι οἰωνισμῷ οἰωνεῖται ὁ ἄνθρωπος οἷος ἐγώ.* Sic & Oncelos גַּבְרָא דִי כְּוָתִי —— *vir qui ſicut ego.* Vides longe aliter ſonare has chordas Vulgati percuſſas plectro. Agnoſcunt hic a fontibus deviatum ipſi Steuchus & Cajet. Steuchus, *Non jactat ſe Ioſeph, ſed rem omnibus principibus ſolitam de ſe refert.* Cajet. *Non ſunt verba præferentis ſe aliꝭs, ſed dicentis communem eſſe divinationem ſibi ſimilibus.*

Verſ. 18. De ſuo addidit vocem *confidenter.*

Verſ. 27. Verba Iudæ ad Ioſephum, *Et dixit ſervus tuus pater meus*, ſic mutilavit Interpres, ut ſcopus quem ſibi in oratione hac propoſitum habuit Iudas, hac ex parte pereat. Sic n. ea vertit, *Ad quæ ille reſpondit*. Rectius LXX. ne Chaldæum memorem, *καὶ εἶπε ὁ παῖς σου, ὁ πατὴρ ἡμῶν.*

Verſ. 31. Ebr שְׁאֹלָה Vulgatus vertit *ad inferos.* Cajetanus emendat, *ad foveam* & addit, *de ſepulcro n. ſermo eſt.* Sheol itaque & hic ſepulcrum ſignificat. Vide quæ ad cap. 37. notavimus.

Caput quadrageſimum quintum.

Verſ. 19. Nimis extendit vocem וּבָאתֶם *& venietis*, dum eam ſic *προφθάζει, & properate quantocius venientes.*

Verſ. 26. Vbi Iacob audiviſſet nuncium de gloria & vita filii Ioſephi, ſic de eo dicit textus ויפג לבו *vajaphog libbo* quod alii reddunt, *Et obſtupuit mente.* Alii, *mutatum fuit*, alii, *debilitatum fuit*, alii *vacillabat*, alii *defluxit*, alii *remiſſum fuit cor ejus.* Hæc eodem tendunt, ſatiſque intelligibilia ſunt, ut non opus fuerit tantùm a fonte recedere. Sic. n. Vulg. *Iacob quaſi e gravi ſomno evigilans.*

Caput quadrageſimum ſeptimum.

Ebr. *Verſ. 21.*	*Vulg.*
—— factaque eſt terra Pharaonis.	—— ſubjecitque eam Pharaoni.
21. Et populum tranſire fecit ad urbes ab extremitate termini Ægypti ad extremitatem ejus.	21. Et cunctos populos ejus a noviſſimis terminis Ægypti, uſque ad extremos fines ejus.

VErbum העביר *begnebir* non videtur Vulgatus vidiſſe, unde verſum 21. eum 20. connectit, refertque ad præcedens verbum *ſubjecit.* Porro illud quod hic narrat Moſes, Fagius & Mercerus factum putant *in ſignum quod nihil propriĳ amplius haberent in terrâ*, unde & Chald. videns in Ebræo ἐνεργείαν eſſe, nihil eorum prætermiſit.

Caput quadrageſimum octavum.

7. IDem error commiſſus circa vocem כִּבְרַת quem ad Gen. 35. 16. notavimus.

Ebr. *Verſ. 16.*	*Vulg.*
Vocetur in iis nomen meum & nomen Patrum meorum.	Invocetur nomen meum & nomen Patrum meorum ſuper eos.

Verba

VErba ſunt Iacobi utrique nepoti ſuo ex Ioſeph benedicentis. Quorum, ipſo Lyrâ præeunte, hic ſenſus eſt, adopto eos in filios meos, licet ex te nati ſint, tamen dicantur filii mei, uno ordine habeantur cum filiis meis ex me immediatè natis in diviſione terræ & conſtitutione tribuum, denominentur, non de nomine tuo ſed meo. Similis locutio Ieſ 4. 1. *Tantummodò vocetur ſuper nos nomen tuum*. i. denominemur de nomine tuo, ubi iterum Vulgatus, *invocetur nomen tuum ſuper nos*. Ex hoc loco prout a Vulgato converſus eſt, Invocatio Sanctorum vires & incrementa ſumpſit. Hinc n. diſputant, *a* Monachi Burdigalenſes *b*. Eccius & *c* Caniſius. Hinc *d* Bell. & *e* Valentia nomen Invocationis hominibus competere probare ſatagunt. Sed vel ſola collatio loci ex Ieſ. citati docere eos potuiſſet in phraſi illa pro Invocatione Sanctorum nihil omnino ſitum eſſe præſidii. Mea hæc eſt ſententia, non tam verſionem, quæ commoda aliqua interpretatione locorumq; aliorum collatione leniri poſſet, quam non intellectum Ebraiſmum, vocemque *invocetur* ſine neceſſitate pro ſimplici *vocetur* poſitam indoctiores decepiſſe. Plane nobiſcum hic faciunt *f*. Ribera, Cajet. ad hunc locum, Hugo Card. nec non quidam *g*. Hector Pintus Luſitanus. Nec video quomodo ab his ſeparari queat ipſe Bellarminus, *h*. Negat n. ſanctos ante aſcenſum Chriſti in cœlos a vivis adoratos fuiſſe. *Quia ante id tempus*, inquit, *ſancti non videbant Deum, non fuit conſuetum in V. T. ut diceretur, ſancte Abraham ora pro me* &c. Claudam verbis Merceri ad hunc locum, *Ebraiſmorum ignorantia* (addo, & eum ſubſecutus fontium contemptus) *multos errores peperit & invexit in Eccleſiam*.

a *Artic. 57. Profeſſionis fidei in Aquitania edita: Extat inter opera Sadeëlis.*
b *In Enchiridio de Vener. Sanct.*
c *Catech. cap. 3 art. 8. in margine.*
d *De Beat. Sanct. lib. 1. 20.*
e *De Idolol. 3. 7.*
f *Ad Amos 9. Num. 42.*
g *Ad Ieſ. 4. 1.*
h *De Beat. Sanct. lib. 1. 19.*

Caput

Caput quadrageſimum nonum.

Ebr. *Verſ. 3.*	*Vulg.*
Tu fortitudo mea & principium roboris mei אוֹנִי.	—— & principium doloris mei.

ON. און ambigua vox eſt, tam *luctum* ut Gen. 35. quam *robur* ſignificans. Interpretes noſtri, & Chald. vertunt in ſignif. *roboris*: Vulgatus verò ſolus, *doloris*. Sed quia uno contextu, inquit Vatablus, dignitatis elogia recenſet, quæ primogenito competunt, non dubium quin principium virilitatis intelligat. Quin ſi dolorem intelligas ex ſtupratione concubinæ perceptum, cogita cordolium ex temerata Dinâ & crudelitate Simeonis & Levi erga Sichimitas exercita tempore fuiſſe prius. Sed quid opus eſt verbis? Sola collatio hujus loci cum Deut. 21. 17. hanc ambiguitatem explicat. Ibi n cum eadem locutio ut periphraſis primogeniti occurrat, ubi notioni *doloris* nullus locus, non dubium quin Cajet. Chaldæus noſtrique Interpretes locum hunc optime reddiderint, Vulgatuſque ambiguitate vocis deceptus ſit. Locus Deut. ſic habet, כי ראשית אונו, ubi Vulg. *quia principium liberorum ejus*. Auguſt. Steuchus dicit Abenezram expoſuiſſe locum hunc in ſignif. *doloris* atque hæc citat ex Abenezra, והבכר יקרא ראשית און במו כי הוא ראשית אונו. Sed infeliciter interpretatur Rabbinum, *Primogenitus ſolet vocari principium doloris, quaſi ille incipiat dolorem afferre Patri ſuo*. Sed qui vel triduum lectioni Rabbinicæ inſumpſit, videbit Abenezram more ſuo locum per locum interpretari & ſic vertenda ejus verba, *Primogenitus vocatur Reſbith On, ſicut*, (illo loco) *ki hu reſhit ono*. Qui locus extat Deut. 21. 17. Sed hoc ignoravit Steuchus vel potius non advertit. Rabbini non ſolent loca citata alio chara-

charactere exprimere, nec libros aut capita aſcribere, ut Chriſtiani, ſed per ſuum illud במז indicata diligentis Lectoris memoriæ aut in Concordantiis inquirenda relinquunt. Adeo ut verſatiſſimum in Scripturis oporteat eſſe eum qui hic nunquam impinget. Erravit itaque Steuchus, atque principium petit ejus interpretatio. Erravit & Fonſeca qui ad marginem Cajet. ut multa alia, ita & hæc ex Steucho deſcripſit, *Tradit Aben. primogenitum principium doloru vocari, eò quod ille incipiat dolorem afferre Patri.* Similem periphraſin primogeniti habes Pſal. 78. 51. & 105. 36.

Ebr. *Verſ.* 5. *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Vaſa iniquitatis in habitationibus ſuis.	Arma iniquitatis bellantia.

At מְכֵרֹתֵיהֶם nunquam ſignif *bellantia.* Sunt qui putant vocem Græcam eſſe *μάχαιρα Machæra*, ut Arias, Leo Iudæ, R. Eliezer aliique quos denotat R. Levi his verbis, *Dixerunt Dd. noſtri b. m. vocem Græcam eſſe*, ut ſic reddatur, *Vaſa iniquitatis machæra ipſorum.* Sed abſurdum id non immerito videbitur doctis, & ſi ita eſſet, vox *bellantia* tamen nimium adhuc deviaret. In ſignif. habitationis conſentiunt Oncelos, *in terra* תותבותהון *habitationis ſuæ.* R. Levi, *Rectum in oculis meis videtur ut* מכרות *ſit pro* מגורות: Chaph in Gimel verſa. Sunt n. literæ ejuſdem organi, vulgò literas גִּיכַּק vocant. Sic alibi * מכורות * Ezech.
exponunt מגורות. Certe in גור habitationis ſignificatio. 16. 4.
Abenezra, poſtquam retuliſſet opinionem eorum qui reddunt *agnitionem*, ac ſi eſſet ab הַכִּיר, & *poſſeſſiones* & *venditiones*, eaſque refutaſſet, ait ſibi rectum videri ut exponatur ex loco Iezech. 16. 4. *commorationes.* Steuchus quoque nobiſcum eſt, qui ad teſtimonium Aben. adjicit

Kimchium exponentem, *locum habitationis perpetuæ*. Sic quoque Santes. LXX. ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν, ex electione eorum. Cl. Druſius putat eos legiſſe מברותיהם Beth pro Caph, ut מ ſit ſerviens pro מִן, themaque ſit בָּרָה elêgit.

Verſ. 9. Vocem כָּרַע *incurvavit ſe* reddidit per part. *requieſcens*. ſeparatque a ſequentibus, jungitque cum עָלִיתָ non obſtante accentu diſtinguente.

Ebr.	*Verſ. 10.*	*Vulg.*
שילה SILOH.	|	Qui mittendus eſt.

De voce שילה variæ Dd. opiniones ſunt, in eo tamen conſpirantes Meſſiam hic denotari. Communis opinio eſt ut שילה ſit pro שילו, atque hoc pro שליתו *ſhiljatho* ut משתי *Piſhti* pro משתתי *Piſhthathi*. שליה *Shiljah* autem eſt id quos nos ſecundas vel ſecundinas dicimus, thema שלה tranquillus fuit, quod in iis שלה הילד *ſholeh hajeled*, tranquille degat infans ſive fœtus. Erit ergo continens pro contento, filius ſecundis involutus. Alii volunt שיל proprie ſignificare filium a שלה * parere. Vide Abenezram. Mihi arridet eorum opinio, qui putant ה affixum non eſſe ſed literam thematis, formæ קימוש & קישור & ſignificari *tranquillatorem*, omnis tranquillitatis authorem, Soſpitatorem &c. Vt ut ſit, omnibus expoſitionibus aliquid prætexi poteſt, præterquam duabus, quarum una eſt LXX. interpretum, altera interpretis noſtri. LXX. reddiderunt, τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ quaſi eſſet שלו *ſhello*, quod adhuc nimis eſſet contortum. Euſebius citat, ᾧ ἀπόκειται, *cui repoſitum eſt* ſc. *Regnum*. R. Sal. *Rex Meſſias* שהמלוכה שלו *cujus eſt regnum*. Huic inquam interpretationi nihil prætenderis ſine manifeſtaria coactione, niſi quis oſtenderit ש ſolere poſt ſe habere hiric longum in compoſitione. Altera eſt Vulgati, *mittendus*.

* 2. Reg. 4. 28 juxta quoſdam.

mittendus. Duo obſtant, primo litera ה, nam *mittere* dicitur שלח cum ח. 2. Forma nominis, tum n. שלוח vel certe שליח forma Chald. dicendum eſſet. Quin & hac interpretatione abuſi nonnulli ex Iudæis ſunt, ut probarent non hic de Meſſia, ſecus quam Chald. Rab. Salo. aliique exponunt, ſed de Nebucadnetzar agi, qui ad caſtigandum duræ cervicis populum a Deo miſſus fuit, quò certe reliquarum interpretationum nulla trahi poſſet. Sed poſterius obſtaculum facile corruet, ſi credamus locum hunc a Iudæis malitioſe corruptum eſſe, ſi enim ח auſi fuerunt mutare in ה, quid ni & auſi puncta mutare, formamque aliam voci indere? Id certe perſuadere nobis ſatagit Steuchus, *Exiſtimo*, inquit, *hunc locum corrupiſſe Iudæos*. Sed ridiculum omne id eſt, quod hic ſomniant zelotæ. Cum n. Ebræi ante Hieronymum & poſt eum locum hunc de Meſſia acceperint, quis crediderit locum hunc ab iis corruptum, & quidem eo fine, ut illi volunt, ne de Meſſia locus exponeretur. Cōſulatur uterq; Chaldæus, R. Salomo, Thalmud, author Bereſhit Rabbæ aliiq; quos citat Cl. Buxtorf. in Lexico, ubi & illud διεξοδικῶς addit שילה in numeris valere 358 totidem משיח.

Verſ. 22. Ioſeph comparatur cum ramo (id n. בֵּן aliq. ſignificat) fructum ferente juxta fontem, Ebr. בן פורת יוסף בן פורת עלי עין. Ramus פורת fructum ferens vel fructum ferentis ſc. arboris, eſt n. anomalia in voce פורת. At Vulgatus ſic ea convertit, *accreſcens & decorus aſpectu*. Vide St. & Cajetanum.

Verſ. 24. Plane invertit & pervertit Vulg. membrum illud hujus verſus, ויפזו זרעי ידיו *& roborarunt ſe brachia manuum ejus*. Licet R. Sal. ducta ſignificatione a nomine פָּז vertendum putet, *& deaurata ſunt*. Sed prior interpretatio recepta ab Ebræis, noſtriſque eſt. Vulgatus

 tamen

tamen ſenſu plane, ipſo Steucho judice, contrario vertit, *& diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum ejus*, deceptus quippe hic a LXX. qui locum ſic reddidere, καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα &c. *& diſſoluta ſunt vincula* &c.]

26. Aliud dicit Iacob, aliud loquentem cum introducit Vulgatus. Ebræi ad verbum, *Benedictiones patris tui* (meæ) גברו על ברכות הורי *prævaluerunt benedictionibus progenitorum meorum* .i. efficacius tibi benedico quam mihi a meis parentibus benedictum eſt. At Vulgatus, *Confortatæ ſunt benedictiones patris tui benedictionibus patrum ejus*. Aut ego admodum hebes ſum aut hæc diverſa ſunt. Videatur Cajet.

Verſ 30. Deſiderantur hæc verba, *In ſpeluncâ quæ eſt in agro Machpelâ*. Quæ legêre LXX. licet מַכְפֵּלָה accipientes appellative, ἐν σπηλαίῳ τῷ διπλῷ.

Verſ. 32. Verſus totus deſideratur Latine ſic ſonans, *Emptio agri & ſpeluncæ quæ eſt in eo* (fuit vel eſt) *a filys Heth*.

Caput quinquageſimum & ultimum.

VErſ 7. Vox עבדי. Verſ. 8. ובית אביו *domus patris ſui* ab Interp. omiſſa ſunt.

23. Omiſſione ſubjecti vid. *Ioſeph* ambiguitati involutum eſt prius Hemiſtichium. Quis n. hæc Vulgati legens, *Et vidit Ephraim filios uſque ad generationem 3.* ſine collatione textus Ebraici aut aliarum verſionum non putaret Ephraim ſubjectum propoſitionis eſſe? At diſerte ſic Ebræa, *Et vidit Ioſeph* לאפרים τῷ *Ephraim vel de Ephraim filios tertiorum*. Ideo & LXX. & Chald. vocem Ioſeph ſibi exprimendam cenſuerunt.

FINIS GENESEOS.

SIXTINI AMAMA

CENSVRÆ

In Vulgatam Verſionem QVINQVE LIBRORVM MOSIS.

LIBER II.

qui eſt in

EXODVM.

Caput primum.

Ebr.	*Verſ. 11.*	*Vulg.*
Vrbes משכבות theſaurorum.		Vrbes tabernaculorum.

VOX משכבות pro theſauris ponitur 2. Chr. 17. 2. Chr. 32. 28. Chald. vertit קרוי בית אוצריא *urbes domus theſaurorum*, unde & סוֹכֵן Ieſ. 22. *theſaurarium* ſignificat, licet & ibi noſter Interpres lapſus ſit. Et quia inter theſauros etiam frumenta, proventuſque vini & olei, non improbârim eorum opinionem qui hic intelligunt repoſitoria, granaria & apothecas frumentarias cum doct. Fagio. Lyra quoque & Ioh. Benedict. Pariſienſis agnoſcunt vocem Ebr. *theſauros* ſignificare. Quin, quod primarium hic eſt, ipſe Vulgatus 2. Chron. 32. 28. vocem hanc *apothecam* reddidit, ut temerè admodum Lyram hic flagellaverit Steuchus. Impegit itaque hîc Vulgatus, dum vertit, *urbes tabernaculorum*, confundens שָׁכַן ſive סָכַן cum שָׁכַן. מִשְׁכָּן n. cum puncto in dextro cornu eſt tabernaculum. Certe minùs aberrarunt LXX. vertentes

Digitized by Google

πόλεις ὀχυρὰς *urbes munitas*, quomodo & Vulg. 2. Chr. 8. 4. *urbes munitiſſimas* vertit. Sic & Cajet. *urbes munitionum*.

Verſ. 12. Aliud & plus dicit Ebræus textus quam Vulgatus קוץ ויקצו מפני בני ישראל cum ב vel מפני conſtructum ſignificat faſtidire aliquem vel aliquid, abhorrere a re aliqua, quam vel infectam vel perditam vellemus, & cum libidini vel deſiderio noſtro circa rem talem non ſatisfit, anguſtiis affici. Sic Gen. 27.46. קצתי בחיי מפני faſtidio vitam meam, tædet me vitæ meæ propter filias Heth, vellem matrimonia infecta, verùm cum fieri id non poſſit, angor animi. Sic hoc loco, invidebant Ægyptii fælicitati & fæcunditati filiorum Iſrael, optabant eos perditos vel in Ægyptum nunquam tetuliſſe pedem, cum autem hîc libidinem ſuam explere non poſſent, faſtidiebant eos. Vnde alii verterunt, *& diſtadebat Ægyptios propter filios Iſrael*, alii, *Et anguſtijs afficiebantur*, ut Pagn. & Ioh. Benedict. Pariſ. Onc. *anguſtiâ cruciabantur*. Ionath. *cruciabant ſe Ægyptij in vita ſua*. R. Sal. *fuerunt ſicut ſpina in oculis ipſorum*. Tigurini, *ut nauſeam conciperent adverſus* &c. Aquila, ἐστικχαίνοντο .i. tædio afficiebantur. Non ergo Vulgatus textum Ebr. aſſecutus eſt vertendo, *Oderantque filios Iſrael*, imo ne ipſos LXX. quidem, qui hîc optime, καὶ ἐβδελύσσοντο οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ: & abhorrebant vel abominationem habebant Ægyptii a filiis Iſrael. Sic n. vocem Græcam redditam invenio apud Interpretes. Aliàs n. LXX. textui Ebr. διαῤῥήδην repugnarent.

Ebr. Verſ. 13.	*Vulg.*
Et ſervire fecerunt Ægyptus (id eſt Ægyptii) filios Iſrael בפרך in duritia.	**Et affligebant illudentes iis.**

Primo

Digitized by Google

Primo vocem יעבירו nimis laxe reddidit *affligebant*. 2. In פרך nulla *illuſionis* ſignificatio. Vnde Chaldæi vertunt בקשיו *in duritia*. R. Sal. בעבדה קשה משברת הגוף in ſervitute dura affligente vel conterente corpus. LXX. *βιᾳ* .i. tyrannide. Vide Cajet. hoc loco.

Caput ſecundum.

Ebr. *Verſ. 21.* *Vulg.*

ויואל voluitque Moſes habitare cum viro iſto.	Et juravit Moſes habitate &c.

יאל in Hiphil proprie velle ſignificat. Vnde Chald. וצבי & voluit. Sic R. Sal. Santes, Vatablus & alii, Ioh. Benedict. & Trem. *acquievit*. Paulus Burg. ait eſſe vocem univocam & ſignificare ipſum actum volendi. Quod verò quidam dicunt ſignificare aliquando juramento aſtringere aliquem, verum eſſe poteſt. Saltem unico iſto quem Pagninus in Theſ. attulit, loco, aliter accipi non poteſt. Locus iſte eſt 1. Sam. 14. 24. ויואל שאול את-העם *& adjuravit Saul populum*. At illud Vulgatum non juvat, nec n hic *adjuravit*, ſed *juravit*, vertit Interpres. Magnum a. inter utrumque diſcrimen eſt. Deinde conſtruitur ibi verbum cum Accuſativo qui hic nullus eſt. Eadem enim hic conſtructio, quæ aliis volendi verbis competit. Recte itaque & meritiſſimè hunc locum taxavit Steuchus dicendo, *nulla hic juramenti mentio*. Et Cajet. *Nulla eſt mentio juramenti ſed liberæ voluntatis*. Ridiculus hic omnino eſt Math. Döring replicator. Reprehenſurus n. Burgenſem qui dixerat in Ebraica litera non poni quicquam ad juramentum pertinens, ſic dicit, *ſed quicquid ſit de litera Ebraica non judico*. Si non judicas, quid ergo virum doctum reprehendis Barbare, qui ex lingua funda-

Digitized by Google

fundamentum aſſertionis petiit. Sed credimus tibi inju-rato te literas Ebraicas neſciviſſe. Et ut alii idem credant, rideantque producam locum ex Replica ejus ad Exod. 3. Ibi n. reprehenſurus Burgenſem affirmantem nomen Tetragrammaton יהוה carere plurali numero, ut videl. cætera nomina propria, ſerio rogat quid obſtet quominus dicere liceat a Tetragrammaton, Tetragrammatones, ſicut a Simeon Simeones? Arbitratus fuit homo ſtupidus & ſimul arrrogantiſſimus de ipſa voce *Tetragrammaton* ſermonem eſſe Burgenſi & non potius de nomine Dei יהוה quod a numero 4. literarum *τετραγράμματον* vocant docti. Et ſi ita eſſet, tamen a neutro plurali tertiæ declinat. Græcorum, non poſſet formari plur. Maſculinum in *Ones*, quo ipſo & peritiam ſuam Græci ſermonis prodidit. Vere itaque de eo Steuchus ad Gen. 37. 3. Eum vid. univerſam Vet. Teſtam. ſcripturam, conſpurcaſſe eamque fœdiſſima barbarie & fœditate barbara referciiſſe ac proinde indignum eſſe qui nominetur.

Verſ. 22. Hæc in Ebr. veritate non leguntur ideoque obelo confodienda, *Alterum vero peperit quem vocavit Eliezer, dicens, Deus n. patris mei adjutor meus & eripuit me de manu Pharaonis.* Deſcripta autem a Vulgato ſunt ex LXX. qui hæc ex cap. 18.4. huc tranſtulere. Cajetanus idem diſertis verbis agnoſcit, ut & Ioh. Benedict. Pariſ. Quin & Lovanienſes Theologi monent in Ms. quibuſdam non legi, nec Chald. Ebræoſque codices illud habere. Romanus tamen Pontifex uterque hæc retineri voluit. Vide Appendicem.

Caput

Digitized by Google

Caput tertium.

VErſ. 2. Ebraice eſt מלאך יהוה Angelus Domini. At Vulg. vertit, Dominus. Fateor eum qui hic vocatur *Angelus DOMINI* poſtea vocari יהוה, Fateor libens hic denotari increatum illum Angelum, Angelum fœderis magnique conſilii, Ieſum Chriſtum Deum benedictum in ſæcula, tamen vocem מלאך non de nihilo hic additam, ac proinde a vulg. omitti non debuiſſe contendo. Certe Onc. & LXX. eam otium agere non opinati ſunt, dum ille מלאכא דיי, hi vero ἄγγελος Κυρίου reddiderunt.

Ebr.	*Verſ. 18.*	*Vulg.*
Dominus Deus Ebræorum בְּקְרָה obviam factus eſt nobis.		— vocavit nos.

קָרָה cum ה in Kal & Niphal *occurrere* ſignificat, unde & illud cum apocope literæ ה Num. 23. 4. וַיִּקָר *& occurrit* Deus ipſi Bileam. At Vulg. confudit illud cum קרא. Scio ordines iſtos crebrò inter ſe confundi & in iis קרה & קרא. Sed קרא ſive קרה in Niphal nunquam ſignificat *vocavit* active. Ideo Steuchus & Cajet. optime emendant, *occurrit nobis*, Abenezra quoque per נִפְגַּע *occurrit* reddidit. Fruſtra ergo ex hoc loco Thomas de vocatione duplici interna & externa differendi occaſionem ſumpſit. Nihil n. ejuſmodi in fonte eſt.

Ebr.	*Verſ. 19.*	*Vulg.*
Non permittet rex Ægypti vos abire וְלֹא & non in manu forti.		— Niſi per manum validam.

L Aſſcri-

Digitized by Google

Aſcribam verba Cl. Druſii præceptoris & deceſſoris noſtri optime de nobis ſtudiiſque noſtris meriti, quæ ſcripſit in Comm. ad loca diff. hujus libri, *Ego*, inquit ולא pro אם לא *niſi, non memini legere. Hoc primum; deinde non permiſit eos abire per manum validam niſi coactus. Nam poſt ultimam plagam quum volens nolens dimiſiſſet populum, coacto exercitu inſecutus eſt eos ad mare rubrum uſque, in quo periit. Malim igitur* ne quidem, *quod etiam dicunt* אין גם Sed nonne exiit, inquies, Iſrael manu forti Dei eductus? Exiit, ſed tamen non dimiſſus a Pharaone eſt .i. licentiam abeundi Iſrael a Rege impetrare non potuit, etiam cum graviſſimâ plaga Rex preſſus eſſet. Invito enim eo egreſſus eſt. Hanc expoſitionem ſtabilit Onc. quem hîc ſic interpretatur Fagius, *neque etiam propter præſentiam ejus cujus virtus fortiſſima eſt*, Sic Trem. Munſt. & Hiſc.

Caput quintum.

3. Commiſſus idem error quem ſupra 3. 18 notavimus circa vocem נקרה, nam vertendum eſt, aut, *obvius factus eſt nobis* ut ſupra, aut, ſi fortaſſis hic א pro ה ponitur (ut ſunt literæ iſtæ ordineſque ex iis conſtituti inter ſe alternantes) *vocatus eſt ſuper nos* .i. vocamur populus ejus. Certe per *vocavit* nullo modo reddi poteſt. Atque hoc verſu accedit illud, quod ubi Ebr. habent admodum emphatice, *ne forte* יפגענו *irruat in nos* vel, *occurrat nobis in peſtilentia aut gladio*, ille ſimpliciter verterit ſecutus LXX. *ne forte accidat nobis* peſtis vel gladius. Nec n. פגע ſimpliciter *accidere* ſignificat, nec ad peſtem vel gladium ſed ad Deum refertur.

Ebr.

Ebr. Verſ. 5.	*Vulg.*
Et ceſſare facitis eos ab operibus ipſorum.	Videtis quod turba ſuccreverit, quantò magis ſi dederitis eis requiem.

Hoc hemiſtichio nimium luxuriat Vulgatus. Ebræa clara ſunt continentque invectivam Regis in exactores ſeu ἐργοδιώκτας, והשבתם אותם מסבלתם. Videantur Cajetanus & Steuchus.

Verſ. 11. *Et diſperſus eſt populus per univerſam terram Mitzraim* לקושש קש לתבן *ad colligendam ſtipulam pro* vel *in paleam.* Sic Ebræa ſonant. Ea ſic mutilavit Interpres Vulgatus, *ad colligendas paleas*, voce קש particula ל ante תֶּבֶן eliſis. At benè hic LXX. verterunt, συναγαγεῖν καλάμην εἰς ἄχυρα.

Caput ſextum.

Ebr. Verſ. 20.	*Vulg.*
Accepit autem Amram uxorem Iochabed דודתו amitam ſuam.	—— Iochabed patruelem ſuam.

Patruelem] .i. filiam fratris patris ſui. Sic n. Græci, quos hic expreſſit noſter, θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. At Ebræa vox דודה nunquam patruelem ſignificat דוד patruus, דודה amita. Vnde & Steuchus magnus ille Vulgatæ Patronus huc deſcendit, ut aſſerat, *Hieronymum per* patruelem *intellexiſſe Patrui ſororem i.* materteram. Amitam voluit dicere Et Cajetanus, *juxta Ebraum,* inquit, *habetur, amitam ſuam.* Conſentit Chald. אחת אבוהי *ſororem patris ſui.* Et Ioh. Benedictus, qui in margine repoſuit *amitam.* Confirmat hanc expoſitionem manifeſtarius

ſeſtarius locus Num. 26. 59. quem adi. Verùm minus decorum forte Interpreti viſum eſt hoc matrimonium. Nos ſcimus ante Legem multa etiam a ſanctis factitata, quæ Lex poſtea diſtrictè prohibuit; ſic Iacob geminas ſorores habuit uxores, quæ matrimonia poſtea ſublata ſunt expreſsâ lege Levit. 28.

Caput ſeptimum.

Ebr.	*Verſ. 11.* *Vulg.*
Et fecerunt etiam ipſi Magi Ægypti בלהטיהם חרטמי מצרים ſimiliter.	Et fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam ſimiliter.

VOx חרטמי nunquam incantationes ſed potius incantatores ſignificat, ſed decepit forte Vulg. antegreſſum illud pronomen הֵם. Et ut ut לְהָטִים *arcana quædam* ſignificet, tamen ב præfixum ſatis oſtendit vocem eam hic adhiberi ad denotandum vel inſtrumentum vel modum actionis quæ hic deſcribitur. Si thema velis eſſe להט, unde לַהַט *ferrum* vel *fulgor gladij*, forte hîc dicendum, eos incantationes illas perfeciſſe fulgore gladii, de quo genere incantationis locum ex Ezech ſuggerit Steuchus. Si verò thema erit לאט ut ה pro א ſit poſitum, quia mox occurrit בלאטיהם, in qua voce ſign. eſt occultandi &c. dicendum erit eum hoc velle, eos incantationes ſuas ſuſurris perfeciſſe, quod & Chald. innuit dum vertit, בלחשיהון. R. Sal. ait לָט eſſe incantationem quæ fit בַּלָּט tacite ובחשאי & in ſilentio. LXX. Ἐποίησαν οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ταῖς φαρμακίαις αὐτῶν ὡσαύτως. Optimè, niſi quod להטים veneficia reddiderint, illud ſaltem ex ea Interpretatione liquet eos aliquam rationem literæ ב habuiſſe.

buiſſe. Verſ. 22. circa hanc eandem vocem ſed contractam bene ſe geſſit Interpres.

Caput nonum.

Ebr. *Verſ. 3.* *Vulg.*

Ecce manus DOMINI erit במקנך in pecus tuum quod in agro eſt.	Manus mea erit ſuper agros tuos.

SIc & Græci, Ἰδοὺ χεὶρ Κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις. Et Chald. בבעירך די בחקלא. Ipſe Cajet. hoc agnovit.

Ebr. *Verſ. 15.* *Vulg.*

כי עתה שלחתי את־ידי ואך אותך ואת־עמך בדבר. ותכחד מן־הארץ:	Nunc n. extendens manum meam percutiam te & populum tuum peſte, peribiſque de terra.

Si in Vulgati verba juraſti, merito ex te quæram ubi hujus comminationis complementum ſit. In mari ſuffocatum Pharaonem legimus, peſte ablatum non legimus. Miror autem Cajetanum aſſerere ſubmerſionem illam vocari peſtem, cum ante notaverit in textu Ebr. verſum hunc per præterita legi. Melius mentem Moſis aſſecutus eſt Fonſeca ille, qui notas marginales Cajetani commentariis appoſuit: ſed quid nodum in ſcirpo quærimus? Textus Ebr. habet præterita, quæ pro imperfectis & pluſquamperf. poni pueris notum eſt. Sic ergo vertendus locus, Fonſeca teſte, *Nam nunc extenderam manum meam ut percuterem te populumque tuum ut ſuccidereris de terra. 16. Verum ob id &c.* Vel ſic, ſubaudito אִם ſi, *Nam* (ſi) *nunc extendiſſem manum meam & percuſſiſſem te & populum*

pulum tuum peſte, deletus eſſes de terra. Verum ob id &c. Quaſi dicat, inquit, inquit P. Fagius, non defuiſſe ſibi potentiam delendi ipſum cum ſuis peſte eâ quâ pecora Ægyptiorum ceciderant, ſed ſe reſervaſſe eum potentiæ ſuæ declarandæ. Ita R. Salomo, cujus hæc verba, כי אלו רציתי כשהיתה ידי במקנך שהיתים בדבר שלחתיה והכיתי אותך ואת עמך עם הבהמות ונכחדת id eſt, nam ſi voluiſſem, cum erat manus mea contra pecus tuum cum percuterem illud peſte, miſiſſem eam quoque & percuſſiſſem te populumque tuum cum beſtiis & ſuccisus eſſes. Sic & Chald. *Quia nunc prope erat coram me* .i. parum aberat, *quin percuſſiſſem & miſiſſem* &c. Sed Vulgatus qui errantes LXX. ſecutus eſt, non mirum ſi & ipſe erraverit. Vt contra mirum quod Steuchus non obſervarit hunc errorem verſionis, quâ nullam dicit eſſe elegantiorem & meliorem. Oſtendimus jam omnibus fere locis diſcepantiam Vulgatæ & Chaldaicæ Edit. de qua (Chaldaica) aſſeruit pag. 80. *eam ſemper veram inveniri* & pag. 138. *eam optimam & fideliſsimam inveniri*. Quæ ſi verè de Chaldæa pronunciata ſunt, non obſcure Vulgatam damnavit, iis ſaltem locis ubi Chaldaicæ aut contraria, ant ab ea diverſa eſt.

Ebr. Verſ. 17.	*Vulg.*
Adhuc tu מסתולל בעמי.	Adhuc retines populum meum.

Plus dicit vox Ebræa quam expreſſit Vulgatus. מסתולל n. nunquam ſignif. nudum *retinere*. Chaldæus Paraphraſtes per כבש reddidit, id eſt ſubigere, ſubjugare vel retinere ſub jugo ut vertit Fagius. Sed tamen nec is vocem Ebræam aſſecutus eſt. Cajetanus fatetur in Ebræo eſſe, *adhuc tu calcas in populo meo*, additq;, *ad ſimilitudinem enim*

enim calcantis opprimendo detinebat populum Iſrael. Et Ioh. Bened. Pariſ. Theol. *Adhuc tu te elevas in populum meum.* Sic eſt profecto, vox כָּלַל duo ſignificat, .i. *calcare*, unde interpretamentum Cajet & R. Levi & R. Salom. qui itidem voce Gallicâ קל״קיר calcare reddit, ut ſit ſignificatio ex מְסִלָּה *(via ſtrata)* deducta. 2. *elevare*, quo reſpexit Benedictus. Certe מסלה via elevata. Optima hæc interpretatio, elevas, extollis te contra populum meum. Vnde & Ion. magnifice extollis te. Aben. משתבח gloriaris, effers te. Sunt & qui ſignificationem hujus vocis ex סוללה deducunt, quæ vox *aggerem* ſignificat, unde reddunt, *adhuc aggerem te ponis contra populum meum.* Metaphora ab iis ſumpta qui aquarum erumpentium impetum objecto aggere cohibent. Sic Leo Iudæ. LXX. ἐμποιῇ τȣ̃ λαȣ̃ μȣ *inſultas populo meo.*

Caput decimum.

Ebr.	*Verſ. 13.* *Vulg.*
Adduxitque Deus ventum קָדִים.	Adduxitque Deus ventum urentem.

ET hic & alibi vocem קָדִים Vulgatus vertit *urentem*, ut ſupra Gen. 41 *uredinem*, cum omnes Ebræi & Chriſtiani unanimi conſenſu Orientalem interpretentur. Aquilam & LXX. excipio, quorum ille alibi cum LXX. πνεῦμα καύσων, hi hoc loco νότον reddunt. Sed dum interpretantur καύσωνα, neſcio an probari queat eos pro Orientali vento vocem hanc non accepiſſe, cum illis in locis* calidior fuerit ac magis urens Eurus. Sed cur Interpres *urentem* vertit? In קדם n. nulla aduſtionis ſignificatio. Putant eum a LXX. deceptum Auſtrum ſeu ventum Merid. intellexiſſe. Firmant eam opinionem Lippomanus

** Theodoretus qu. 8. in Geneſ.* Τȣ̃ εὐρȣ πνέοντος τὸ πεπηγὸς ὕδωρ διαλυέσθαι πέφυκεν. *Euro flante concretæ aquæ diſſolvi ſolent.*

pomanus & Steuchus, quorum hic in notis ſuis ad hunc locum diſerte, *Non eſt dubium,* inquit, *quin* קדים *ſit auſter.* Et paulo poſt, *Miror Nicolaum, quod cum Ebræa ſciret non intellexerit hunc ventum eſſe Auſtrum.* Miror te potius mi Steuche, quod ita veritati obſtrepas, Annon קדם eſt oriens? Quid oppones præter ſtudium defendendi Vulgatum? Annon omnes Ebræorum Interpretes, omnes Lexicographi Ebræi & Chriſtiani Eurum ſeu רוח מזרחית interpretantur? Ipſe Genebr. ad Pſ. 78. verſ. 31. fatetur Kadim *ventum* eſſe qui flet a קדם .i. Oriente. Verſ. 19. dicitur Deus convertiſſe ventum occidentalem. Senſus, convertit Deus ventum orientalem qui antea flabat in occidentem, .i. ex adverſo immiſit occidentalem. Adverſus ergo erat orientalis. Sed vide Cl. Druſium ad loca difficil. Exodi cap. libri 19. Fagium, Genebrardum &c. Coronidis loco de plagis mundi hæc obſervanda ſunt Tyronibus, 1. in pleriſque denominationibus plagarum mundi Ebræos rationem habuiſſe ſitus corporis humani verſus Orientem ſolem. 2. in pleriſque autem ſitus terrę ſanctæ; ſic dico, plagæ Orbis juxta ſitum Ieruſalem & terræ S. ſæpe intelliguntur. *Hier. Zach. 2. Ribera ibidem.*

Lubet hic, nec ingratiis tuis id futurum ſpero Lector, aliquot Mundi & terræ S. plagarum nomina uno quaſi intuitu exhibere, pront ante dies pauculos ea in prælectione publica exhibuimus. ORIENS vocatur 1. KEDEM, *ante,* quod ſit anterior plaga homini Orientem Solem intuenti. 2. MIZRACH *Oriens.* 3. NEHAR PHERATH, Deut. 11. 24. *fluvius Euphratis* (locutio ut *Vrbs Romæ, urbemque Patavi*) 4. Iam, *Mare.* Intellige * Sodomenum lacum, Ebręi ſiquidem omnem aquarum conflugem ſeu conceptclam, ſtagna, lacus, &c. vocant *Maria.* Hoc lacus *mare mortuum, mare Salſum* & mare aſphaltites vocatur a Scriptoribus. Ioſ. 15. 5. Mare *Arab̄a* .i. *planitiei,* vel ut Symm. & Vulg. *mare ſolitudinis,* vocatur, forte quod gravitate odoris *a* accolis ita peſtiferum

** Num. 34. 3. Zach. 14.*

a Tacit. Hiſtor. lib. 5.

Digitized by Google

ferum ſit & circumjacentia loca igne cœleſti exuſta & per ſe jam torrida halitu tetro ita inficiat, ut ab hominibus pecudibuſque ibi ſolitudo ſit. *Mortuum* vocant 1. ob eam forte cauſam quæ appellationi jam dictæ cauſam præbuit. 2. quod *b* vento non impellatur, in maximis etiam tempeſtatibus fluctus ejus vix tolluntur. 3. *c* quod nec piſces aut ſuetas aquis volucres patiatur, ob nimiam forte aquarum ſalſilaginem & bitumen. Quid ſi & hæc ratio 4. quod, *d* cum navigari neſcium ſit (omnia n. ſuperjacta ut ſolido feruntur) homines non ferat, eorumque commerciis aliiſque uſibus plane ſit inidoneum. Quomodo n. id ſulcent naves, in quo ne graviſſima quidem demergi queant. Periti imperitique natandi perinde attolluntur in eo & quaſi vi ſpiritus ſurſum projecti in eo fluitant. Cujus rei experimentum *e* Veſpaſianus ſumſit, quibuſdam natandi inſciis vinctis poſt terga manus in id præcipitatis. Vocatur *Lacus f Aſphaltites* Ebr. *AGAM HACHOMER* ſeu *bituminoſus* à copia bituminis quod inibi gignitur & certo anni egeritur, cujus legendi modum ſane mirabilem tradunt Ioſephus & Tacitus. *Salſum* vocatur, Ebr. *g Iam hammelach*, ob ſalſilaginem quandam peculiarem qua infectum eſt, cujus adjuncti originem ab iſto Sale arceſſunt Ebræi, quem unà cum Sulphure depluiſſe non quidem in Gen. ſed Deut. 29. memorat Moſes. Licet alii a fodinis Salis quarum mentio etiam Soph. 2. 9. appellationem deductam velint. Ebræi paſſim *jam Kadmoni*, mare Orientale vocant.

b *Ibid.*
c *Ibid.*
d *Ibid. vide & Ioſeph. libr. 5. belli Iud. cap. 5.*
e *Ioſeph. ibid*
f *Plin lib. 5. 16 Tacit. loco citato. Ioſeph. l. c.*
g *Ioſ. 15. 5.*

OCCIDENS vocatur 1. ACHOR *poſt*, poſterior plaga, in oppoſito habet vocem KEDEM. 2. MAARAB a veſpera ſic dictum. 3. MABO *introitus*. BA n. de Sole uſurpatum ſign. *occidere*, propriè introire, ingredi, videtur n. Sol, cum occidit, introire Oceanum καὶ δύειν ὑπὸ γαῖαν. 4. IAM *mare*, intellige Philiſthæum, & Mediterraneum, quod Ebræi mare magnum vocant, non ratione Oceani ſed aliorum marium, mortui, rubri, Genezareth ſeu Tiberiadis, aliorumque ſtagnorum, quæ Ebræi ſolent appellare maria. Hoc mare per excellentiam plerunque vocatur *mare* ſimpliciter.

MERIDIES. 1. IAMIN dextra. 2. THEMAN, ab eodem themate. Homini enim orientem Solem intuenti meridionalis plaga a dextra eſt. 3. DAROM. 4. NEGEB a ſiccitate. 5. MIDBAR, deſertum, Kades ſc. vel Sin. 6. Mare SUPH .i. algæ, vel junci vel caricis. Litora n. ejus algâ abundare proditum

M ab hi-

Digitized by Google

ab hiſtoricis eſt. Græci θαλάσσαι Ερυθραίαν vocant, non a colore undarum vel arenæ, rident id commentum *h* Curtius, *i* Brodæus *k* Suidas &c. ſed ab Erythro rege ibi ſubmerſo, quem locis iſtis dominatum fuiſſe Suidas teſtatur. Hunc Eſavum fuiſſe conjectarunt viri docti *l* Druſius, *m* Genebr. *n* Fulletus, *o* Becmanus & alii, qui *Edom* .i. rufus cognominatus, Rufus .i. ἐρυθρός. Cum ergo Græcis licuerit Ebreum *Edom* tanquam appellativum interpretari Ερυθρὸς, cur Latinos culpabimus quod vocem Græcam reddiderint *Rubrum*? Sed ſcribenda ea vox cum R. majuſculo, ut non appellativum ſed nominis proprii interpretamentum eſſe ſciamus. Hoc mare abſolute vocatur mare Pſal. 107. 3. Rabbini *jam deromi* mare auſtrale vocant. 7. *Fluvius Ægypti*. Nilus Gen. 15.

h Libr. 8. & 10. *i Miſcell. lib. 3. 9.* *k In* ἐρυθρός. *l Ad loca diff. Exodi pag. 107.* *m Ad Pſ. 106* *n Miſc lib. 4. cap. ult* *o In voce Ægyptus.*

Septentrio 1. Tzaphon, ab abſcondendo q. d. plagam abſconditam, eò quod illi Sol quaſi abditus & abſconditus ſit, unde apud Homerum ζόφος ut notat doctiſſimus Capellus. 2. Lebanon Libanus Deut. 11 24. 3. Introitus Hemath 1. Reg. 8. Vide Riber. Amos 6. Num. 45. Sunt & alia ſed rarius obvia. Illud hic mihi nota Tyro, in Exodo 23. 31. mare rubrum a quibuſdam accipi pro termino Orient. Euphratem verò pro Septentrionali: ut n. illud verſus Orientem, ita hic verſus Sept. ſe porrigebat. Alias n. Septentrionalis plaga ibi non memoraretur. Sed tempus eſt ut ex diverticulo in viam.

Ebr.	*Verſ. 15.*	*Vulg.*
Et obſcurata fuit terra.		Vaſtantes omnia.

Ebr. ותחשך הארץ. Vulgatus hæc hauſit ex LXX. καὶ ἐφθάρη ἡ γῆ, corruptaque eſt terra.

Caput duodecimum.

Ebr.	*Verſ. 5.*	*Vulg.*
Annus perfectus, maſculus, anniculus erit vobis, quem ex ovibus & (.i. aut) capris accipietis.		Erit autem agnus abſque maculâ, maſculus, anniculus, juxta quem ritum tolletis & hædum.

Ex hac

EX hac Vulgati interpretatione fatetur Steuchus complures in eam opinionem prolapſos, duo diſtincta ſacrificia agni hœdique hîc præcipi. Bene ergo notavit Cajetanus pro poſteriori membro in Ebręo eſſe, *Ex agnis & ex capris accipietis*, & addit, *Hinc clare patet quod dictio ſuperius interpretata** agnus *communis eſt tam agno quàm hædo, ex eo quod jubetur acccipi ex agnis & capris*, *id eſt vel ex ovibus vel ex capris*. Optime & doctiſſime. Vau enim hic valet או aut, ut, *qui maledixerit Patri & matri* id eſt, *aut matri*. Sic & Iud. 11. in voto Iephthæ והעליתי aut offeram. Iubet itaque, verba Theodoreti, ἵνα ὁ μὲν πρόβατον ἔχων τοῦτο θύσῃ· ὁ δὲ σπανίζων τοῦ προβάτου τὸν ἔριφον. i. ut qui ovem habet eam immolet, qui vero eâ caret, I cō ejus hœdum. Sic Græci, ſic Chaldæus quoque l cum reddidit. Breviter, Vulgatum turbavit particula Vau, quam diſiunctivam hic eſſe videtur ignoraſſe. Cajetani vel potius veram germanamque vocis שה interpretationem firmatum ibo authoritate Davidis Kimchii, qui ſic ait, הקטן מן הכבשים ומן העזים יקרא שה, i. parvus ex ovibus vel capris vocatur שה. Prolixe hic pro nobis diſſerentem vide Lyram ad hunc locum.

* שה

Abſque maculâ] i. ſine vitio, non mutilus aut truncatus ulla parte corporis. Vox Ebræa ſignificat & *perfectum*. Ideo R. Sal. & Aben. בלא מום ſine macula, ἄμωμος, quæ vox ab Ebr. מום videtur derivata, hinc* Genebrardus colligit תמים hoc ſignificatu non eſſe a תמם ſed a מום. Ridicule. Quis n. unquam ejuſmodi formam Heëmanthicam ex Quieſc. Ain vidit derivatam? Et ſi id daret quiſpiam, tamen vox ea magis *maculatum* quàm *immaculatum* ſignificaret. Niſi quiſpiam oſtendat ת Heemanthicum vim τοῦ α στερητικοῦ habere. Quid ergo? תמים ſemper a תמם. De victimis uſurpatum optime redditur *perfectum*, *immacula-*

* Ad Pſal. 119. 1.

maculatum, *ſine macula*. Hominibus verò etiam ſanctiſſi-
a Gen. 6. mis tributum ut Abrahæ, *a* Noæ, *b* Davidi, *c* Iobo, ſigni-
b Pſal. 18. ficat, ſyncerum, integrum, ἄδολον, ſine fuco, Belgis *op-*
c Iob. 1. 1. *recht*. Hoc ſenſu acceptum Vulgatus aliq. *ſimplicem* &
תֹּם *ſimplicitatem* vertit, ut Gen. 20. 5. & 6. Optime.
d Gen. 6. Sed aliquando *d perfectum*, aliq. *e immaculatum*, aliq. *f*
e Pſ. 119. 1. *ſine macula* reddidit. Diſtinguunt inter perfectionem
f Pſ. 15. 1. viæ & patriæ, abſolutam & comparatam, graduum & partium. Poſſet & interpretamentum ſignificationis unius
g Apoc. 2. 7. & 22. 2. (ut fit in πολυσήμοις) exponi per alterum, ut cum *g* ξύλον pro arbore ponitur, quia vox Ebr. עֵץ utrumque ſignificat, ſic *perfectus* pro *ſyncero* quia Ebr. vox utramq; ſignif. admittit, ſed quia ambiguitas ea periculoſa, puto locis prædictis interpretamenta illa tutiùs omitti. Quod ad locum Gen. 6. notatum oportuerat.

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
Cum מְרֹרִים:		Cum lactucis agreſtibus.

Hunc locum caſtigabo periculo verbiſque Cajetani & Lyræ, quorum ille, *In Ebræo habetur*, ſuper amaris comedent ipſum. *Herbas amari ſaporis aut forte ſuccum earum adhiberi jubet*. Hic vero, *In Ebræo habetur*, in amaritudinibus. *Et per hoc intelliguntur herbæ amaræ indifferenter, nec plus fuit præceptum de lactucis quam de aliis herbis*. LXX. quoque ἐπὶ πικρίδων cum amarulentis, Chald. עַל מְרָרִין laxe. Sunt qui negant lactucam agreſtem amaram eſſe. Vide Fagium. Ego nihil definio, tantum notare libuit quid ipſi Pontificii hic deſiderarint. Vide & Steuchum.

Verſ. 22. Omiſit Interpres ea verba מִן הדם אשר בסף *de ſanguine qui in pelvi*, vel ut ipſe initio hujus verſus vertit, *in limine*. Chald. certe & LXX. non judicarunt hæc verba eſſe ſuperflua. Hoc unum. Alterum eſt quod prius

prius illud בַּסַּף Vulgatus reddiderit, *in limine, de ſanguine qui eſt in limine*. Cum n. in Ebræo ſit סַף vox indifferens tam ad pelvim ſeu vaſculum quam ad limen, Auguſtinus Steuchus, Ioh. Bened. & Cajet. audacter pronunciant *pelvim* hic ſignificari. *Manifeſtè locus corruptus eſt*, inquit Steuchus, *temporum injuria non autoris vitio*. Si ita eſt, cur ergo Pontifices Clemens & Sixtus locum non reſtituêre? Sed non conſtat ſibi Steuchus, ecce n. ſub finem hujus annotationis dicit Hieronymum partim authoritate τῶν LXX. partim ambiguitate vocis in eam Interpretationem inductum. Chaldæus hic habet בְּמָנָא in vaſe.

Caput decimum quintum.

Ebr.	*Verſ. 8.*	*Vulg.*
נצבו כמו נד נוזלים :		Stetit unda fluens.

AD verbum, *ſteterunt ſicut acervus fluenta*. Eliſit Vulgatus voces duas, *ſicut acervus*. Non ſic LXX. qui eas expreſſêrunt, licet diverſa ſignificatione τῷ נֵד attributâ. Sic n. illi, ἐπάγη ὡσει τεῖχος τὰ ὕδατα. *ſicut murus*. Et Chald. כשור idem. Quin & ſequentem vocem קפאו non fideliter ſatis expreſſit per *congregatæ ſunt*, in voce enim Ebræa *coagulationis* ſignificatio eſt. Vide Cajet. & Ioh. Benedict.

Verſ. 14. Nec Ebræos nec Græcos codices ſecutus eſt dum vertit *aſcenderunt*. Ebraice n. eſt שמעו. Græce, ἤκουσαν audiverunt.

Caput decimum ſextum.

Ebr.	*Verſ. 14.*	*Vulg.*
ותעל שכבת הטל :		Cumq; operuiſſet ſuperficiem terræ.

NIhil tale in Ebræo eſt. Ebræa n. ad verbum ſic ſonant, *Et aſcendit cubatio roris.* .i. deſcenſio roris .i. ceſſavit, deſiit, evanuit ros. Cajet. vertit, *Et aſcendit lectiſternium roris. In ſimilitudinem enim lecti ſtratus eſt ros.* Hæc ille. Tyrones hic obſervent עָלָה duo fere contraria denotare. Ponitur enim aliquando pro *ceſſare, evaneſcere*, Metaphora ſumpta a fumo Ezech. 11. 24. *Aſcenditque a me viſio* .i. periit, evanuit. Sic Ierem. 48. 15. Aliquando *augeri, invaleſcere*, Metaphorâ ſumpta a terræ naſcentibus ut 2. Reg. 22. 35. *& aſcendebat bellum.* Sic Pſal. 74. 23. &c.

Verſum 23. caſtigabo verbis Cardinalis Cajet. qui poſt relata verba Vulgati textus, *quodcunque operandum eſt facite, & quæ coquenda ſunt coquite*, ſic ait, *Iuxta Ebræum habetur* quodcunque coquetis coquite, quodcunq; lixabitis lixare; *nihil hic de operibus præcipitur.*

Caput decimum ſeptimum.

Ebr. *Verſ. ult.* *Vulg.*

כי יד על כס יה מלחמה ליהוה בעמלק מדר דר :	Quia manus ſolii Domini & bellum Domini erit contra Amalec &c.

VEtuſti codices legebant *ſolium Domini.* Sic citarunt hunc textum, Lyra, Cajetanus, Steuchus & Iohan. Benedictus. Sed optimè correxerunt Sixtus V. & Clemens VIII. *ſolij.* In Ebr. enim eſt כס quod idem cum כסא eſſe volunt Ebræi. Sed ne ſic quidem Ebræa veritas fuit expreſſa, ipſis Pontificiis judicibus. Ebræa n. ſic ad verbum, *quia manus ſuper ſolium vel thronum Iah* .i. Domini, *bellum Domino contra Amalec*, &c. Vbi manifeſte cærimonia vel geſtus jurandi innuitur. Iuraſſe n. Deum

per

per *thronum*, ſi *cœlum* interpreteris, eo minus videtur veriſimile, quod Salvator Matth. 5. eam jurandi formulam quæ per cœlum fit, * damnet. Verùm ſi per *ſolium, gloriam Dei* intelligas, *jurare per ſolium* nihil aliud fuerit quam jurare per ſemetipſum. At hoc timidè aſſero. Vt ut ſit, alludi ad geſtum & cærimoniam jurantium ipſi Papiſtæ concedunt, quæ hypotheſis ſuffecerit noſtro propoſito. Nam & illud conſtat, Deo manum tribui non poſſe niſi ἀνθρωποπαθῶς. Cajet. *Narratur cauſa futuri belli contra Amalecitas, divinum ſc. juramentum, ad ſimilitudinem Regis extendentis manum ad jurandum ſuper ſolium regni ſui.* Sic & author Catenæ. Et Vatablus, *Dicit DOMINVM juraſſe per ſolium ſuum, ſibi futurum bellum &c. Manus ſuper thronum Iah, Ebraiſmus, pro manus Iah ſuper thronum ejus, i. juravit Iah per thronum ſuum.* Hinc Chaldæus locum brevitate ſua ſubobſcurum ſic explanavit, *Per juramentum dictum eſt hoc coram Domino timendo, cujus majeſtas eſt ſuper gloriæ ſolium, futurum tandem ut bellum inſtituatur coram Domino* &c. Sic Oncelos, quin & Paraphraſis quæ ab urbe Ieroſolymitana dicitur, ſic habet, *Iuramentum egreſſum eſt a ſolio gloriæ Domini totius mundi* &c. Sic & Aben. & R. Sal. Alii aliter exponunt. Et quidem appoſitiſſime Iunius, *Quia manus* ſubaudi Amalec, *contra ſolium Domini, bellum erit* &c. Sed omnes opiniones accongerere non eſt noſtri inſtituti. Ex iis quæ dicta ſunt illud liquere jam puto, ſi his verbis juramentum continetur, ut Pontificii volunt (qui & in hac locutione, *Iuravit Deus per ſanctitatem ſuam,* * cœlum intelligunt, ubi melius exponas, per ſanctitatem ſuam id eſt per ſemetipſum) aut ſi geſtus jurantis innuitur, locum hunc non bene fideliterque redditum. Claudam ſi illud obiter notavero, R. Sal. argutari in voce כס *cur,* inquit,

* *Vide & Ebr. 6.13.*

* *Vide Genebr. Pſal. 89.36.*

inquit, *dicitur* כס *& non* כסא? Iuravit Dominus nomen ſuum non fore perfectum ut nec thronum perfectum ante deletam hanc progeniem, ideoque vocibus decurtatis & imperfectis יה & כס Moſen hic uſum fuiſſe.

Caput decimum octavum.

Ebr. Verſ. 1.	*Vulg.*
Iethro ſacerdos Madian ſocer Moſis.	Iethro —— cognatus Moſis.

EBr. חוֹתֵן. Quæ vox extra omne dubium *ſocerum* ſignificat. Vnde & Chald. חֲמוּהִי, ab Ebræo חָם quod ſocerum ſignificat. Vnde Cajetanus, *In Ebræo habetur* Socer, *& ſimiliter corrige in toto hoc capitulo quoties occurrit cognatus.* Sic Lyra & Ioh. Bened. corrigunt. γάμβρον hîc vertêre LXX. .i. חָתָן, quæ vox minus intellecta Vulgato videtur impoſuiſſe. Vox n. iſta non ſemper ἄνδρας τῶν θυγατέρων. ſed & aliquando πενθερὸν, quo interpretamento hic uſus fuit Symmachus, ſignificat, ut & κηδεστὴς, quod notârunt Lexicographi.

Caput vigeſimum.

Ebr. Verſ. 3.	*Vulg.*
לא יהיה לך אלהים אחרים לפני:	Non habebis Deos alienos coram me.

DVo hîc caſtigabo verbis & periculo aliorum. Primùm, quod vocem אחרים verterit *alienos.* Audiamus Mathæum Galenum Regium quondam in Duacenſi Acad. Theol. Profeſſorem. Is in catecheſibus ſuis ab Andrea Crocquetio editis, catecheſi 50. ſic ait, *Quid autem ſibi vult nomen* alieni? *Num quales Rachel erat furata?* (*nec*

Digitized by Google

(nec n. erant proprij) an aliarum gentium dij intelliguntur? Vt non liceat quidem alterius provinciæ Deos invehere, nefas tamen non ſit patrios vel cunctu hactenus ignotos colere? Nequaquam. Proinde tametſi velim Interpretis authoritatem illibatam, videtur parum commode redditum. Nec enim eſt נכרים *vel* זרים, *quibus quadrat* alieni *ſignificatio, ſed* אחרים *id eſt alij. Quin ipſi Lxx. gnari ſuarum vocum non* ἀλλοτρίους *ſed* ἑτέρους *dixerunt.* Hæc ille. atque illud primum. Alterum exprimam verbis Cajetani, qui ſic ait, *Moſes non dixit,* erunt, *ſed* erit, *ne errares intelligendo excludi multos Deos alios, non unum Deum alium.* Et verbis Cl. Druſii, cujus hæc verba ſunt, *Puto vertendum eſſe,* non erit tibi Deus alius. *Primò quia in Ebr. eſt verbum ſingulare: Deinde quia* τὸ *Elohim, teſte Procopio, iiſdem literis eodemque numero & Deum & Deos ſignificat. Tertio, quia is qui dicit, non erit tibi Deus, etiam dicit, non erunt tibi Dij alij, non contra. Nam poteſt aliquis unum Deum falſum colere, de quo vere dici nequit, quod colat Deos alios: Non enim plures colit, qui unum tantum. Nec obſtat quod in fonte ſit* אחרים. *Habetur enim ratio terminationis. Sic* אלהים חיים *Latine reddi debet,* Deus vivus. אלהים קדישין Deus ſanctus. *Non autem,* dii ſancti, vivi. Hactenus Cl. Druſius. Quibus hoc liceat mihi addere, etiamſi in Ebræo ad plurale adjectivum אחרים additum fuiſſet plurale verbum יִהְיוּ, nihilominus tamen ſtare poſſe verſionem ſingularem. Ecce enim quod Exod. 32. legitur, *Iſti ſunt Dij tui* qui העלוך, Nehem. 9. 18. ſic extat, זה אלהיך אשר העלך, *Iſte eſt Dij tui qui eduxit te.* Vbi Elohim neceſſario ſingulariter accipi debet. Quin hoc ipſum præceptum Pſ. 81. 10. ſic repetitur לא יהיה בך אל זר *non erit in te Deus extraneus.* Pro me quoque uterque Chaldæus eſt, non erit tibi אלהא Deus alius. Idemque ſpectaſſe mihi videntur accuratiſ-

Digitized by Google

ſimi Interpretes noſtri Tremell. & Iun. *Ne eſto tibi ullus deorum aliorum.* Coronidis loco addam geminam horum verborum על פני (quæ Vulg. vertit *coram me*) expoſitionem, Tyronibus forte non adeo notam: Priorem habet Hiſcuni, ut על- פני ſit idem quod במקמי, *loco meo.* Sic dicitur Eleazar functus ſacerdotio על פני patris ſui .i. loco. Sic על פני *loco* filii exoſæ. Poſteriorem habet R. Salomo כל זמן שאני קיים omni tempore quo ego ſubſiſto .i. unquam, non habebis in æternum. Sic Pſal. 102. 29. *ſemen eorum firmabitur coram te*, LXX. εἰς αἰῶνα, optime. Sic Pſal. 72. *Timebunt te cum Sole & coram Luna* .i. quamdiu erit luna, quod poſtea dicit עד בלי ירח *uſque dum non erit luna.* Et verſ. 17. *Nomen ejus* לעלם *in æternum & coram Sole propagabitur.*

Verſ. 4. *non facies tibi ſculptile* &c. Quæ hic ex Theodoreto producit Steucnus, ut probet diſcrimen inter idolum & ſimilitudinem, prolixe refutata invenies apud Reinold. de Idol. Rom. Eccl. lib. 2.

Ebr. *Verſ. 15.*	*Vulg.*
Viſitans iniq. patrum ſuper filios ועל שלשים ועל רבעים לשנאי׃	Viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.

Ad verbum, *ſuper tertianos & quartanos..* Id eſt, juxta Iunium, ſuper nepotes & abnepotes, nimirum ab ipſis patribus generationis ducto ordine. Sic enim filii ſecundani erunt in hoc ordine. Reverendus Piſcator corrigit, *pronepotes & abnepotes*, ut ordo a filiis inchoetur, nepotibuſque omiſſis non abnepotes ſed pronepotes ſubſequantur. Sed eo miſſo videamus quid illud ſibi velit in Vulg. *Eorum qui oderunt me?* Vox certe proxime antecedens

cedens, vid. רבעים in ſtatu abſoluto ponitur. Atqui dices eſſe conſtructionem ut תפלה למשה, *Oratio Moſis.* Poteſt ita eſſe, nec multùm contradixerim huic verſioni, illud ſolummodo dico, Iunium & Tremellium videri mihi ita vertiſſe hunc locum, ut omni curioſæ quæſtioni aditum præcluſerint, viſitationemque illam divinam adverſus omnes carnis tumultuationes rationiſq; humanæ objectiones munierint, ſic n. illi, *In nepotes & abnepotes, in eos qui oderunt me*, ut τὸ odiſſe ipſis quoque poſteris explicite & expreſſe tribuatur. Et ſic ל poſitum erit pro על, quod tritum in ſacris eſſe vel ſoli libelli Cl. Druſii de literis Moſche Vecaleb docebunt.

Verſ. 23. *Ne faciatis* אִתִּי *mecum Deos argenteos.* Sic Ebræus textus. Vulgati 3. Ms. quoque legunt, *non facietis mecum.* Vnum Ms, *coram me.* At Sixtus V. & Clem. VIII, vocem *mecum* plane exterminarunt. Lucas Brug. in Romana Correct. *Non judicârunt*, inquit, *Romani Correctores addendum* mecum, *etſi legatur Ebraicè* Quo fine? Non n. de nihilo id factum putârim Quam hîc Bell. juſtam dabit cauſam? Sed ad nos prophanos & tegreges ſcilicet nihil attinet in hæc Atticorum Eleuſinia inquirere.

Ebr. *Verſ. 24.* *Vulg.*

In quocunq; loco אזכיר .i. memorare fecero, *vel ut Chald.* habitare fecero, nomē meum, veniam ad te.	In omni loco in quo memoria nominis mei fuerit, veniam ad te.

Ex verſione Vulgati illud collegerit aliquis, dicit Fagius, quaſi Deus gratum habere velit, ubicunq; locorum illi pro ſuo arbitrio ſibi cultum inſtituerent. Quod tamen ita non eſſe univerſa V. T. hiſtoria oſtendit. Quid

 ergo?

Digitized by Google

viderint Pontificii. Ego ſuſpicor, ut hoc addam, Vulgatum בגדו pro בגמו .i. Daleth pro מ legiſſe.

Ebr. *Verſ. 10.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Si aliam acceperit illi, שארה כסותה ועונתה לא יגרע:	Si alteram acceperit ei, providebit puellæ nuptias, veſtimenta & pretium pudicitiæ non negabit.

Lyra notat Vulgatam Edit. hoc loco multùm ab Ebr. veritate diſcrepare. Quin & Cajetanus agnoſcit ſic eſſe in Ebræo, *Alimentum ejus, & veſtimentum ejus & tempus ejus non minuet*. Et Ioh. Bened. *alimentum ejus, veſt. ejus & debitum conjugale non minuet*. Et Steuchus, *Alimentum ſuum & veſt. & tempus nuptiarum non auferet*. Mediam ergo ſolummodo vocem bene expreſſit Vulgatus, dum *veſtimenta* vertit, ad verbum *Tegumentum*. Verùm quid ſpectârit dum שאר *nuptias* vertit, equidem cogitatione aſſequi non poſſum. Vox Ebræa, ſi καὶ ἀκρίβειαν velis reddere, ſonat *carnem ejus*. Ea n. inter omnia alimenta maxime nutrit. Ebræi fere omnes מזונה *alimentum ejus*. Sic & Onc. & Ionath. & author Ieroſolym. LXX. paulò laxius, τὰ δέοντα αὐτῆς. Vt ut ſit, nunquam demonſtrabitur שאר nuptias aut maritum ſignificare. Plane in eundem modum aqua mihi hæret dum vel conjecturam adferre ſatago cur עונה verterit *pretium pudicitiæ*, ut ut enim ענה aliq. ſit *comprimere* quod Vulg. amat dicere *humiliare*, hoc tamen ab alio themate arceſſunt Lexicographi. Omnes Chaldæi vertunt *concubitum*. R. David, *tempus deſtinatum debito*. Aben. *tempus amorum*. R. Salomo תשמיש *coitum*, alii *habitationem*. LXX. ὁμιλίαν *converſationem*, *conſuetudinem*. Sic & R. Levi. Solus Vulg. *pretium pudicitiæ*.

Ebr.	*Verſ. 11.*	*Vulg.*
מכה איש ומת מות יומת		Qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur.

Hanc verſionem flagellant Cajet. & Iohan. Bened. Et certe verba Legis aliud ſonant. Audiamus eam, *Percutiens virum & mortuus eſt* (id eſt, ut moriatur) *morte afficiatur*. Ecce lex dicit effectum percuſſionis, Vulgatus videtur dicere intentionem, ut etiam non ſecuta morte, voluntas morte mulctetur. Cui opinioni Lyra contradicit his verb. *Quod ſi non occideret percutiendo, quantumcunque vellet occidere, non ob id puniretur morte.* At dices Vulgatum quoq; ponere effectum ſi τὸ *percuſſerit* exponas *occiderit*, ut paſſim in Scriptura, ut ſenſus ſit, *Qui occiderit virum* non caſu ſed *volens occidere* .i. ἐκ προαιρέσεως, data opera. Sed quomodo hæc interpretatio vocis *percuſſerit* aptabitur Ebræo textui? *Qui percuſſerit* id eſt occiderit *virum ut moriatur* vel *& mortuus fuerit*. Quæ hæc erit ταυτολογία? Dices ſufficere ut Vulgatus ſic acceperit ex uſu Scripturę, ſi non hic, ſaltem alibi paſſim obvio. Eſto. Sed nihilominus ex hac verſione ſic accepta videri poſſet illud ſequi, cum qui percuſſerit alium vel læſerit, non quidem animo occidendi ſed tantum lædendi, etiamſi mors e veſtigio ſubſequatur, non eſſe reum mortis, nec teneri homicidii. Quod ſi ita eſſet, ſemper haberent homicidæ impunitatis ſpem, ſemper eſſet quod prætenderent, ſe non occidendi ſed aliquantulum lædendi animo vulnus inflixiſſe. Et quis hic judex eſſet?. Vnde Cajetanus, *Penſat lex effectum ſecutæ mortis ex percuſſione, non curando an ille percuſſerit animo occidendi, an vero percutiendi animo duntaxat. Et merito, percuſſiones n. non menſurantur.* Vt

ut ſit,

ut ſit, ego periculo Cajetani & Benedicti nec non Lyræ locum hunc ſine caſtigatione non duxi prætereundum. Collatio verſus ſequentis non juvat Vulgatum. Ibi n. non abſolvitur homicidii qui percuſſerit proximum *nolens occidere*, ſed, *ne quidem percutere aut lædere volens vel intendens*. Sola itaque intentio percutiendi, ſi mox ſubſequatur mors, hoc verſu quem jam caſtigavimus morte mulctatur. LXX. nihil variant a fontibus, ἐὰν ᾗ πατάξῃ τις τινὰ καὶ ἀποθάνῃ, θανάτῳ θανατούσθω, ut nec Chaldæus uterque.

Ebr. *Verſ. 21.*	*Vulg.*
Si rixati fuerint viri & percuſſerint mulierem prægnantem ויצאו ילדיה ולא יהיה אסון puniendo punietur.	Si rixati fuerint viri & percuſſerit quis mulierem prægnantem & abortivum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubjacebit damno.

In Ebr. textu eſt אָסוֹן exitium vel mors ſimpliciter, ut tam ad mortem prolis quam matris referri poſſit imo debeat, Vulgatus ad ſolam matrem reſtringit. Cajetanus, *negatur mors tam matris quam prolis*. Eandem cenſuram ſtringit idem Cardinalis in verſum ſequentem.

אם אָסוֹן יהיה :	Et ſi mors ejus fuerit ſubſecuta.

Sic n. ille ad hæc, *conſiderat lex iſta de percuſſore mulieris gravidæ duos caſus; primo, ſi non erit mors ſive matris ſive prolis, & tunc punietur percuſſor pœna arbitraria: Alterum, ſi intervenerit mors & tunc punietur pœna homicidij*. Chaldæus quoque manet in generalibus אם לָא יְהֵי מוֹתָא *ſi non fuerit mors*; & poſtea, אם מותא יְהֵי ſi mors fuerit; quod ideo noto ne quis verſionem Fagii ſecutus exiſtimet Chal-

Chaldæum ad mulierem ea reſtrinxiſſe. Sic n. ille vertit, *Ipſa tamen non moriatur.* Et poſtea, *ſi autem mortua fuerit* Qui vel Chaldaice legere didicit, videbit nimium hic ſibi indulſiſſe Fagium. Sed de univerſo hoc textu ego ſic arbitror, ſi de ſola muliere mors intelligatur, legem eſſe ſupervacaneam. Occiſor enim ejus lege generali tenetur. Vide Lyram & marginalia Benedicti. Vterque n. pro nobis eſt. LXX. hic longiùs a verbis Ebr. deviârunt, dum ſic vertunt hæc verba, ולא יהיה אסון, μὴ ἐξεικονισμένον, & egreſſus infans ejus *non fuerit effigiatus* .i. non habuerit figuram hominis. De ſenſu Phyſici & Medici viderint. Si n. ſimulac fœtus effigiatus eſt, infunditur rationalis anima, ſenſum non male expreſſere.

Ebr. Verſ. 26.	*Vulg.*
ושחתה & corruperit eum ſc. oculum.	Et luſcos fecerit eos.

Luſcos .i. interprete Lyra, ineptos ad videndum. Mira interpretatio. Melius LXX. καὶ ἐκτυφλώσῃ. Et Chald. Oncelos, ויחבלנה & perdiderit eum. Ionath. *excæcaverit*.

Caput vigeſimum ſecundum.

Ebr. Verſ. 3.	*Vulg.*
Si ortus fuerit Sol ſuper eum, erit morti obnoxius; reddendo reddet, ſi non ſit ei, vendetur propter furtum ſuum.	Quod ſi orto ſole hoc fecerit, homicidum perpetravit & ipſe morietur: ſi non habuerit ꝙ pro furto reddat, ipſe venundabitur.

VIdes in Vulg. pro שלם ישלם *reddendo reddet* eſſe *& ipſe morietur morte.* Obſervet hic obiter Tyro, quid reſpondeant Ebræi Interpretes ad difficultatem quæ moveri

veri ſolet, quomodo ad reſtitutionem vel venditionem compelli is queat, qui in primo hemiſtichio jam videtur interfectus. Sciendum poſterius membrum referri ad verſum primum, cætera interjecta parenthetica eſſe; ſic Abenezra. Simile Pſal. 51. *Vt juſtificeris in ſermonibus & vincas cum diſceptas*, quæ referri poſſe negat ad id quod proxime antecedit, *Tibi ſoli peccavi* &c. ſed ad initium Pſalmi, *miſerere mei Domine*, vel ad iſta, *Quia iniquitatem meam agnoſco*. Putat tamen Fagius ſic exponi hunc locum poſſe, Fur diurnus occidi non debet, quin potius reſtituat, vel vendatur ſi non habet quod reſtituat; quod ſi tamen paterfamilias eum occiderit, homicidii reus eſto.

Ebr. — *Verſ. 9.*	*Vulg.*
על כל· דבר פשע על שור —— על כל· אבדה אשר יאמר כי הוא זה וגו׳: Super omni negotio prævaricationis, ſuper bove &c. ſuper omni re amiſſa, quum dixerit *(aliquis, vel Dominus ejus)* quod ille ipſe ſit, vel, quod hoc ipſum ſit, *quod ſc. perdiderat* &c. ad judices utriuſque cauſa deferetur.	Ad perpetrandam fraudem tam in bove quam &c. & quicquid damnum inferre poteſt, ad DEOS utriuſq; cauſa perveniet.

Ecce פשע interpretatur, *fraudem* & אבדה *quod damnum inferre poteſt*. Cum extra controverſiam rem perditam denotet & comprehendat quicquid furto auferri poteſt, unde & Chald. *de omni perdito*. Et LXX. καὶ πάσης ἀπωλείας ἐγκαλουμένης: *& de omni amiſſione accuſata*. Sed ne prolixior in hoc ſim, quod forte ad textum Ebr. torquebit ſubtilior aliquis, quomodo excuſabitur omiſſa integra clauſula, אשר יאמר כי הוא זה, *de qua quis dixerit, quod hoc ipſum ſit*. LXX. ὅτι ἂν αὐτὸ ᾖ. Benedict. ſupplet in margine, & Cajet. nequaquam omittendam eam monet.

Digitized by Google

Ebr. *Verſ. 11.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Iuſiurandum Domini erit inter utrumque.	Iuſiurandum erit in medio.

Omiſſum nomen Τετραγράμματον. LXX. ὅρκος Θεοῦ. Chald מומתא דיי׳. Notârunt id Cajet. & Bened.

Ebr. *Verſ. 18.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Maleficam non ſines vivere.	Maleficos non ſines vivere.

Non ſine cauſa Moſes fœminino מכשפה uſus eſt. Ebræi hanc aſſignant quod ſexus mulicbris magis deditus fuerit maleficiis ab omni ævo. Vide R. Sal. & Aben. ad hunc locum. Cl. Iunius arbitratur quod hoc ipſo Deus oſtendere voluerit, ne debiliori quidem ſexui hoc caſu parcendum eſſe. Nos id in medio relinquimus. Tantum annotamus ſine cauſa a Vulgato mutatum genus non ſine cauſa a Sp. ſancto poſitum.

Ebr. *Verſ. 25.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Non ponetis ſuper eum נשך morſum.	Nec uſuris opprimes.

Quod Ebræus expreſſit plurali numero תשימון *ponetis*, id Vulg. mutato numero vertit per ſingulare. Non puto hic admodum peccatum. Cum n. populum alloquuntur Prophetæ, jam ſingulari, jam plurali utuntur. Sed cur vertit *opprimes*? An ſolummodo oppreſſionem per uſuras prohibet? Ego doctiſſimorum piiſſimorumq; virorum authoritate ipſoque adeo Dei verbo fretus opinor, quamvis uſuræ impoſitionem hîc diſtrictè prohiberi. Prægnantior præterea vox Ebræa eſt, quam ut vox uſuræ eam exprimat. Vſura ab utendo eſt, q. d. pretium uſus.

uſus: Sed nec Fœnus nec τόκος eam exprimunt. τόκος quidam ab Ebr. תוך (.i. fraus) deducunt, alii a τίκτω pario, quod ſit quaſi partus pecuniæ, dum nummus nummum parit prodigioſo partu, qua ratione & Varro Latinæ linguæ Princeps *fœnus* dictum voluit q. fœtum, quod quaſi fœtura eſſet pecuniæ parientis. At in נשך ſignificatio *morſus* eſt. R. Salomo, vocatur uſura נשך *morſus*, quod ſit inſtar morſus ſerpentis, qui morſu ſuo infert primo livorem parvum pedi alicujus ut vix ſentiat læſus. Sed ecce repente diffundit ſe uſque ad verticem. Sic quoque uſura nec ſentitur nec cognoſcitur donec ita aſcendat ut totam ſubſtantiam ejus atterat. Hæc R. Sal. quibus addi poſſit & morſus conſcientiæ, de quo alibi.

Caput vigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ.*	*1.* *Vulg*
לא תשא שמע שוא אל תשת ידך עם רשע וגומר:	Ne ſuſcipias vocem mendacii nec jungas manum tuam, ut pro impio dicas falſ. teſtimonium.

VT nihil jam dicam נשא שמע melius reddi, rumorem vanum tollere, proloqui, efferre, proferre, vel authorem eſſe (ſic n. נשא accipitur in ſimilibus, tollere parabolam .i. authorem eſſe parabolæ, tollere lamentum, vocem, convitium, canticum, næniam, prophetiam) quam ſuſcipere .i. admittere vocem mendacii, hoc tantum obſervo, quod ante me Steuchus Vulgatæ Patronus obſervavit his verbis, *Non puto ſic ſcripſiſſe Hieronymum, ſed potius*, ut cum impio dicas falſ. teſt. *quod eſſet Ebraicæ veritati conſonum, quæ habet ſic* אל תשת עם וגו׳ *patetque aliam ſententiam eſſe hanc, & res quidem clara eſt. Eodem*

quoque modo habent & LXX. οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου non conſenties cum impio. Hæc Steuchus. Addo & Chaldæum diſerte ſic habere. Dicit Steuchus ſe credere Hieronymum ſeu Vulgatum non ita ſcripſiſſe. Romani correctores tamen nihil mutarunt, ſive Hier. ita ſcripſerit, ſive ſecus, inſuperhabentes. Nobiſcum faciunt Lyra, Bened. & Cajet.

Ebr. *Verſ.* 6.	*Vulg.*
לא תטה משפט אביונך בריבו non pervertes judicium pauperis tui in lite ejus.	Non declinabis in judicio pauperis.

Lippomanus, Pauperis tui] *Emphaſin & pondus habet,* tui, .i. *qui tecum verſatur, quem tu alere debes.* Alii, *tui,* qui eſt ex populo tuo. Vt ut ſit, non ſine cauſa additum affixum ad אֶבְיוֹן aut vox בְּרִיבוֹ ad verſum; quæ duo Vulg. neglexit. Chald. & LXX. licet affixum neglexerint, alterum tamen expreſſêre. Vide Steuchum hoc loco.

Ebr. *Verſ.* 13.	*Vulg.*
שם אלהים אחרים לא תַזְכִּירוּ :	Per nomen externorum Deorum non jurabitis.

Nimis reſtrinxit Vulgatus textum Ebræum, is n. ſic ſonat, *nomen aliorum Deorum non memorabitis.* Itaque & ſic Benedictus Pariſienſis textum Vulgatum correxit, ponit n. in margine, *memorabitis*, atque inſuper addit, *non ſolum jurando ſed nec laudando, probando vel obteſtando, quæ plus ſunt quam jurare.* Et Card. Cajet. *Longe plus prohibetur per hanc legem quam jurare.* Idem Steuchus aſſeverat. LXX. etiam nobiſcum faciunt, *οὐκ ἀναμνήσεσθε*, Chald. לא תדכרון utrumque, *non memorabitis.*

Ebr.

Ebr. *Verſ. 26.* *Vulg.*

Non erit מְשַׁכֵּלָה *abortiens* aut עֲקָרָה *ſterilis* in terra tuâ.	Non erit *infæcunda* nec ſt. in t. t.

Vulgatus jungit duo Synonyma, *infæcunda* & *ſterilis*, cum in Ebræo diverſa ſint. עקרה extra controverſiam eſt ſterilis, infœcunda. At משכלה abortiens. Excute omnia loca, quibus ea vox ſe offert, excute omnia Lexica. Si eſſet in part. paſſ. מְשֻׁכָּלָה poſſet reddi *orbata*. Hinc Chald. optime reddidit per מתכלא, LXX. autem ἄτεκνος .i. illiberis, improlis, ἄγονος. Non ſatis probo. Nec tamen ea interpretatio Vulgatum vel hilum juverit, diverſa n. & ea ſunt. Sic dico, non omnis ἄτεκνος infœcunda eſt. Poteſt n. vel maxime fœcunda fieri & mori ἄτεκνος, quales Ebræi dicunt ſepelire natos ſuos. Rem claram facit experientia. Vide jam *Cajet.* & *Bened.* & *R. Sal.*

Caput vigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 11.* *Vulg.*

& ואל אצילי בני ישראל in Magnates filiorum Iſrael non miſit manum ſuam.	Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael miſit manum ſuam.

PRocul & hîc receſſit Interpres. Advocatum do Steuchum, *Tota hæc ſententia*, inquit, *male reddita eſt*. Et paulo poſt, *Conſtat itaque non eam eſſe ſententiam quam vertit Hieron.* Idem Cajet. & Benedict. afferunt. Si ita libuiſſet vertere Interpreti, *Super eos qui prope erant de filiis Iſr.* quæri poſſet aliquod velamentum. Diceret n. aliquis primo, per אצילים *atzilim* intelligi primores, Moſen, Aharonem, LXX. Seniores, Nadab & Abihu, quos propius ad montem accedere voluerat Deus. Vnde R.

Sal. ait, *Atzilim* eſſe Nadab, Abihu & Senes. & Aben. *Non nominat vel non dicit Senes, quia ipſum quoque Nadab & Abihu voluit complecti.* 2. In voce אצל propinquitatis notionem eſſe. LXX. ἐπιλέκτες verterunt .i. electos, in Themate n. ſeligendi & ſegregandi ſignificatio eſt. Nos eos ſecuti ſumus qui magnates reddidere, qui per Græcum ἐπιλέκτες quoque intelligendi ſunt. Chald. רברבין Principes, primores. R. Sal. גדולים magnos, magnates. Vulgatus impoſuit Lyræ qui hunc locum de plebe accepit. Videatur ejus Poſtilla.

Caput vigeſimum quintum.

Ebr. *Verſ.* 2. *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Vt accipiant mihi תרומה oblationem.	Vt tollant mihi primitias.

CVm de auro, argento, ære &c. ſermo ſit, nimis anguſta primitiarum vox hic non quadrat. Quod diſerte non ſolum Steuchus, ſed & Cajet. & Benedict. & Lyra teſtantur. Vulgato errandi occaſionem præbuêre LXX. Interpretes, qui verterunt ἀπαρχάς. Melius Chald. אפרשותא *ſeparatio*. Quicquid in ſacros uſus Deo datur תרומה eſt, & quoniam a profano uſu ſeparatur, *ſeparatio* a Rabbinis & Chald. vocitari ſolet.

Ebr. *Verſ.* 19. 20. 21. *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
19. Cherub unum ab hac parte & Cherub alterum ab altera parte: ex propitiatorio facietis Cherubos in duabus extremitatibus ejus.	Cherub unus ſit in latere uno, & alter in altero.
20. Expandentque Cherubi duas alas ſuperne, tegentes alis ſuis pro-	Vtrumque latus propitiatorii tegent expandentes alas & operientes

Digitized by Google

pitiatorium & facies eorum erunt viri ad fratrem ſuum : Ad propitiatorium, inquam, erunt facies Cheruborum.	operientes oraculũ, reſpiciantq; ſe mutuò verſis vultib. in propitiatoriũ, quo operienda eſt arca.
21. Pones autem propitiatorium ſuper arcam ſuperne, & in arca pones teſtimonium quod dabo tibi.	In qua pones teſtimonium quod dabo tibi.

Mutilum perverſumque hunc locum eſſe vel ſola collatio evicerit. Cajet. certe & Benedict. non diſſimulant. Sic & ſeq. verſu בועדתי vertit *præcipiam*, & vocem זֵר *coronam* vertit *labium*. Sed ea, ſi cum cæteris conferantur, leviuſcula ſunt.

Ebr.	*Verſ. 25.*	*Vulg.*
Facies quoq; ei (ſc. menſæ) clauſuram palmi, quatuor digitos latam in circuitu.		Et ipſi labio coronam interraſilem.

Cajet. *Nihil hic de corona dicitur, nec de figura aliqua.* Vnde ergo ſomniat de *interraſili?* Vt nihil dicam pronomen לו ei, male ad *labium*, vel ut in Ebr. eſt, ad *coronam* referri.

Ebr.	*Verſ. 29.*	*Vulg.*
ועשית קערותיו ובפותיו וקשותיו ומבקיותיו אשר יסך בהן :		Parabis & acetabula & phialas & thuribula & cyathos in quibus offerenda ſunt libamina.

Cum hanc Vulgati interpretationem a fontibus diſcrepare ipſi Cajet. & Benedict. confiteantur, nolui & ego hunc locum tranſmittere ſilentio. Cajetanus ait duo in fontibus eſſe certa, & tamen ab iis Vulgatum aberraſſe.

Digitized by Google

aberraſſe. Primò, quod in Ebræo ad ſingula addatur pronomen *ejus*, ad ſignificandum omnia hæc vaſa ad menſam pertinuiſſe. 2. In Ebr. pro tertio haberi vocem quæ denotet *calamos medios*.i. vas aureum ad ſimilitudinem dimidiatæ cannæ, ſciſſa groſſitudine cannæ in duas partes æquales. Et licet Cardinalis in cæteris ſe hærere profiteatur, non dubitat tamen concludere hanc interpretationem proxime ad Ebræa accedere, vid. *Et facies ſcutellas ejus & cochlearia ejus & calamos medios ejus & mundatoria ejus in quibus offerenda ſint libamina*. Hæc. Cajet.

Phialas] Ebr. כפותיו. Prius n. illud, quod *acetabula* vertit, non attingemus. Conſtat inter Ebr. כַּף *volam* eſſe. Vnde transfertur ad cochlearia propter ſimilitudinem. Conſtat & illud, eorum uſum hunc fuiſſe ut in iis poneretur thus, unde ad ſenſum non male *thuribula* vocaverit aliquis. R. Sal. בזיכין שנותנים בהם לבנה .i. cochlearia in quibus ponunt thus. Vnde crediderim voces in textu Vulg. eſſe tranſpoſitas. Thuribula n. quæ ſequuntur, magis τοῖς כַּפּוֹת quam τοῖς קשות reſpondent.

Et cyathos ejus] מנקיותיו. Pro Cajet. & Tremellio qui vertit *ſcopulas*, nec non Tigurinis, qui vertunt, *inſtrumenta purgatoria*, facit Etymologia vocis. Thema enim in Piel ſign. purgare. Hiſcuni quoque ait eſſe ſcopas, quibus furnus a cinere purgabatur, aut menſa, priuſquam ei imponerentur panes.

Obiter noto Num. 4. 7. vocem קְעָרוֹת hic per *acetabula* redditam, expreſſam per *thuribula*. Ibidem כפות redditum *mortariola*, quæ hic *phialæ*. An ergo hæc eadem ſunt aut diverſas iſtas notiones admittunt voces Ebrææ? Sed de iis forte ſuperaddemus quædam ad locum Num. prædictum.

In quibus

In quibus offerenda libamina ſunt] Alii, *quibus tegetur*. Ego hoc dicam pro Vulgato τὸ יסך *juſſach* magis analogicè derivari a נסך quam a סכך. Ab hoc n. eſſet regulariter יוסך *juſach*. Sed non deſunt qui etiam τῷ נסך aſſignant tegendi notionem. Vnde Num. 4. 7. קשות נסך R. Sal. explicat *calamos tegminis*, ut habeat לשון כסוי *notionem tectionis*. Quin & Tremell. Ieſ. 40. 19. vertit in ſignif. tegendi. Vt ut ſit, non eſt mihi ea fiducia ut Vulgatum carpam in hoc membro. Dices, ſi admittatur hoc membrum, quomodo ſtabit vocis proxime antecedentis correctio? Pro *Cyathis* n. ſubſtituimus *ſcopas* ſeu *mundatoria*, quid ea ad oblationem? Reſponſionem mihi Abenezra ſuppetit, qui docte obſervavit pronomen בָּהֵן referri ad קשות .i. phialas, probatque illud ex cap. 37. ubi hæc conjuncta extant non interjecto alio vocabulo. Quomodo & Num. 4. 7. extat קשות נסך. Addit ſimile ex Pſ. 99. *Moſes & Aharon in ſacerdotibus ejus, Samuel in invocantibus nomen ejus*. Et, vocabulo uno atque altero interjecto, *In columnâ nubis loquebatur ad eos*. Vbi pronomen eos neceſſario ad Moſen & Ahar. referendum, Samuele & invocantibus præteritis.

Caput vigeſimum ſextum.]

Ebr.	*Verſ. 1.*	*Vulg.*
כְּרֻבִים מַעֲשֵׂה חשֵׁב תַּעֲשֶׂה אֹתָם׃		Variatas opere plumario facies.

NIſi omnino cœcutio, video vocem *Cherubim* redditam per *variatas* adverſus omnes alios Interpp. veteres & recentes, quotquot mihi videre datum eſt, ne ipſis quidem LXX. exceptis, quorum alias adeò religioſe videtur legiſſe veſtigia. Sic enim illi, χερουβεὶμ ἐργασίας ὑφάντου

ὑφαίντου ποιήσεις αὐτάς. Chald. Oncelos צורת כרובים עובד אומן תעביד יתהון id eſt, figuras Cheruborum opere artificis facies eas, id eſt, *Figuris Cheruborum refertas*, ut doctiſſime noſter Iunius. De Cherubis (alii Cherubinos vocant) quorum in hiſtoriâ Tabernaculi mentio fit, opiniones potiſſimæ quatuor ſunt, .i. eorum qui exiſtimant eos habuiſſe formam puerorum, unde *Cherubim* valere volunt tantundem quàm *ſicut pueri*, forte quia in Chaldaiſmo רְבֵי & Emphatice רַבְיָא *puer*. 2. eſt Hiſcuni & aliorum qui cenſent fuiſſe angelos avium formam referentes. 3. Ioſephi eſt, fuiſſe animantia alata, nulli mortalium unquam viſa. 4. Abenezræ, eſſe nomen generale ad omnes formas ſe extendens. An hoc poſterius forte ſpectavit Interpres? Ego ſic arbitror Cherubos propitiatorio ſuperimpoſitos certam aliquam formam habuiſſe, eamque in cortinis exprimi juſſam, ut nimis laxum interpretamentum ſit, *variatas*. Nec n. adeo quemquam depuduiſſe reor ut τὸ כרבים *Cherubim* participium paſſivum eſſe aſſerturus ſit. Concludo itaque vocem Cherubim aut ſine ratione exterminatam, aut male per *variatas* redditam.

Opere plumario] quandoquidem non placuit Vulgato interpretamentum generale, *opere artificioſiſſimo* vel *ingenioſiſſimo*, quid periculi ſi dicerem melius ſic converti *opere polymitario?* Haberem & hic pro me Cajet. *Nec enim ſuendo ſed texendo*, inquit, *cortinæ iſtæ factæ ſunt*, additque tale texturæ opus a filorum multitudine *polymitarium* Græcis dictum. Haberem & mihi non refragantes Græcos qui verterunt, ἐργασίᾳ ὑφάντου, opere textoris id eſt textili. Et R. Sal. ait חוֹשֵׁב ſignificare eum qui texturę artificio aliquid parat, ut eſt ſericarius &c. Abenezra licet חושב diſtinguat ab אוֹרֵג textore, in eo tamen pro me ſtat, quod a רקם ſeu acupictore ſecernat. Ita n. inquit,

Opera

Opera quæ a חוֹשֵׁב *fiunt neque per acum neque per texturam fiunt, ſed eo modo quo hodie veſtes e ſerico parantur.* Santes tamen pro Vulgato *συνονύμως opere phrygionico.* Dico *συνονύμως*, quia omnes fere Interpp. *opus plumarium* ſic intelligunt, ut cum phrygionico ſeu acupicto confundatur. Lyra ad vocem *plumario, quod*, inquit, *figuræ illæ erant acupictæ in cortinis juxta Aug.* Quia deniq; poſt alios Grammaticos doctiſs. Turnebus vocem *plumarius* ſic explicat. Aliàs non ignoro plumarium quibuſdam cum eſſe qui tingendarum multiplici colore plumarum cognitionem habet. Vnde in Gloſs. veteri, Plumarius, πτιλοβάφος. Nec me latet quid doctiſs. Fullerus Miſc. lib. 1. cap. 25. de plumaria arte ex Corteſio prodiderit, eam videlicet in noſtro orbe deſitam in orbe novo adhuc exerceri, proprieque verſari circa plumas, quod & ipſa vox ſuggerit. *Ex plumis*, inquit Corteſius narrat. 3. *tam mirabilia habuimus, ut ſcriptis demonſtrari non poſſint, nec eorum excellentia comprehendi poſſe videatur.* Novimus hæc, ſed non ſic Interpretis Vulgati Interpretes accepêre, ex quorum opinione de Vulgati mente conjectamus. Illud obiter & quaſi ἐν παρόδῳ notare liceat, ea quæ Cl. Iunius in notis hîc loci tradit de opere *barbaricario*, aut, ut priſci loquebantur, *biface*, id eſt, διπροσώπῳ, utrinq; eandem ſpeciem referente, ea inquam fundata eſſe in verb. Sapientum, qui dicunt opus חושב eſſe שנים פרצופין duarum facierum, opus vero τοῦ רוקם eſſe פרצוף אחד .i. unius faciei.

Adverſ. libr. XI. cap. 25.

Claudam ubi illud tantum addidero ipſum Vulgatum Exod. 28. 6. & 36. 8. 39. 8. & 35. 35. & 38. 23. eandem hanc vocem חושב reddidiſſe *polymitarium*, vocemque רוקם immediate illic ſequentem, *plumarium*. An ergo hæc ſynonyma ſunt, an potius חושב jam hoc jam illud ſignificat?

Digitized by Google

Ebr.	*Verſ. 2.*	*Vulg.*
Vna menſura erit omnibus יריעות cortinis.		Vnius menſurę fient univerſa tentoria.

Bene Cajet. *Pro tentorijs dicendum fuiſſet cortinæ.* Bene Benedictus idem in margine ſuæ Edit. annotavit. Cum verſu præced. eandem vocem bene reddiderit Vulgatus per *cortinas*, mirari ſatis nequeo, quid eum ad tam alienum Interpretamentum hic adegerit. Nec n. ſingulæ cortinæ totidem conſtituebant tentoria. Nec eſt quod τοῖς LXX. hunc lapſum imputent. Ipſi n. perſpicuè πάσαις τοῖς αὐλαίαις, omnibus aulæis. Et Chald. לכל יריעתא.

Ebr.	*Verſ. 7.*	*Vulg.*
יְרִיעֹת עִזִּים :		Saga cilicia.

Ebræa ſonant ad verbum, *Cortinas caprarum.* Cilicia fiebant ex hircorum & caprarum villis. Sed quid voluit ſibi Interpres, dum vocem Ebræam, quam jam ante aliquoties *cortinas* reddiderat, reddit ſaga? Certe Onc. & Ionathan, *aulæa quæ ex capris.* Et LXX. δέρρεις, pelles. Steuchus, *Non adeo proprie ſuperindumentum illud* Sagum *appellatur.*

Ebr.	*Verſ. 17.*	*Vulg.*
שתי ידות לקרש האחד משלבות אשה אל- אחותה duę manus erunt aſſeri uni, ſcalari forma diſpoſitæ, altera ad alteram.		In lateribus tabulæ duæ incaſtraturę fient, quibus tabula alteri connectatur.

יְדוֹת LXX. αγκωνίσκυς reddidêre. Symm. καλοιχεῖς retinacula. Onc. *cardines*, quod Iunius & Trem. ſecuti ſunt. Noſter *incaſtraturas*, quod reliquit Santes. Alibi vidi *incruſtaturas*, quod puto cubare in mendo. Si quis quærat quid

rat quid per incaſtraturam aſſerum intelligat Interpres, is ex Lippomano diſcat eam ſic fieri ſolitam; unus aſſer ſua extremitate incavabatur, alterque extenuabatur, attenuatuſque eâ parte qua attenuatus erat, infigebatur excavato. Additque non deeſſe qui eam factam putent per inſertionem aſſeris in aſſerem per medios clavos compactam. Sed mittamus hanc vocem. Illud liceat mihi dicere non aſſecutum Interpretem vocem משלבות. Significat n. שלבה gradum ſcalæ, quam Ebræi סלם vocant, quemadmodum עמודים vocantur ligna illa duo arrectaria quibus immittuntur per foramen, quod נקב R. Salomo Iarhi vocat. A. שלבה fit part. paſſ. Piel משלב *meſhullab*, & ſignificat *ſcalari forma compoſitum*, ut Iun. & Tremell. vel, *diſpoſitum ut gradus ſcalæ*, ut Santes & Druſius. Cajetanus aliquid dixit, dum *graduatas* vertit. Ego in re clara verbum non addam.

Verſ. 19. ubi Ebræus habet *facies*, Vulg. habet *fundes*. Ad quam vocem Cajet. *Nulla eſt in textu Ebræo mentio fuſorij operis.*

Ebr.	*Verſ. 31.* *Vulg.*
Opere ingenioſiſſimo faciet illud Cherubim.	Opere plumario, pulcra varietate contextum.

Cherubim] ſubaudi, *figuris*, figuris Cheruborum, vel ut Pagn. *cum figuris Cheruborum*, vel ut Iunius, *Cherubinis refertum*. Noſter Interpres hic antiquum obtinet. Vide ad verſ. 1. hujus capitis. Cajet. appoſite ad hunc locum, *Cum dicitur* pulcrâ varietate, *intellige Cherubim, id eſt formas Cherubinorum*. Et addit, *Neſcio cur Interpres toties horruit Cherubim.*

Ebr. *Verſ. 36.* *Vulg.*

Facies quoq; מסך velum oſtio tabernaculi.	Facies & tentorium in introitu tabernaculi.

Male מסך velum, aulæum, vertit *tentorium*. Id enim אֹהֶל diceretur. Oncelos, פְּרָסָא *velum*, παρὰ τὸ פְּרָס obtendit, quod obtendatur oſtio. LXX. hîc habent ἐπίσπαστρον, quod Lev. 4. 25. in Samaritico eſt pro κάλυμμα, ſed verſ. ultimo eandem hanc vocem καταπέτασμα reddidêre.

Ebr. *Verſ. 37.* *Vulg.*

Et facies velo quinq; columnas e Sittim & obduces eas auro; uncini earum aurei & fundes iis quinque baſes æneas.	Et V. columnas deaurabis lignorum Settim ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea & baſes æneæ.

Cajet. *Iſta quatuor verba*, ante quas ducetur tentorium, *in Ebr. non habentur. Et pro*, quarum capita erunt aurea, *in Ebræo eſt* uncini earum aurei. *nihil hic de capitellis dicitur. Et pro*, baſes æneæ, *juxta Ebr. habetur*, & fundes iis V. baſes æneas. Hactenus Cajet. Sciendum tamen Vulgatum quatuor iſtis verbis *ante quas ducetur tentorium* exprimere voluiſſe, & quaſi circumloqui dativum לְמָסָךְ *velo*, quod hic iterum *tentorium* vocat, proculdubio intelligens *velum*, quod *obtenderetur* oſtio. Cùm vero vox *tentorium* ab ipſo hoc interprete paſſim aliter accipiatur, quis non videt nimium καταχρηστικῶς hic locutum Vulgatum. Dum *uncinos* vocat *capita*, τοὺς LXX. ſecutus eſt, qui hîc loci habent κεφαλίδες. Cætera plenius & planius a LXX. reddita ſunt, καὶ ποιήσεις τῷ καταπετάσματι πέντε στύλους ἀσήπτους καὶ χρυσώσεις αὐτοὺς χρυσίῳ καὶ αἱ κεφαλίδες αὐτῶν χρυσαῖ. Καὶ χωνεύσεις αὐτοῖς πέντε βάσεις χαλκᾶς. Vbi & hoc nota vocem

Digitized by Google

cem מסך quæ ſupra per *ἐπίσπαστρον* ab ipſis reddita erat, hic redditam *καταπέτασμα velum*. Chald. quoque hunc verſum *κατὰ πόδα* reddidit. Et licet in Fagio ſit *capita eorum*, textus tamen Onceli habet וריהון.

Caput vigeſimum ſeptimum.

Ebr.	*Verſ. 3.* *Vulg.*
Et facies lebetes ejus ad ſuſcipiendos cineres וְיָעָיו וּמִזְרְקֹתָיו וּמִזְלְגֹתָיו וּמַחְתֹּתָיו׃	Facieſq;in uſus ejus lebetes ad ſuſc. cineres, & forcipes atque fuſcinulas atque ignium receptacula.

Confer hæc cum ijs quæ Num. 4. 14. notavimus;

IN duobus extremis *lebetibus* & *receptaculis* litem non movebo Interpreti. Illud mihi hic obſerva, inter *lebetes* & *receptacula* in fonte Ebr. tria memorari alia, cum Vulgatus duorum ſolummodò meminerit. Primo vid. יָעִים in Vulgatâ reſpondet vox *forcipes*. Male; יָעָה extra omne dubium eſt *verrere*, Ieſ. 28. 17. Propius ad rem illi qui *palas* reddidêre, inter quos ſunt Lippom. Iun. & Trem. Lippomani verba hæc ſunt, *Erant autem* palæ *inſtrumenta quibus cinis ab altari amovebatur .i. ſcopæ, ut idem ſit dicere, & palas ejus & ſcopas ejus.* LXX. quoque hîc exorbitârunt dum τὸ יָעָיו vertunt *καλυπτῆρα operculum*. Voci ſecundæ in Vulgato nihil reſpondet. Illud n. *fuſcinulas* quod ſequitur, reſpondet Ebr. מזלגות. Significat autem vox prætermiſſa *crateras, pelves*, LXX. φιάλας, Cajet. *malluvia*. Inſtrumentum erat intercipiendo victimarum ſanguini deſtinatum. Quamvis dubitari poſſit annon potius *τὸ Mizlegoth* hic ſit prætermiſſum & *fuſcinulas* ſit interpretamentum *τῶ Mizrekoth*. Ecce n. cap. 38. 3. ubi numerus inſtrumentorum in utroque textu æqualis eſt, ſic legitur, *Et lebetes & forcipes & fuſcinulas & uncinos & recepta-*

receptacula. Quicquid ſit, vox alterutra ab Interp. neglecta eſt. Chald. non aliter ac nos hodie מגרופיתה מזרקוהי וציבדריתה *palas ejus, pelves ejus & fuſc. ejus.*

Ebr.	*Verſ. 5.*	*Vulg.*
Et pones illud תחת כרכב המזבח מלמטה ſub ambitu altaris inferne.		Quos (annulos) pones ſubter arulam altaris.

Arula eſt vas, inquit Lyra, *in qua ponitur ignis. Quos* proculdubio ad *annulos* referendum. At in Ebr. eſt אֹתָהּ ſing. & quidem fœmin. quod ad præcedens רֶשֶׁת *rete* refertur. Multùm hic exorbitaſſe Vulgatum Lyra non ignoravit. Eum audire erit operæpretium. Quos pones ſubter arulam) *Loquitur de quatuor annulis prædictis, quod in altari holocauſtorum non ponantur niſi 4. annuli, tam in iſto loco quam cap. 38. Iſti autem annuli ſecundum prædicta poſita erant in cornibus altaris, qui erant in ſummitate ejus. Arula autem erat inferius. Et ideo dicunt aliqui quod textus hic ſit corruptus vitio ſcriptorum, ut dici debeat*, ſuper arulam; *Sed hoc non eſt verum, quia in libris antiquis & in Ebræo, ubi recurrendum eſt* (Nota) *pro veritate textus habenda, habetur*, Subter, *& non* ſuper. *Et ideo ſi quis velit ſequi dictam expoſitionem quam plures expoſitores ſequuntur, oportet dicere quod in altari erant octo annuli, quatuor ſupra, ex quibus craticula dependebat ex cornibus, & quatuor infra ſub arula, in quibus mittebantur vectes ad portandum altare. Sed hoc non bene convenit textui hîc & infra cap. 38. ubi dicitur*, Fuſis quatuor annulis per totidem retiaculi ſummitates ad immittendum vectes ad portandum altare. *Ex quo patet quod annuli quatuor quibus immittebantur vectes ad portandum altare erant in ſummitate retiaculi. Et certum eſt quod retiaculum hic dici non poteſt ſecundum tranſlationem noſtram*

Digitized by Google

noſtram niſi craticula ad modum retis facta. Ideo aliter exponit R. Sal. ad cujus intellectum primò ponenda eſt litera prout eſt in Ebræo, qua talis eſt, quos pones ſubter ambitum altaris. Hæc Lyra. Cætera vide in ejus poſtilla. Et illud nota, non *quos*, ſed *quod* eſſe in Ebræo. Sed putabat motam illam difficultatem ſatis expeditam, in locum *arulæ* ambitu ſubſtituto.

Verſ. 9.

Iterum *tentoria* vertit ubi in Ebr. קְלָעִים *cortinæ*. Græci habent ἱςία *vela*. Synonymum ei eſt יְרִיעוֹת, licet quidam ſubtilius diſtinguant. Ajunt enim has cortinas ita fuiſſe textas, ut plenæ foraminibus eſſent, arcentes quidem introitum, ſed non prohibentes tranſpectum. R. Salomo notat Oncelon vertiſſe סְרָדִין qui ſupra τὸ מִכְבַּר *(cribrum)* verterat סְרָדָא eò quod perforatæ eſſent inſtar cribri. Atque iſte error aliquot verſibus iteratur, ut verſ. 11. 12. 14. 15. Verſu 16. מָסָךְ denuò *tentorium* reddit.

Ebr.	*Verſ. 18.* *Vulg.*
Latitudo quinquaginta (ſc. cubitorum) in quinquaginta.	In latitudine quinquaginta.

Non fruſtra repetitum illud בחמשים. Senſus n. eſt, *quinquaginta ex omni parte*. Latitudo erat per omnia æqualis ab utroque latere. Ideo LXX. utrunque expreſsêre, *πεντήκοντα ἐπὶ πεντήκοντα*.

Ebr.	*Verſ. 19.* *Vulg.*
Omnia vaſa tabernaculi cum omni ſervitio ejus.	Cuncta vaſa tabernaculi in omnes uſus & cæremonias ejus.

Optimè vocem *cæremonias* obelo confodit Ioh. Benedictus. Et Cajet. *In Ebræo nihil habetur de cæremonijs.* LXX.

quoque nil juvant. Sic enim illi, καὶ πάντα ἐργαλεῖα, *& omnia inſtrumenta.*

Caput vigeſimum octavum.

Ebr. *Verſ. 8.* *Vulg.*

וחשב אפדתו *& balthem ſuperhumeralis ejus*, qui ſuper illud eſt.	Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas.

VAriè quidem duæ iſtæ voces quas poſuimus, explicantur, attamen nullum in iis vel texturæ vel varietatis veſtigium eſt, ego Pagnini interpretationem poſui. Arias Montanus, *artificium ſuperhumeralis quod* &c. Cajet. *artificium accommodationis ejus.* Alii, *batheus cinctura ejus.*

Ebr. *Verſ. 14.* *Vulg.*

Et duas catenas ex auro puro מגבלות *finitas* facies opere tortili.	Et duas catenas auri puriſſimi ſibi invicem cohærentes.

Si מגבלות vertit, *ſibi invicem cohærentes*, tunc eliſæ manent duæ voces מעשה עבות, quas Cajet. vertit, *opus funis*: Santes, *opere plectili.* Iun. & Druſius, *opere tortili.* Aut ſi has voces interpretatus eſt, tunc excidit ipſi vox *Migbalòth*, quam Santes, *conterminas*, Cajet. *terminatas*, alii, *finitas* .i. finitæ & terminatæ alicujus magnitudinis interpretati ſunt, גבול terminus, מגבל migbal *terminatus*, ut מבדל mibdal *ſeparatus*, Ioſ. 16. 9. Duo hæc diverſa ſi forte non bene reddidit, attamen legit Græca Editio, καταμεμιγμένα ἐν ἄνθεσιν, ἔργον πλοκῆς, *commixta floribus, opus plicaturæ.* Et Oncelos, *definitæ magnitudinis, opere intricato.* Idem παρόραμα admiſſum eſt verſ. 23. licet ibi pro מגבלות ſit גבלות *gabluth.*

Verſ. 30.

Digitized by Google

Verſ. 30.

Ebr. *De VRIM & THVMMIM* *Vulg.*

Ebr.	*Vulg.*
Et pones in pectorali judicii Vrim & Thummim, *id eſt ad verbum, teſtibus Cajet. Ariâ & aliis*, ignes ſeu illuminationes & perfectiones.	Pones autem in rationali judicii doctrinam & veritatem.

Varias de Vrim & Thummim opiniones videbis apud Vatablum & Fagium in Chald. Paraphraſin Onceli, ex quo libro non tantum hoc ſed & pleraque alia deſumpta ſunt, quę ſub nomine Vatablinarum notarum edita ſunt. Multa quoque videbis in magnis Annot. Cl. Druſii, ubi lucem aſpexerint, quod brevi ſperamus fore. Nos impręſentiarum examinemus Vulgati hæc gemina interpretamenta. Vrim extra omnem controverſiam hactenus creditum fuit deſcendere ab אור luxit, unde אור ignis & lux. Similiter *Thummim* a תָּמַם perfectus fuit. Singulare תֹם, ut a עֹז fit עֻזִּים *gnuzzim*, juxta conſuetudinem duplicantium Ain. Provoco ad omnia Lexica Ebræorum, Chriſtianorum, Proteſtantium & Pontificiorum. Vide Aquila Levit. 8. 8. *φωτισμοὺς καὶ τελειώσεις* reddidit, *illuminationes & perfectiones*. Sed res magis clara quam ut tot verbis opus ſit. Voluit autem Deus his vocibus illud inculcatum, Pontifici *ſplendorem* ſeu lumen ſcientiæ & *integritatem* vitæ ineſſe oportere. Sed quomodo has voces interpretatus eſt Vulgatus? *Doctrinam & veritatem*. Admodum coacte, ſi ſpectes themata. Atq; hîc non poſſum non deplorare quorundam ex modernis Papiſtis miſeram & pluſquam ſervilem conditionem, quibus ne dubitare quidem de veritate hujus interpretamenti ſinit Concilii Tridentini Canon. nec rurſus mirari ſatis poſſum quorundam impudentiam, qui etiam ineptiſſima in

Cajet. De Vrim & Thummim diverſi diverſa judicāt, nec certi aliquid habetur. Scito certum eſſe quod ſint nomina plurium. & quod alterū lumina, alterum perfectiones ſignificet.

Mart Delrio Diſq. Mag. lib 4. cap 1. qu. 2. Sect. 1. Vrim ſignificat *illuminationes* a radice *Vr. Thummim* ſign. *perfectiones a thamam.*

Digitized by Google

ſuum traducere ſatagunt emolumentum. Ecce enim [a] Bellarminus dum in infallibilitate Papæ aſtruenda laborat, facit quod furibundi homines aſſolent, quidvis arripit, lapides, faces, ligna, ſudeſque præuſtas, furioſus Sedis Romanæ zelus arma miniſtrat. *Pontifex V. T. inquit, in pectorali habebat doctrinam & veritatem: ergo Pontifex Novi Teſtamenti, Papa, cum totam Eccleſiam docet in his quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poteſt.* Quam bene à Pontifice V. T. ad Pontificem novi procedat argumentatio, Theologi diſcuſsêre. Tu illud nota, Lector, ſi genuina illa interpretamenta, *ſplendorem & integritatem* ſumſiſſet, ſic ipſi inferendum fuiſſet, *Ergo in Papa ſplendor cognit. & integritas vitæ eſt.* At prævidit Bellarminus hæreticos oppoſituros fuiſſe vitas Pontificum, cottidianam experientiam, ipſamque adeo ipſius Bellarmini confeſſionem; quam in Præfat. iſtius Controverſiæ vis veritatis ei extorſerat, vid. *pleroſque Papas fuiſſe ſceleratiſſima monſtra.* Sed videamus quomodo eam verſionem ſtabiliat Bellarminus. Ea enim ſi cadat, ſimul & argumentum ſatis alias elumbe corruat neceſſe eſt. Dicit illuminationem μεταληπτικῶς ſumi poſſe pro doctrina, ut φωτίζω pro doceo. Sed ut hoc tolerabile eſt, ita illud plane intolerabile quod dicit in progreſſu, τὸ אורים a יָרָה deſcendere, quod in Hiphil הורה docuit, ut & Thummim ab אָמַן verax fuit. Quis unquam adeo portentoſam originationem ſomniavit? Ego certe cum apud Rainoldum eam primo citatam viderem, in ſtuporem datus ſum, & licet veraciſſimum in allegationibus Theologum illum ſemper expertus ſim, tamen a me impetrare non potui ut beatæ iſti animæ ante Ipſum Bell. inſpectum fidem adhiberem. Sed in majorem admirationem traxit me Bellarmini argumentum quo verſionem Vulgatam conſtabilitum it.

Plus,

[a] De Pontifice lib. 4. cap. 3.

Digitized by Google

Plus, inquit, *credendum eſt Hieronymo qui* doctrinam *vertit & veritatem*, *& τοῖς Lxx. qui verterunt*, *δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν*, *quam Iudæis & Iudaizantibus*. Sed quid reſpondebis Rainoldo, Bellarmine, roganti te unde *δήλωσις* deſcendat? An ea tibi eſſet fiducia, ea frons, ut diceres a *διδάζκω*? Certe ſi tibi ipſi conſtare velis, deducenda tibi ea vox a *διδάσκω* eſt, cur enim & hic non potius Hieronymo credendum qui *doctrinam* vertit, quam Lexicis? Omnem vero impudentiam & *ἀναισθησίαν* ſupergreditur originatio vocis תֻּמִּים ut ſit ab אָמַן. Auſim ad ipſam Bell. conſcientiam ad omnes omnium Pontificiarum Academiarum Profeſſores Ebræos provocare. Auguſtinus Steuchus Epiſcopus licet afferat Vrim deduci poſſe ab הורה, tamen non ita frontem poſuit, ut Thummim ab Aman deduci poſſe aſſeruerit. Ea quam poſui originatio Regulis Grammaticis, omniumque Ebræorum & Chriſtianorum Lexicis conformis eſt, aſtipulatores habet Papiſtas ipſos, quotquot ante Conc. Trident. & poſt illud extra calorem diſputationis commentati ſunt, conſervat in ſingulis tres radicales, ſiquidem מ in Thummim ob dages poteſtate duplex eſt. At quid tale in ſua Originatione monſtrabit Cardinalis? In utraque voce una manebit radicalis; in priori ר, in poſter. מ. Sic Balbus lib. 2. de Nat. Deor. apud Cicer. deducebat Neptunum a nando, unica litera retentâ, at hoc in perſona Cottæ ſalſe ridet Cicero aitque Balbum magis ſibi in ea Originatione viſum nataſſe quam Neptunum. Ad primam reſpondebit ſc. Vrim,. primam thematis deliteſcere in vocali longa Shurck, tertiamque He ita ſolere elidi cum aliquid additur, ut a שָׁבָה fit שְׁבִים. At quid in voce Thummim conſilii? ubi א τῶ אָמַן? Quieſcit, inquies. At in qua vocali longa? Nulla utiq; hic contractio eſt, ut in מֶלֶךְ pro מאלך.

Et quæ ratio heëmanthicæ? An unquam vel fando auditum eſt א compenſari per Dages præeunte Kibbuts ſub heemanthico? Vbi ultima ן? Periiſſe dices ut in אֻמַּת pro אֻמַּנַת. Eſto, ſed ea apparet in compenſatione ſimulac aliquid additur, ut in אֻמָּתוֹ cujus hîc nullum veſtigium. Sed, inquit, Hieronymus Thummim verrit *veritatem*. Ergo deducenda vox a themate in quo veritatis notio. Et mihi ergo ſic liceat argumentari, vocem *Thummim* Deut. 33. 8. Hieron. vertit *perfectio*, Ergo derivanda a themate quod perfectionem ſignificat. At illud eſt תָּמַם: non ſemper itaque Hieron. *veritatem* vertit. Et quid ſi ſemper? Quando Hieronymi Interpretatio Lexicorum norma eſſe cœpit? Nec eam mentem fuiſſe Tridentinis, nec hoc ubique admiſſurum Bellarminum mihi perſuadeo. *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.*

Caput vigeſimum nonum.

Ebr.	*Verſ. 4.* *Vulg.*
Ad oſtium tabernaculi vel tentorii conventus אהל מועד.	Ad oſtium tabernaculi teſtimonii.

NVnquam, o bone, מועד *teſtimonium* ſignificat; Thema enim eſt יָעַד. Teſtimonium potius עד vel עֵדוּת dicitur, a עוד. Vterque Ch. זִמְנָא habet .i. tempus conventui deſtinatum. Decepit Vulgatum Editio τῶν LXX. quæ hic habet, τῆς σκηνῆς τοῦ Μαρτυρίου. Idem error iteratur verſ. 30. 32. 42. 44. & cap. 30. 16.

Ebr.	*Verſ. 18.* *Vulg.*
עולה הוא ליהוה ריח ניחח אשה ליהוה הוא:	Oblatio eſt Domino, odor ſuaviſſimus, victimæ Domini,

Ebr. ad verbum, *Holocauſtum eſt* DOMINO, *odor ſuaviſſimus*

viſſimus vel ſuavitatis, igne abſumendum erit Domino. Vulgatus vocem אשה vertit *victima*. Fateor ſi adjectivum eſt אשה, ſubintelligi poſſe nomen maſculinum זבח .i. ſacrificium vel victima, ſed bene per *victimam* reddi nego. Lata n. nimis ea vox eſt, nec aſſequitur id quod textus intendit. Non quælibet victima erat אשה, ſed ea tantum quæ Ebræis dicitur עילה, quod tota aſcenderet per ignem, Græcis ὁλοκαύτωμα quod totum combureretur. Santes *oblationem ignitam* vertit, Arias *Ignitionem*, Male, ſi ſtabitur judicio Abenmelechi qui ait eſſe adjectivum. Benedict. emendat, *oblationem ignitam*, Iun. & Druſ. *igne abſumendum*. R. Salomo etiam teſtatur ineſſe לשון אש *notionem ignis*. Atque in hanc ſententiam plura poſſent accongeri, ſi opus eſſet. Verſ. 25. redditur *oblatio*.

Ebr. *Verſ. 24.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Et agitabis ea agitatione coram Domino.	Sanctificabis eos elevans coram Domino.

Eos] Quos? An Aharonem cum familia? Sic certe videtur Interpres hoc loco accepiſſe pronomen אותם. Sequenti n. verſu recurrens illud אותם vertit neutraliter, *univerſa illa*. Et quŏ tum referes illud *elevans?* An ad homines? An vero ad ſpecies memoratas? Bis hic videtur peccatum, 1. Pronomen אותם exprimendo per *eos*, cum ad omnia præcedentia, armum, adipes, renes &c. referendum ſit. Non enim eum loquendi modum patitur Latinum labium, & facile verſionem eam legens de Aharone & filiis ejus pronomen accipiendum eſſe putaret. 2. Verbum הנפת exponendo per *ſanctificabis*. הניף extra omne dubium eſt *agitare*. Et quidem, ſi Ebræis credendum, dextrorſum & lævorſum, antrorſum & retrorſum. Alia motionis ſpecies erat quæ fiebat ſurſum deorſum.

Digitized by Google

deorſum. Eam תרומה vocari ajunt. Sunt qui putant תרומה nomen generis eſſe, & interdum ſpeciei ut חרם. Alii volunt Theruma & Thenupha eſſe ſynonyma. Vt ut ſit, vox Ebræa agitationem ſignificat, unde Onc. & Ion. *elevabis elevationem*. Novi equidem hâc cærimoniâ res illas fuiſſe ſanctificatas, non video tamen cur a propria ſignificatione vocum ſibi recedendum eſſe putârit Interpres. Non licet interpreti tam eſſe diſerto. Iam adi Lyram & Cajet. qui hanc diverſitatem notarunt. Vide & verſ. 26.

Ebr. *Verſ, 43.*	*Vulg.*
ונועדתי & conveniam illic cum filiis Iſrael.	Ibique præcipiam filiis Iſrael.

Decepit noſtrum Græca ἔκδοσις, καὶ τάξομαι ἐκεῖ &c. Ego non memini me legere נועד in notione præcipiendi. Significat n. tempus conſtituere & ad ſtatutum tempus venire & preſto eſſe. Sic melius verſ. ſuperiori vertit אועד *euvagned* conſtituam, ſcilicet *tempus*.

Caput trigeſimum.

Ebr. *Verſ. 3.*	*Vulg.*
Teges illud auro puro, וגגו & tectum ejus.	Veſtieſq; illud auro puriſſimo tam craticulam ejus &c.

a In Ebræo, *inquit*, habetur tectū ejus .i. partē ſuperiorem. Et dicitur hoc ad differentiam altaris holocauſti, quod

a LYra, *b* Bened. *c* Cajet. *d* Steuchus recte hic notarunt in textu Ebr. eſſe *tectum ejus*. גג n. extra controverſiam tectum ſignificat. Sed nullus eorum id Romanis correctoribus perſuaſit. Fagius quoque ex Chald. tectum vertit. LXX. ἐσχαρίδα habent, atque illud Vulgatum in hunc errorem induxit. Supra aliquoties ut cap. 27. 4. & 5. occurrit eadem vox *craticula*, ſed interpretamentum vocis

vocis מכבר cribrum, ubi Græci ἐσχάραν. Iam vero duo illa גג & מכבר non ita erant confundenda.

Verſ. 10. וכפר rurſus vertitur, *Et deprecabitur*, ubi LXX. optime ἐξιλάσεται, expiabit.

Verſ. 15. In fine hæc deſidero, *dando oblationem Domino ad expiandum pro animabus veſtr.* Et miror ea a Vulgato neglecta quæ tam ſtudioſe Græci converterant. Vide Cajet. & Benedict.

non habebat tectum. b *Vi e e.us marginalia.* c *Ca et* Nulla eſt mentio craticulæ, ſed tecti. d *Steuchus*, amovenda craticula & loco ejus tectum reponendum.

Verſ. 18. & ſeq.

—— & pones ibi aquam,	—— & miſſa aqua,
19. Et lavabunt Aharon &c.	19. Lavabunt in ea Aharon &c.
20. Quando introibunt tent. conv. lavabunt ſe aqua & non morientur, aut cum accedent ad altare miniſtrandi cauſa, ut adoleant אשה Domino.	20. Quando ingreſſuri tabernac. teſt. & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino.
21. Lavabuntq; manus ſuas & pedes ſuos & non morientur &c.	21. Ne morte moriantur.

Vt ſupra cap. 29. verſ. 27 & 28. nimium ſibi indulſit Interpres (quæ tamen non libuit ponere) ita & hic multa prætervectus eſt quæ judicavit eſſe ſuperflua; non ſic putarunt LXX. qui ſingula retinuere, non ſic Onc. non ſic alii religioſi Interpretes. Præterea ubi textus Ebræus habet, *Et pones ibi aquam,* noſter convertit, *Et miſſâ aqua.* Diu hæſi num reſcribendum eſſet, *& immiſſa aquâ*, quia & Græci ſic habent ἐκχεεῖς εἰς αὐτὸν ὕδωρ, *& infundes ei aquam.* Certe hoc propius ad fontem accederet. Sed cum Romani nihil hic correxerint, ſuſpicor eos ſic intellexiſſe Vulgatum, non in ipſo labro ſed ex aqua per fiſtulam ex labro miſſa & fluente lotionem præcipi.

R Quam

Quam interpretationem in ſuo Commentario ſuppeditat *a* Cajetanus. Poteſt ita eſſe, illud ajo in fonte nihil tale innui. Notetur & illud τὸ אשה hic per *θυμίαμα* redditum.

a Inſinuatur, *inquit*, quod per fiſtulam quæ claudi poterat & aperiri, fluebat aqua ex concha ad abluendum manus & pedes.

Ebr. *Verſ. 23.*	*Vulg.*
Sume tibi aromata caput, Myrrhæ libertatis 500 (pondo) & cinnamomi aromatis, dimidium ejus, 250 *pondo*; & calami aromatis 250 *pondo*.	Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electę 500 ſiclos; & cinnanomi medium .i. 250 ſiclos, calami ſimiliter 250.

Primum lapſum Interpretis hunc pono, quod nomen ראש jungat cum Myrrha, cum debeat referri ad aromata, quod & accentus ſuadet. Purus putus Ebraiſmus. Vt n. caput præcipuum in corpore hum. membrum, ita quod pręſtantiſſimum in genere ſuo eſt, nomine ראש & ראשית inſignitur. Sic Amos 6. ראשית שמנים *pracipuum unguentorum*. Sic contra אחרית pro abjectiſſimo, ut Ier. 50. 12. אחרית הגוים abjectiſſima Gens. Cui contrarium eſt ראשית גוים *principium gentium*, de Amalec. De ראש exemplum extat Iezech. 27. 22. בראש כל בשם *in capite omnis aromatis* .i. interprete Pagnino, præcipuo inter univerſa aromata. Sic Cant 4. בכל- ראשי בשמים *cum omnibus capitibus aromatum* .i. præſtantiſſimis aromatis. Geminum plane illud eſt quod jam tractamus, niſi quod vocum inverſio ſit, quæ etiam obſervatur Pſal. 141. 4. שמן ראש *oleum capitis*, per hypallagen, pro, *caput olei* .i. præſtantiſſimum oleum. Evincit hoc forma vocis בשמים. Niſi quis mavelit eſſe ſermonem conciſum בשמים ראש .i. בשמים בשמי ראש aromata, aromata, inquam, capitis, ut אלהים צבאות pro אלהים אלהי צבאות. Abenezra ſubintelligit מִן hoc modo, cape מִן בשמים de aromatibus caput, id eſt quod præcipuum eſt. R. Sal. ראש interpretatur

חשובים

חשובים reputata, præ cæteris æſtimata, vides ut omnia adverſus Vulgatum militent.

Myrrhæ electæ] ſic Vulgatus expreſſit Ebræa מָר-דְּרוֹר myrrham libertatis .i. liberæ, liberè fluentis. Non nego illam lectiſſimam eſſe atque optimam, ſed ajo non ſatis expreſſam eſſe vocem Ebræam, qua innuitur quænam myrrha pro lectiſſima habenda ſit. Sed ſecutus eſt τοὺς LXX. Oncelos habet *puræ*: Id Fagius vertit, *liberæ*, atque ex Kimchio interpretatur, liberæ & immunis ab adulteratione & mixtione. Verſionem primam (libere fluentis) firmat Lyra, duplicem myrrham eſſe ſcribens, primam & ſecundam, Primam eſſe guttam quæ ſponte ſudat de arbore, eamque eſſe optimam: Secundam eſſe quæ ex inciſione manat eamque minus bonam eſſe.

Cinnamomi] In Ebr. additum בשם quod præteriit Vulgatus. Credemuſne vocem eam fruſtra additam? Non credidêre οἱ LXX. qui habent *κινναμώμου εὐώδους*. Nec etiam Oncelos, qui habet קנמן בשם Sed dices, nunquid omne cinnamomum aroma eſt? Eſt certe. Sed aliud alio præſtantius eſt, præſtantiſſimumque ea adjectione denotari volunt: Quin & Lyra ex R. Sal. notat cinnamomum duplex eſſe, unum quod parum vel nihil habeat de odore, aliud totum eſſe aromaticum, atque ideo *διακρίσεως ἕνεκα* additum fuiſſe *aromaticum*. Sed eſto Epitheton perpetuum; An liberum Interpreti erit ea pro ſuo libitu vel retinere vel tranſmittere?

Idem negligentiæ crimen admiſſum in ſeq. aromate. Certe & hic non fruſtra putant vocem *aromaticum* additam, cum ſit & calamus non aromaticus.

Verſ. 25. deſiderantur hæc verba שמן משחת קדש יהיה, *Oleum unctionis ſanctitatis erit*: Quæ expreſſit Oncelos *κατὰ πόδα* & LXX.

Ebr.	*Verſ. 28.* *Vulg.*
Et altare holocauſti & omnia vaſa ejus & labrum & baſin ejus.	Et holocauſti (ſc. altare) & omnem ſuppellectilem quę ad cultum eorum pertinet.

Labrum & baſin forte comprehendit ſub iſtis verbis, *quæ ad cultum eorum pertinent*. Sed cum cætera ſpeciatim ex Ebræo recenſuerit, quid commiſerat labrum quominus cum ſua baſi in cæterorum cenſum admitteretur? Nec certe compendium quæſitum fuit. Oncelos quoque non tantum, ſed & LXX. ea legerunt, *τὸν λουτῆρα ϗ τὴν βάσιν αὐτοῦ*. Cum itaque codices Ebræi eorum quoque ſæculo ea verba legerint, quid obſtitit quominus correctores Romani hunc locum ad fontes conformarint?

Ebr.	*Verſ. 35.* *Vulg.*
Salitum, purum, ſanctitatem (.i. rem ſanctam.)	Mixtum diligenter & purum & ſanctificatione digniſſimum.

Tria in Ebr. Epitheta ſunt ſuffitus ſeu unguenti, cujus compoſitionem ipſe Deus hic præſcripſit. 1. eſt מְמֻלָּח id eſt extra controverſiam, *ſalitum*. מְלַח Sal. Vterque Chaldæus quidem habet מְעָרַב mixtum, LXX. *μεμιγμένον* & ſubintellexêre forte, *Sale*, *Salire* n. & *miſcere ſale* unum idemque ſunt, ajo tamen non eo modo vocem Ebr. expreſſam quo debebat quove poterat. Quis n. quæſo te ex hac verſione odoretur mixturam hanc ſalis fuiſſe? Poſterius eſt *Sanctitas*. .i. res ſancta, vel ſi quid Emphaſεως eſt in abſtracto, *res ſanctiſſima*. Quis vero ſenſus hujus *περιφερόντως*, *ſanctificatione digniſſimum*. Miror tam liberalem ſubinde eſſe Vulgatum, qui alibi tam parcus eſt. LXX. *ἔργον ἅγιον*, Chaldæus, קֻדְשָׁא.

Caput trigeſimum primum.

Ebr. *Verſ. 5.* *Vulg.*

בחרשת אבן למלאת:	Et marmore & gemmis.

ID eſt, *in artificio lapidis ſeu gemmæ*, id eſt gemmario, *ad* * *implendum*. Nihil in textu eſt quod *marmor* ſignificet. Siquidem τὸ אבן per *gemmas* expreſſit. Marmor lapis quidem eſt, at cur ea ſpecies præ cæteris exprimitur? Deinde τὸ לְמַלֹּאת plane eliſum eſt. Quam ejus rei rationem habuerit Interpres, fateor, quæ mea παχύτης eſt, me ignorare.

* *Id eſt inſerendum.*

Ebr. *Verſ. 17.* *Vulg.*

Et in die ſeptimo ceſſavit וינפש & reſpiravit.	Et in ſeptimo ab opere ceſſavit.

Iterum omiſſionis peccatum. Nec n. de nihilo addita vox וינפש. LXX. ἐπαύσατο καὶ κατέπαυσε, & Onc. שבת ונח.

Caput trigeſimum ſecundum.

Ebr. *Verſ. 2.* *Vulg.*

Et formavit illud בחרט.	Formavit opere fuſorio.

חרט extra dubium *ſtylus*. Vnde LXX. καὶ ἔπλασεν αὐτὸ ἐν τῇ γραφίδι. Vide St. & Caj.

Ebr. *Verſ. 22.* *Vulg.*

Tu noſti populum hunc in malo *ſc. eſſe, jacere.*	Tu noſti populum iſtum quod pronus ad malum ſit.

Plus dicit Ebræus textus quam Vulgatus expreſſit; videtur locus geminus eſſe iſti qui 1. Ioh. 5. 19. *Mundus in malo poſitus eſt*. Probarem, ſi in textu eſſet לְרַע ad malum. Certe ipſe Hieron. vertit, *quod populus iſte in malo ſit*. Vide Steuchum.

Ebr. *Verſ. 28.*	*Vulg.*
Ceciderunt circiter tria millia virorum.	Quaſi viginti tria millia virorum.

Ebræa ſunt ſine ulla lectionis varietate כשלשת אלפי איש *quaſi trium millium virorum.* Concinit uterq; Chaldæus, & LXX. εἰς τρισχιλίους ἄνδρας. Codices Vulgatæ Edit. variant, quidam, *triginta millia*. In textu Lyræ, *viginti millia*. In paucis erat *tria millia*. In Antverp. anni 1583. *triginta tria millia*, notantque Lovanienſes Theologi in margine, *viginti tria* O. quâ notulâ monent eam lectionem non adeo magni momenti eſſe. Eam tamen peſſimā Clemens 8. authenticam interpoſita papali authoritate pronunciavit. Cajet. non dubitat aſſerere hîc corruptam eſſe editionem. Nec puduit Benedictum locum ad fontes corrigere. In Steucho altum ſilentium. Lucas Brug. in locis inſignioribus, *In quibuſdam legitur tria millia, quibus favent Ebræa, Chald. & Græca.* Quid autem ſibi de hoc loco videatur, in altero libello manifeſtius prodidit. Vide Appendicem: ſi ergo codices aliquot Latini ſic legunt, ſi iſti lectioni favent fontes, Chald. & Græcæ verſiones, cur dubitarunt Romani correctores eam lectionem reſtituere? Cur elegêre peſſimam ex variantibus? Certe ubi lectionum varietas eſt in interpretatione aliqua, ſolent docti eam eligere, quæ fontes, & ſi fieri id ſimul poteſt, pluralitatem exemplarium habet faventem. Eo caſu a correctioribus codicibus recedere furor & inſania eſt. Sed hæc ſurdis, correctorum enim non ſic ἤνδανε θυμῷ. Plura notari hîc poſſent, ſed nimium jam excrevit ſecundus hic noſtræ commentatiunculæ libellus.

Caput

Digitized by Google

Caput trigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 7.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
אֹהֶל מוֹעֵד:	Tabernaculum fœderis.

HActenus Interp. τὸ מועד vertit *teſtimonium*, jam *fœdus*. Græci more ſuo, *σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου*.

Ebr. *Verſ. 13.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Notifica mihi vias tuas.	Oſtende mihi faciem tuam.

Steuchi cenſuram apponam. *Non hoc poſtulat Moſes ſed aliud*, oſtende mihi vias tuas. *Ecce, non poſtulat videre faciem ejus aut ſubſtantiam, ſed ut oſtenderet viam quâ ituri eſſent, ne in aliquem miſerabilem errorem inciderent. Sed pejus tranſtulère Lxx. & majorem errandi occaſionem præbuère* &c. Hæc Steuchus, pejus, inquit, LXX. Male ergo Vulgatus. Vide & Cajet. & Benedict.

Caput trigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 4.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
וישכם בבקר:	De nocte conſurgens.

ID eſt, *mane ſurrexit mane*. Pleonaſmus, השכים per ſe *manicare*, mane ſurgere, q. d. diluculare. Græci ὀρθρίσας πρωΐ. Maſius ad Ioſ. 3. 1. *Cur illud* בקר *Latinus verterit* de nocte, *non ſatis intelligo* &c. Chald. quoque noctis non meminit, ואקדם בצפרא & prævenit in aurora.

Sit verbum סוג *in Niphal uſurpatum paſſim cum* אחור retrò *jungitur*, *cum verbum Ebr. per ſe retrocedere, retroagi ſignificet, Pſ. 44. 19.* non retroceſſit retro cor noſtrum. *Ieſ. 42. 17. Gemina plane illa ſunt apud Plautum, adverſari contra, reverti rurſus, ſuppilare clam, aſſimilare ſimiliter, quod poſterius aliquam affinitatem habet cum loco Rom. 9. 29.* aſſimilati fuiſſemus ſicut Gomorrha, *ſic & Iob. 30. 19. & Pſ. 49.* aſſimilatur ſicut beſtiis.

Verſ. 7. ubi in Ebr. eſt ונקה לא ינקה .i. *innocentem judicando non judicabit innocentem* (ſunt enim verba tranſitiva in

tiva in Piel) Vulg. vertit, *Nullus per ſe apud te innocens eſt.* Steuchus hic fruſtra ſe torquet.

Ibidem vox Ebr. פוקד viſitans, Vulg. reddidit, *reddit* .i. מֵשִׁיב, pereunte inſigni Metaphora.

Verſ. 15. ubi in Ebr. & Græco & Chaldæo eſt, *ſacrificabunt*, Vulg. reddidit, *adoraverint.*

Ebr. Verſ. 20.	*Vulg.*
Et ſi non redemeris, ערפתו *decervicabis eum.*	Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur.

Non loquitur textus de alia redemptione quam quæ per commutationem ovis fiebat. Vulgatus vero aliud videtur innuere, ſecutus hic ex parte τοὺς LXX. qui hic plane deviârunt, ἐὰν δὲ μὴ λυτρώσῃ, τιμὴν δώσεις αὐτοῦ: *ſi non* redemeris, pretium ejus dabis. an ערך *pretium do?* Deinde laxum nimis interpretamentum eſt *occidetur*, nec n. modum occiſionis indicat. Vt a collum, decollare Latini, ita a עֹרֶף cervix, ערף decervicare dicunt Ebræi. Aquila Exod. 13. 13. idem hoc verbum reddidit τενοντόω .i. *decervicare.* Symm. per νωτοκοπεῖν. Vide Fragm. Cl. Druſii ad iſtum locum.

Ebr. Verſ. 29. 30. 35.	*Vulg.*
Et ignorabat Moſes quod קָרַן cutis faciei ſuæ.	Et ignorabat Moſes quod cornuta eſſet facies ſua.

Vox Ebræa קָרַן ſignificat radios cornuum inſtar emittere. Vnde LXX. appoſite, ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Ad quam verſionem Apoſtolus 2. Cor. 3. alluſit. Oncelos, *quod multus eſſet ſplendor gloriæ faciei ſuæ.* Ionathan tanquam interpres τῶν LXX. *quod glorificatus eſſet ſplendor aſpectus faciei ſuæ.* Hieron. ſecutus Aquilam qui antè verterat, κερατώδης ἦν, vertit, *cornuta eſſet.* Iam audia-

audiamus Steuchum Epiſcopum Xiſamenſem, *Vox ambigua fecit in Editione errorem. Non n. habetur in contextu Ebr. faciem Moſis fuiſſe cornutam, ſed radiantem fuiſſe cutem. Ex hoc ergo poteſt emendari prava conſuetudo, qua duobus cornibus pingunt Moſen; non enim cornua e fronte egrediebantur, ſed & frons & naſus & os & mentum radiabant. Et mirum quod Hieron. non conſiderata veritate Ebraica non adverterat etiam quid Lxx. tranſtuliſſent, qui bene hunc locum tranſtulerant. Rident itaque nos & execrantur Iudæi, quoties Moſen in templis noſtris cornuta facie depictum vident, quaſi nos eum Diabolum quendam* (Druſius addit, *aut uxorem ejus adulteram*, ei n. qui uxorem adulteram habet, affingi ſolere duo cornua ex Apologis Ebraicis probat) *eſſe putemus*. Hæc Steuchus. Cajet. vertit *cornificavit*, & addit, *Emiſſio radiorum metaphorice appellatur cornificatio, eò quod tanquam emiſſio cornuum ſit emiſſio radiorum*. Vide & Benedict. & *a* Senenſem. Vide & Ferum & Oleaſtrium in hunc locum. Nec diſſentit *b* Bellarminus. Et Thomas non dubitat aſſerere, faciem Moſis melius dici ſplendidam quam cornutam, maleq; ipſi appingi cornua e facie egredientia. Cur igitur illud ſibi ſumere non fuêre auſi Pontifices, ut pro *cornuta* reponerent *ſplendida?* Mirari & illud lubet Pontifices Sixtum & Clementem in novis ſuis Bibliis approbaſſe vulgi a tot doctis damnatam conſuetudinem, qua Moſi appicti radii non e tota facie micantes, ſed duorum inſtar cornuum e capite aſcendentes. Vtrum hoc factum ſit ad Vulgatam Edit. ſtatuminandam, an vero ad defendendas Epiſcoporum bicornes *a* mitras, an ad utrumque, merito quærit Rainoldus.

a *Biblioth. lib 5. annot. 116.*
b *De Eccl. triumph. 2. 4.*
c *In Epiſt. 2. ad Cor. cap. 3. lect. 2.*
a *Vide Polyd. Virgil. de Invent. libr. 4. cap. 7.*

CAP. XXXV.

VErſ. 8. ubi Ebr. *Et aromata ad oleum unctionis*, ut & Ch. & LXX. Vulgatus habet, *Et ut conficiatur unguentum.*

S Verſ.

Verſ. 11. עַמּוּדָיו *columnas ejus* Vulgatus ſeorſim ab aliis vertit, *paxillos ejus.*

Verſ. 15. *Velum* vocatur *operimentum* in textu. Vulg. more ſuo iterum *tentorium* appellat. Quis non adhibito fonte Vulgatum ſic loquentem intelligeret? Idem verſ. 17. admiſſum eſt, ubi eaſdem tenebras Lectoribus ſuis offundit. Atque hic obiter nota eandem vocem quam verſ. 11. *paxillos* reddidit, hic redditam *columnas*. Idque optime. Paxillos enim יְתֵדוֹת vocant Ebræi, ut verſ. 18. videre eſt.

Ebr. *Verſ. 21.*	*Vulg.*
Et venit omnis vir quem extulit cor ejus & omnis quem ſponte moverat ſpiritus ejus, adduxerunt oblationem Domini.	Obtulerunt mente promptiſſima atque devota primitias Domino.

Longe diverſi ſunt hi textus. Confer hunc verſum Vulgatæ cum verſ. 20. & putabis de omnibus dici, cunctiſque tribui mentem promptiſſimam & devotam. Textus Ebræus reſtrictior eſt. Eum expreſsêre Onc. & Ion. Vide St. & Ben. Ad verſ. 22. ubi nonnulla quoque prætermiſſa ſunt, eoſdem vide & conſule.

Caput XXXVI. & XXXVII.

a Nota Cajetanum ſub hoc capitulo etiam caput 37. comprehendere.

CAjetanus, *In hoc* a *capitulo multa eſſent corrigenda. Tria tantum monebimus. Quum de propitiatorio agitur, nomine* ſummitatis *intellige* extremitatem. *Cum de menſa propoſitionis, per* coronam aureem interraſilem *intellige* clauſuram, *nec legas,* ipſi labio, *ſed,* ipſi menſæ, *nec,* alteram coronam ſuper, *ſed* limbum clauſuræ, *ut ſupra correctum eſt. Et ſimiliter corrige quæ de vaſis hujus menſæ ſubjunguntur. Et cum de altari thymiamatis agitur, tolle,* craticulam, *& pone,* tectum. Hæc Cajet. Sunt alia præterea hoc capite

capite commiſſa, quæ in ſuperioribus annotata ſunt. Eſt n. totum hoc caput quaſi ἀνακεφαλαίωσις eorum quæ ſupra præcepta ſunt. Sic dico, quæ ſupra juſſit Deus fieri, hic Moſes narrat facta. Sunt præter ea & alia de novo admiſſa incuriæ errata, quę ſi perſequerer ſingula, hic, quem mihi propoſui, libellus in craſſum exiret volumen.

Caput trigeſimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 3.* *Vulg.*
Lebetes & ſcopas & crateras & fuſcinulas & receptacula.	Lebetes, forcipes, fuſcinulas, uncinos & ignium receptacula.

Supra cap. 27. 3. ubi hæc præcipiuntur fieri, loco V. inſtrumentorum Vulgatus tantummodo poſuit IV. ſecundumq; vid. יָעִים, itidem ut hic, per *forcipes* reddidit. Hic verò quintum a Vulgato additum eſt, *uncinos:* ſed cui Ebraicæ ea vox reſpondeat equidem non video. Conjectavimus ſupra vocem Ebræam מזרקות a Vulgato Interprete prætermiſſam; judicavimuſque τὸ *fuſcinulas* reſpondere Ebræo מזלגות, quam vocem ſic redditam invenio alibi. Iam vero videtur τὸ מזרקות per *fuſcinulas* expreſſiſſe, ſubjicit n. *uncinos*, ut ea vox τῷ *Mizlegoth* reſpondeat. Quæ ſi ejus mens fuit loco ſupra citato, dicendum ibi vocem *Mizlegoth* ab authore prætermiſſam. Sed vide quæ ibi notavimus & cum his confer, ſi otium.

Ebr.	*Verſ. 8.* *Vulg.*
E ſpeculis הצובאות אשר צבאו ad oſtium tabernaculi conventus.	E ſpeculis mulierum quę excubabant in oſtio tabernaculi.

Eadem vox צובאות extat 1. Sam. 2. 22. ubi vertit Vulg. *quæ obſervabant.* Nomenq צָבָא ſignificat exercitum & turmam

Cajet. ſignificat mulieres inſtar exercitus exercituantes quæ exercituaverunt portam tabernaculi. Concurſus ſiquidem mulierum ad portam tabernaculi deſcribitur inſtar exercitus.

mam militum. Vnde optime reddas, *e ſpeculis mulierum turmatim convenientium, quæ turmatim conveniebant ad oſt. t. Conv.*, vel *quæ circumexercituabant tabernaculum*, ut ex Gloſſ. veteri citat Cl. Caſaub. Alii ſimpl. vertunt, *convenientium*. Vulgatus, *excubabant*, quod interpretamentum occaſionem Papiſtis dedit locum hunc adducendi ad probandam hanc theſin, in V. T. fœminas voto religionis aſtrictas fuiſſe, quæ in cellis circa templum habitantes inde nunquam receſſerint. De quo ſomnio prolixe Caſaub. Exerc. 1. cap. 23. cujus ſcrinia non compilabo. Eſt n. aut ſaltem debebat iſtud opus in omnium manib. eſſe. Num. 4. 23. de Gerſonitis uſurpatur idem verbi, quos tamen expleto miniſterii tempore ſibi invicem ſucceſſiſſe atque a tabernaculo receſſiſſe certo certius eſt.

Verſ. 25.

Totus in ſpongiam neſcio quo ſuo merito incubuit. Sic n. habent Ebræa ad verbum, *Et argentum numeratorum cœtus centum talenta & mille ſeptingenti, ſeptuaginta quinque ſicli in ſiclo ſanctitatis.* Steuchus ingenuè, *deeſt hoc loco in noſtris codicibus tota Periodus, quod certe mirum eſt quia non deeſt is ſenſus in Lxx. &c.* Addo Oncelon quoq; hæc fideliter reddidiſſe. Cajetanus, *valde manca eſt litera iſta. Nam in Ebræo poſt explicatam ſummam auri ſubjungitur ſumma argenti, dicendo*, & argentum &c. Et ad differentiam argenti aliter oblati dicitur argentum numeratorum Synagogæ, quia de argento duntaxat eſt ſermo quod oblatum fuerat a numeratis. Lyra quoque & Benedict. hunc hiatum notarunt.

Ebr. *Verſ. 26.*	*Vulg.*
בקע .i. Didrachma vel ſemiſſis in ſingula capita, dimidium	Oblatum eſt autem ab his qui tranſiere ad numerum

ſicli, ſiclo, ſanctuarii oĩs tranſeuntis in numeratis a filio 20. annorum & ſupra, videlicet ſexcentorum millium cum tribus millibus & 550.

merum a 20. annis & ſupra de ſexcentis tribus millibus & quingentis quinquaginta armatorum.

Steuchus agnoſcit hoc verſu in Vulg. deeſſe clauſulam quæ maxime erat neceſſaria. Vulgatus n. reticet quantum quiſque obtulerit. Clara ſunt Ebræa, dum Moſes ponit בקע, mox ſe ipſum explicat dum ponit, *dimidium ſicli*. LXX. δραχμὴ, Male. Siclus n. ſacer erat τετράδραχμος, ut בקע ſive ejus dimidium fuerit δίδραχμος. Vide quæ Gen. 24. 22. notavimus.

Ebr. *Verſ. 30.* *Vulg.*

Æriſq; oblationis ſeptuaginta כִּכָּר talenta: & duo millia & 400. ſicli.

Æris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia & quadringēti ſupra ſicli.

Notaverat jam Steuchus hunc verſum in Vulg ſic eſſe interpungendum, ut poſt *ſeptuaginta* ponatur diſtinctio, hoc modo, *talenta ſeptuaginta: duo millia & 400. ſicli*. Aliàs n. inquit Steuchus, maximus error orirerur. Idem Cajetanus ait, ſcribiſque imputat quod ſimul lectum fuerit, *ſeptuaginta duo millia*. Idem Ben. aliique notarunt: & certe res clara, in voce n. כִּכָּר accentus eſt diſtinctivus unus e maximis, Athnach dictus, qui valet duo puncta Latinorum, unde & LXX. ſatis dilucidè, ἑβδομήκοντα τάλαντα καὶ διςχίλιοι τετρακόσιοι σίκλοι, ut & Chald. Oncelos: his tamen non obſtantibus Biblia Clementina in meo exemplari quod Lutetiæ 1618. excuſum, ſic legunt, *Talenta ſeptuaginta duo millia*. Eoque minus videtur mihi eſſe Typographi ſphalma, quod apud Lucam Brugenſem in Romanarum correctionum Catalogo altum hujus rei

ſilentium. Si enim hic locus a Romanis correctoribus fuiſſet reſtitutus, haud dubie illud notaſſet qui in minimis adeo fuit religioſus.

Caput trigeſimum nonum.

Ebr.	*Verſ. 1.* *Vulg.*
Ex hyacintho autem & purpura & cocco dibapho fecerunt veſtes miniſterii ad miniſtrandum in ſancto: fecerunt veſtes ſacras Aharonis &c.	De hyacintho vero & purpura, vermiculo & byſſo fecit veſtes quib. indueretur Aharon, quando miniſtrabat in ſanctis.

PRimò hic interpolavit Vulgatus vocem *byſſi*, quam non ſine cauſa hic omiſit Moſes. Hinc n. colligunt R. Salomo, aliique, non agi in his prioribus de veſtibus ſacerdotum, quæ byſſum continebant, ſed de aliis, quibus ſacra ſupellex involvenda erat, cum aliquò erat proficiſcendum. In iis n. nulla erat byſſus. Et nota in Ebræo non eſſe בגדי שרת ſed בגדי שרד, de qua voce videndi R. Sal. aliique ad Exod. 31. 10. Vt ut ſit, in Ebræo non eſt byſſus. Deinde ferruminavit Vulgatus ea quæ diſtinxit Moſes, nimirum veſtes miniſterii ad miniſtrandum, cum veſtibus quibus indueretur Aharon. An ergo præter Aharonicas nullæ erant veſtes ſacræ? Chaldæus hic *κατὰ πόδα* ſecutus eſt Ebræos fontes, quod & Vulgato non fuiſſet difficile, ſi ea religione, quâ par erat, hos libros tractaſſet. Non concoquo ſatis verba Steuchi quæ ad hoc caput notavit, *Omiſſa hic ſunt multa a LXX. & forte non abs re. Nam ſermo Ebræus in eo plerunque peccat quod inculcat eadem ſine ulla neceſſitate.* An quia nos neceſſitatem non videmus ideo Ebræum ſermonem ſic depreciare decet? *Nihil eſt*, inquit Baſil., *quod non ſit magni mom. in*

ſacris,

Digitized by Google

ſacris, ut ut nobis nihil aut parum videatur. Sed in hoc videtur mihi verſari totius rei cardo, ut mundus non fert duos ſoles, ita Eccleſiam duas adeo diverſas tabulas authenticas ferre non poſſe, belle viderunt. Vt ergo maneret Vulgato novum illud æſtimium, ſtrenue fontibus convitiandum erat.

Verſ. 2. 3. 5. 9.

Redundant illa otiumque agunt, *opere polymitario.* Verſus quoq; tertius nimis contractus eſt, nec non quintus. Vbi illud miror, quod hæc omnia, aurum, hyacinthum, purpuram, coccum dibaphum & byſſum retortam ſub una *colorum* voce complexus ſit: nonus quoque nimis aſtrictus eſt, ut ex collatione liquebit.

Ebr.	*Vulg.*
Quadratum erit, duplicatum fecerunt pectorale: palmus longitudo ejus, palmuſque latitudo ejus, duplicatum.	Quadrangulum, duplex, menſuræ palmi.

Sic & 18. 19. 20. quos in paucula tantum redegit verba: ſi ideo omiſſa a Vulgato ſunt, quod antea ea præcepta fuerint, cur integrum caput non præteriit? Verſ. 33. אהל vertit *tectum*, & 38. מסך *tentorium*, ut & vocem קלעי verſ 40. Cætera quivis facile agnoſcet vel ex ſola vulgati cum aliqua tranſlatione fideliori collatione. Claudam hoc caput ubi illud addidero, Bened. in margine ſuorum Bibliorum pro Iaſpide Vulgati reponere Adamantem, & contra pro Beryllo Iaſpidem, & Cajetanum inter cætera id monere Lectorem, ne fallatur, primò, legendo de tunicâ hyacinthina verſ. 24. *deorſum autem ad pedes*, quoniam in Ebræo, inquit, nulla mentio eſt pedum. 2. Ne tibi

Digitized by Google

tibi ingerat mitras coronatas verſ 28. quoniam in Ebræo habetur, inquit, *Et mitras ex byſſo & glorias galerorum.* Hæc Cajet.

Caput quadrageſimum.

ET hic multa eſſent corrigenda ſi omnia excutere eſſet prolubium. Verſ. 4. *ſtabit candelabrum cum lucernis ſuis*, Ebr. *Introduces candelabrum & accendes luc. ejus.* Verſ. 5. מסך iterum vertit *tentorium*. Ea quæ a verſ. 9. uſque ad 12. involvit, inquit Cajet. Iſtis enim verbis, prout in Ebræo jacent, triplicem ſanctitatis gradum indicari ait, concha n. unctione ſanctificatur, ſed de eâ non dicitur *& erit ſanctum*: Tabernaculum vero unctione & ſanctificatur & eſt ſanctum: Altare a. holocauſtorum unctione ſanctificatur & erit ſanctum ſanctorum, utpote alia ſanctificans.

Verſ. 13. vox *proficiat* addita obſcuravit ſententiam, inquit Steuchus. Verſ. 14. & 15. plane omiſit. Nec refert quod verſ. 12. mentio facta ſit filiorum ejus. Eadem n. in Ebræo memoratio eſt. Verſ. 20. *ſubditis* infra *vectibus*, Ebræus habet, *Et poſuit vectes* ſuper *arcam*.

Ebr.	*Verſ. 29.*	*Vulg.*
Munus מִנְחָה.		Sacrificia.

Cajet. in Ebræo eſt, *Et munus. Sonat a. Ebraice oblationem ex flore farinæ.* Plura de hac voce, Deo volente, ad Dan. 2. contra vel potius cum Bellarmino.

FINIS EXODI.

SIXTINI AMAMA

CENSVRÆ
In Vulgatam Verſionem
PENTATEVCHI
LIBER III.
qui eſt in

LEVITICVM.
Caput primum.

Ebr.	*Verſ.* 2.	*Vulg.*
De bobus & צֹאן.		De bobus & ovibus.

CAjet. *Corrige literam, de bobus & * pecudibus, non ſignificantur oves, ſed eſt nomen commune ovibus & capris.* Sic & שֶׂה denotat tam parvum ex ovibus quam ex capris, inquit Kimchi. Vide quæ notavimus ad Exod. 12. Vt בָּקָר generale eſt ad majora paſcualia, ita צֹאן ad minuta; Latini armenta & greges dicunt. Capitur interdum pro una tantum ſpecie, ovium, 1. Sam. 25. 2. ubi contra diſtinguitur capris. Caprarum, Gen. 31. 12. Pro ovibus & capris ſimul, paſſim, & nominatim hic, ut ex collatione verſus 10. liquet, *Si de* צֹאן *erit oblatio, de ovibus vel de capris.* Itaque hic Trem. *τὸ* צאן optime reddidit, *ex ovibus ſive capris.* Aben. מן הצאן .i. מין כבש ועז de ſpecie ovium & caprarum. Idem R. Levi & Oleaſtrius & Vatablus.

* *Quid ſi, gregibus?*

Ebr.	*Verſ.* 3.	*Vulg.*
Ad oſtium tentorii conventus offeret eum לִרְצֹנוֹ לִפְנֵי יהוה.		—— ad placandum ſibi Dominum.

T Ebr.

Ebr. ad verbum teſte Steucho, *Secundum voluntatem ſuam coram Deo. Et teſte Cajet. ad voluntatem ſuam faciei Domini. Et dicendo, ad voluntatem ſuam, procul dubio hominis offerentis tempus liberum decernitur, hora vid. quam elegerit ipſe offerens.* Et Benedictus Pariſ. ait in Ebr. haberi, *ad nutum ſuum coram Domino.* Iterum Steuchus, *Hier. retulit ad ipſum Deum, ſed tamen de eo dicitur qui offert.* Aben. *offeret illum ſponte ſua non invitus.* Vide & Oleaſt.

Verſ. 5.

Ebr.	*Vulg.*
Et ſpargent ſanguinem ſuper altare circum.	Fundentes (ſc. ſanguinem) per altaris circuitum.

Hanc diverſitatem notavit Benedict. Pariſienſis. Ego vix eum notaſſem, niſi Cajet. mihi hic aurem vellicaſſet. Sic n. ille, *Interpres conjunctionem abſtulit, ſicut & aſperſionis nomen mutavit & tacuit præpoſitionem* ſuper, *legendum eſt*, Et aſp. ſang. ſuper alt. in circuitu &c. *Non n. altaris nomine intelligitur ambitus tigillorum, ſed ipſum corpus altaris, ſuper quod fiebat holocauſtum*, Hæc Cajet.

Verſ. 9.

Holocauſtum, ſacrificium ignitum, odorem ſuavitatis Domino.	In holocauſtum & ſuavem odorem Domino.

Vox אשה plane eliſa, quod & ſupra notavimus, ſæpeq; in hoc libro recurret, ſuffecerit hîc ſemel notaſſe.

Verſ. 15.

Ebr.	*Vulg.*
Et ungue ſecabit caput ejus & adolebit ſuper altare, & exprimetur ſanguis ſuper parietem altaris.	Et retorto, ad collum capite ac rupto vulneris loco decurrere faciet ſanguinem &c.

Ebraice

Digitized by Google

Ebraice eſt מָלַק, quod *ungue ſecare* ſignificat. Sic R. Sal. & alii. Alii rumpere, abrumpere reddunt. Extat iterum Lev. 5. 81. nec alibi quod ſciam. Miror itaque quid viderit Vulgatus, dum retortionis meminit & vulneris. Cajet. *Nihil hic dicitur de tortione colli, nec de vulnere*. Benedictus in margine textum ſic corrigit, *Rumpet caput ejus*.

2. Hæc verba והקטיר *& adolebit vel incendet ſuper altare*, plane omiſſa ſunt, niſi quis dixerit iis hæc in Vulg. reſpondere, *& rupto vulneris loco*, quod certe eſſet ridiculum interpretamentum.

3. Vbi Ebræus tertus jubet expreſſionem ſanguinis, Vulgatus ſimpliciter vertit, *decurrere faciet*. Cajetanus, *non ſufficit legi decurſus ſpontaneus ſanguinis, ſed exigit expreſſionem ſanguinis, ne pars ſanguinis moriatur in turture*.

A nobis ſtat Chaldæus qui ſic vertit: *Abrumpat (vel ungue ſecet; ſic n. hanc candem vocem Fagius reddidit Levit. 5. 8.) caput ejus, incendatque in altari atque exprimatur &c.* Nec non LXX. ſi bene eorum verſio examinetur, καὶ ἀποκνίσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ὁ ἱερεὺς καὶ στραγγιεῖ τὸ αἷμα &c. Quæ Cl. Druſius ſic vertit: *Et ungue ſecabit caput ejus & imponet ſuper altare & exprimet ſanguinem*. Vulgo reddunt ἀποκνίσει retorquebit, quomodo & Vulgatus forte accepit, ſed Lexica nos docent ſignificare potius ungue aliquid abſcindo vel abrumpo, vellico. Sic H. Steph. in Theſauro quem hic citat Druſius: Ego addo Lexicon Geſneri & Hartongi, Ἀποκνίζω, vellico, amputo, evello, decerpo. Et Lexicon Heſychii, ἀποκνίζε, ἀπότιλλε. Sed quid ἀποτίλλω? revello, evello, vellico: nec hic uſquam comparet *retorqueo*. Similiter & vocem στραγγιεῖ video expreſſam in verſione τῶν LXX. per *effundet*, cum tamen στραγγίζω etiam ſit *ex-*

primo. Heſych. Σεργγίζει, πιέζει.

Ebr. *Verſ. 16.*	*Vulg.*
Et removebit מראתו cum plumâ (.i. plumis) ejus.	Veſiculam vero gutturis & plumas projiciet &c.

Hanc verſionem taxat Hyperaſpiſtes & Patronus Vulgati Steuchus, cujus periculo locum dedi in cenſurâ mea huic loco. Is ergo dicit, in Ebræo hujus veſiculæ nullam eſſe mentionem, locumque ſic reddendum, *Et auferet quod apparet cum pennis ejus*, Et addit interpretationem ſuam, *Et per hoc, quod apparet, intelligitur roſtrum, utpote quod extat & eminet. Sic tranſtulerunt etiam Lxx.* καὶ ἐκβαλεῖ τὸν πρόβολον *&c .i. projiciet roſtrum. Sic exponunt etiam peritiores Ebræi.* Hæc Steuchus. Dicam ingenue quod ſentio. Manum calculumque; quominus Vulgatum hic damnem, tenent multæ conſiderationes, quæ me huc trahunt, ut putem temere hic Vulgatum incuſatum a Steucho. Nec enim originatio vocis adverſatur *veſiculæ gutturis*, vel, ut alii, *ingluviei*. Et ea enim prominet & in avibus apparet. Intelligo ſinum iſtum in avium gutture prominentem, in quem cibos recentes ingerunt. Quod a. de peritioribus Ebræis aſſerit, vereor ut probari queat. Certe Kimchi contra eum eſt, & R. Salomo, & Chaldæi Interpretes tres. Nec a LXX. tantillum juvatur, imò eos ſibi adverſos habet; atque hic fons erroris eſt, ecce n. pro πρόλοβος, quod in codicibus, quos ego inſpexi, omnibus, ille legit πρόβολος, literis λ & β tranſpoſitis. Iam vero πρόλοβον receptaculum ciborum in avibus eſſe, quod ingluviem vocant, omnia lexica docent.

Verſ. 17. Redundant hæc verba, *nec ferro divides eam.* Certe & a LXX. & a Chald. abſunt.

Caput

Caput ſecundum.

VErſ. 6. in ſine deſiderantur hæc verba מנחה הוא. Oblatio eſt, vel ut placet Pariſienſi Theologo, *ut ſit oblatio.*

Ebr. *Verſ. 14. & 16.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Spicam virentem toſtam igne גרש ברמל.	De ſpicis adhuc virentib. torrebis igni & confringes in morem farris &c.
16. Et adolebit ſacerdos memoriale ejus מגרשה & de oleo ejus ſuper omne thus ejus: Oblatio ignita eſt Domino.	16. De qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti & olei, ac totum thus.

Illud excuſari omnino non poteſt, quod in fine verſus 16. ea verba אשה ליהוה omiſſa ſint. Cætera caſtigabo verbis & periculo Steuchi ſtrenui iſtius Vulgatę Patroni, verba ejus, *His nominibus* גרש ברמל *ſignificatur omne maturum, pertinetque ad omne frugum genus, non ad frumentum ſolum. Nam ſpicæ ſolum de tritico intelliguntur; ideoque ea omnia appellantur a Lxx.* προγεννήματα χίδρα. *Illud quoque obſervandum, quod* minime recte *habetur in noſtra editione, & confringes in morem farris, hoc enim non habent Ebræorum codices, præterea nuſquam id præcipitur. Tacetur etiam a Lxx. quare redundat* &c. Et ad hæc verba verſus 16. *Partem farris fracti*, ſic ait, *Hoc quoque male poſitum & ex ſuperiore pendens errato, hæc n. oblatio ad omnes fruges refertur. Nam far fractum quorſum tendit?* Similiter Cajet. *Iuxta Ebr. nihil dicitur de farre, nec fractionis, nec contuſionis fit mentio.* Quæ poſteriora infringi poſſent authoritate R. Salom. qui ait גרש habere לשון שבירה ſignif. fractionis. Cæteri tamen omnes fere exponunt, *contuſum*, triticum contu-

Digitized by Google

ſum & כרמל ſpicam virentem. Vnde Pagninus, *triticum contuſum ſpicæ viridis.* Druſius *quod tuſum eſt ſpicis virentibus.* Sic Kimchi in Radicib. & LXX. *χίδρα ἐρείκτα* ſpicas virentes comminutas. Oncelos, רכיכן .i. interp. Fagio, *ſpicis contritis & teneris.* Vides ut nullibi farris fiat mentio.

Caput tertium.

Ebr. *Verſ. 7.*	*Vulg.*
Si vero agnum offeret oblationem ſuam, offeret eum coram Domino.	Si agnum obtulerit coram Domino, 8. ponet manum &c.

CVm verſus abſolvat ſententiam per ſe, tamen vulgatus eum jungit cum ſequenti, hemiſtichio poſteriori expuncto. Chaldæi nihil hic prætermisêre, ut nec LXX. Ii enim ſic habent *καὶ ἄρνα προσαγάγῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ, προσάξει αὐτὸ ἐναντι Κυρίου.* Notavit & Steuchus.

Ebr. *Verſ. 9. 10.*	*Vulg.*
Et offeret de ſacrificio pacificorum ignitionem Domino, adipem ejus, caudam integram, e regione ſpinæ dorſi removebit eam: & adipem operientem inteſtinum & omnem adipem qui eſt ſuper inteſtinum.	9. Et offeret de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino, adipem & caudam totam.
10. Et duos renes & adipem qui ſuper eos, qui ſuper ilia, & reticulum quod ſuper jecur, cum renibus auferet illud.	10. Cum renibus & pinguedinem, quæ operit ventrem & univerſa vitalia & utrunque renunculum cum adipe, qui eſt juxta ilia, reticulumque jecoris cum renunculis.

Plane hic exciderunt ea verba לעמת העצה יכירנה, è regione τῦ ὀρθοπυγίυ vel ut alii malunt, τῦ ὀῤῥοπυγίυ .i. *ſpinæ dorſi removebit eam*, ut de cæteris omiſſis & tranſpoſitis nihil jam dicam. Chaldæus certe לקבל שורתא *e regione ſpinæ dorſi.* R David Kimchi, העצה *eſt extremum ſpinæ dorſi* &c. Sunt qui putant illa לעמת העצה a vulg. reddita, *cum renibus.* Verum ea potius reſpondere arbitror his Ebraicis שתי בליות, quæ initium verſ. 10. occupant. Alias n. iſta a Vulgato fuiſſent prætermiſſa. Vide Oleaſtr.

Ebr.	*Verſ. 11.*	*Vulg.*
: לחם אשה ליהוה		In pabulum ignis & oblationis Domini.

Cum vocem, אשה, nuſquam adhuc expreſſerit vulgatus per ignem vel aliquod aliud Synonymum, hic demùm per duas voces expreſſam video; ſi hic Interpres ipſe Endyadin, quam vocant, ſpectaverit, ajo docte verſum, *Ignis & oblationis* .i. oblationis ignitæ. Simile Ier. 29. *Finem & expectationem* .i. finem expectatum. Sic apud Poëtas, arma virumque cano, pateris libamus & auro, frænum chalybemque momordit. Sed dum לחם vertit *pabulum*, merito quis poſſit ſuſpicari nihil tale a vulgato ſpectatum, eoque magis huc inclino, quod videam, Steucho hanc verſionem non ſatisfeciſſe. Sic enim ille ad hæc verba, *Pabulum ignis*] *Imo non ad ignem refertur, ſic n.* לחם אשה ליהוה .i. *Panis ſacrificij Domino. Panis igitur is Dei, non ignis, eſſe perhibetur.*

Ebr.	*Verſ. 14. 16.*	*Vulg.*
Et offeret ex eâ oblationem ſuam אשה ליהוה .i. ignitam oblationem Domino.		Tollentque ex eâ in paſtum ignis Dominici.

cibus

— cibus oblationis ignitæ in odorem ſuavitatis.	— in alimoniam ignis & ſuaviſſimi odoris.

אשה ignem interpretatur & קרבנו paſtum, aut vox Ebræa prætermiſſa eſt, & τῷ אשה hæc reſpondent, *in paſtum ignis*. Vtrunque male. Cajet. *In Ebræo nihil eſt de paſtu*. Vide etiam Benedictum in marginalibus.

Caput quintum.

Ebr. Verſ. 2.	*Vulg.*
Aut anima, quæ tetigerit ullam rem immundam, aut cadaver feræ immundæ, aut cadaver beſtiæ immundæ, aut cadaver reptilis immundi, & abſconditum fuerit ab eo, ipſe immundus erit & delinquet.	Anima quæ tetigerit aliquid immundum, ſivequod occiſum a beſtia eſt, aut per ſe mortuum eſt, aut quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ ſuæ, rea eſt & deliquit.

MVlta in hac verſione obſervanda veniunt. 1. hic neglectam particulam diſiunctivam או, *aut*, quæ & verſ. 3. & 4. neglecta eſt, non fruſtra tamen adhibita. Quodlibet n. horum peccatorum vel caſuum eodem ſacrificio expiari jubet Deus. 2. quod hęc verba בנבלת חיה טמאה *cadaver feræ immundæ*, ſic reddita ſint, *ſive quod occiſum a beſtiâ eſt*, quæ longe diverſa, nec n. ea interpretatio vocem טמאה immundam expreſſit, nec vox *occiſa* in textu eſt, nec intelligit Moyſes *omne animal a beſtia occiſum*, ſed cadaver immundæ, & quidem non a beſtiis tantum, ſed & ab homine interemptæ. Chald. melius, *aut cadaver beſtia immunda*. Notarunt hanc diverſitatem Benedict. Cajet. & St. 3. hæc verba נבלת בהמה טמאה *cadaver beſtia immunda*, ſic expreſſa eſſe, *aut per ſe mortuum eſt*,

eſt. Steuchus, *De hoc nulla eſt in Ebræo mentio:* Nec Chald. meminit, nec LXX. imo hi contra, τῦ θηελαλώτυ, a fera captæ. Enumerat tantummodò textus tria cadaverum genera, cadavera ferarum, cadavera non ferarum beſtiarum & cadavera reptilium, in quo poſteriori quoque non omni culpâ vacat Interpres, ubi enim ipſe tantum habet, *aut aliud quodlibet reptile*, Ebræi habent, *aut cadaver reptilis immundi*. Vt nihil de voce *immundi* omiſſa dicam, omne n. reptile immundum fuiſſe ajunt, certe vox נבלת omitti non debuit, nec n. quomodo ex ſuperioribus ea vox neceſſario deduci repetique poſſit, video. Vide Oleaſtr.

Verſ. 12. hæc verba, על אשי יהוה חטאת הוא i. *ultra ignitas oblationes Domini, oblatio pro peccato eſt*, omiſſa ſunt.

Verſ. quoque 13. non omnia expreſſa ex collatione patet. Fideliores longe hic ſe præbuêre Senes & Chaldæus Paraphraſtes.

Verſ. 15.

Ebr.	*Vulg.*
Anima cum prævaricata fuerit prævaricationem & peccaverit per errorē e ſanctitatibus Domini, adducat oblationem pro delicto Domino, arietem perfectum de pecudibus, cum ęſtimatione tua, argento ſiclorum, prout eſt ſiclus ſacer, pro delicto.	Anima, ſi prędvaricans cęræmonias per errorem in his quæ Domino ſunt ſanctificata, peccaverit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, juxta pondus ſanctuarii.

Nulla vox eſt, quæ ceræmonias ſignificat. Conſtruitur n. verbum cum verbali ſuo, ſi prævaricata fuerit prævaricationem (כי תמעל מעל) ut apud Latinos, gaudere gaudium &c. Sic dico, in Ebræo eſt nomen מעל deſcen-

dens a verbo מעל, quod ipſe vulgatus prævaricari reddidit.

Qui emi poteſt duobus ſiclis] nec vox dualis in Ebræo eſt, nec ullum numerale, ſed ſimpliciter כסף שקלים .i. ad verbum, argentum ſiclorum. Hypallage, pro, ſicli argenti .i. ſicli argentei. Sic & apud LXX. *τιμῆς ἀργυρίȣ σίκλων*, quod itidem invertendum eſt. Oncelos סלעין בכסף: hoc vult Dominus, offeret arietem cum æſtimatione tua ô ſacerdos .i. cum ea ſumma pecuniæ, qua tu æſtimabis damnum ſacris illatum. Sed quærat aliquis, cum indefinite dicat *ſiclos*, quot intelligendi ſint? Video Ebræos fere pro vulgato eſſe, ut R. Salomo, R. Levi & alii. Sed mea hæc ſententia eſt, ubi ſcriptura indefinite loquitur, noſtrum non eſſe in verſione definire. 2. Scripturam hîc de induſtria indefinite locutam. Linquit enim æſtimationem damni, quod non æquale ſemper datur, diſcretioni ſacerdotis. Cautior expoſitio Abenezræ, qui exponit, *ad minimum duobus*. Nam inquit מעוט רבים שנים: *Minimum multorum ſunt duo*. Qua expoſitione indefinita adhuc manet taxatio, idque optime, & ex mente Moſis. Si vero illud בערכך ſic placeat accipere, *juxta æſtimationem tuam*, ut referatur ad limitationem pretii arietis, de quo nolim contendere, nihilominus vox *duobus* explodenda videtur, niſi quis hanc forte reſtrictionem Abenezræ addiderit, *ad minimum*. Quomodo enim probabitur, non licuiſſe majoris pretii arietem immolare?

Caput quartum.

Ebr. *Verſ.* 2.	*Vulg.*
Et prævaricata fuerit prævaricationem contra Dominum.	Et contempto Domino.

DE his vocibus Ebræis ſupra dictum a nobis eſt. Quin nec hoc prætereundum eſt, verſu 2. ubi quatuor caſus in

ſus in Ebræo referuntur, Vulgatum tantummodò retuliſſe tres, quod ex collatione patebit.

Ebr. *Verſ.*	2. *Vulg.*
Anima quum —— & 1. mentita fuerit proximo ſuo in depoſito: או בתשומת יד 2. aut in depoſitione manus. 3. aut in rapto. 4. aut vim fecerit proximo ſuo.	Anima quæ —— 1. negaverit proximo ſuo depoſitum, quod fidei ejus creditum fuerat. 2. vel vi aliquid extorſerit. 3. aut calumniam fecerit.

Ecce verba iſta או בתשומת יד non accepit diſiunctive, ut cogebat particula או, ſed quaſi exegetice. Ignoravit proculdubio quid hæc phraſis ſignificaret. Iun. & Trem. optime reddidêre, *aut de ſocietate.* Sed quid eos memoro? LXX. quibus in os contradicere pudebit, niſi me animus fallit, pontificium, *ἢ περὶ κοινωνίας*: quid clarius? diſiunguntur a ſuperiori per *ἢ*, *aut.* Et doctiſſime reddiderunt *κοινωνίαν*. Eſt n. hæc *poſitio manus* nihil aliud, phraſi Ebræa, quam *ſocietas* negotiationis, q. d. ſi negârit datam ſibi pecuniam negotiationis communis cauſa. Kimchi dicit eſſe locutionem Ebræam, pro ſocietate qua duo in aliqua negotiatione pecuniam habent communem. Sic *ponere manum* Exod. 23. pro ſocietatem inire, optime accipi poteſt. Sunt tamen inter Hebræos, qui de mutuo exponunt, in quo, inquit R. Levi, manus ponitur ejus qui accipit. Oleaſtrius, *aut per depoſitum intelligit pecuniam depoſitam, Et per traditum, ſeu datum in manum, alias res traditas in cuſtodiam alterius.* Sed ſciendum in Ebr. non eſſe, *datum in manu* ſed, *Poſitionem manus.* Vt ut ſit, membrum hoc a præcedenti per או diſiungitur. Chald. & LXX. pro nobis ſunt, & Cajetanum habemus noſtræ huic caſtigationi faventiſſimum. Integer verſus 4. apud vulgatum deſideratur una cum parte verſ. 5. Quum ergo peccaverit

caverit & deliquerit, tunc reddet raptum quod rapuit, aut vi extortum, quod vi extorſit, aut depoſitum quod depoſitum fuerit apud ipſum, vel amiſſum quod invenerit. 5. Aut de quacunque re ex omnibus, de quibus juravit falſo &c. Et in fine verſus hæc omiſſa ביום אשמתו *in die oblationis pro delicto ſuo.* Cajetanus, *Subjunguntur in Ebr. duæ conditiones ſervandæ in hac reſtitutione, altera, cui ſit reſtituendum, dicendo &c. Altera, quando ſit reſtituendum, nempè in die ſacrificij ejus pro delicto. Priorem conditionem ſatis expreſſit, poſteriorem penitus neglexit.*

Ebr.	*Verſ. 9. juxta alios 2.* *Vulg.*
Ignis altaris ſuccendetur בו in eo.	Ignis ex eodem altari erit.

Addam tantum verba Steuchi, *Obſcura interpretatio & forte codices mendoſi, ut pro,* ex, *legendum ſit,* in. Non potuit tamen Steuchus hoc Romanis correctoribus perſuadere, licet & codices quidam, teſte Luca Brugenſi, legerint *in* pro *ex*.

Verſ. 11. Hæc verba plane redundant, *uſque ad favillam conſumi faciet.* Ideo & Cajet. & Benedictus hæc obelo confodêre.

Ebr.	*Verſ. 17.* *Vulg.*
Non coquetur fermentatum, partem eorum dedi illud ex ignitis meis.	Ideo autem non fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incenſum.

Iure optimo hunc locum caſtigavit is, qui ejus patrocinium ſuſcepit, Steuchus, *Imo,* inquit, *non refertur ad Deum* (ſicut Vulgatus refert) *ſed ad Aaron & filios ejus, hoc modo, partem eorum dedi eam ex ſacrificijs meis. Dedi, inquam, ex omnibus partibus, quæ mihi offeruntur, hanc eſſe eorum partem,*

Digitized by Google

tem, hoc modo etiam Lxx. *μερίδα αὐτοῖς αὐτὴν ἔδωκα ἀπὸ τῶν καρπωμάτων Κυρίου.* Hæc Steuchus, cui per omnia hic ſuffragantur Cajet. & Benedict.

Ebr. *Verſ. 21. & 22.*	*Vulg.*
21. In craticula in oleo fiet: frictam. afferes eam, coctiones muneris per fruſta offeres in odorem quietis Domino.	Quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur: offeret autem eam calidam, in odorem ſuaviſſimum Domino, ſacerdos, qui jure patri ſucceſſerit, & tota cremabitur in altari.
22. Et ſacerdos unctus pro eo (.i. in locum ejus) ex filiis ejus faciet illam, ſtatutum perpetuum Domino, tota ſuffietur.	

Multa hic commiſſa ſunt fideli Interp. indigna. Leve eſt quod duos verſus conferruminavit. Illud majus, quod תופיני מנחת פתים reddiderit, *offeret eam calidam.* Vt ut enim hæc Mincha calida fuerit oblata, nihil tamen ejuſmodi in textu innuitur: quod ſi forte arbitratus eſt, vocem תפיני aut פתים calidum ſignificare, turpior lapſus fuerit. Malo itaque credere de ſuo Vulgatum adjeciſſe *τὸ Calidam* & voces תפיני פתים plane neglexiſſe. Fideliores hic ſe præſtitêre antiquiſſimi Interpretes Oncelos & LXX. quorum ille ſic vertit, תופיני מנחת בצוען .i. Interprete Fagio, *decoctas Minchæ particulas,* LXX. *θυσίαν ἐκ κλασμάτων.* Hoc denique notetur, verſ. 22. hæc verba חק-עולם ליהוה *ſtatutum perpetuum Domino*, plane præterita, quæ tamen Chaldæus Oncelos expreſſit his verbis, קים עלם קדם יי. Et LXX. *νόμιμον αἰώνιον τῷ Κυρίῳ.* Vide hic Cajet. & Benedict.

Caput ſeptimum.

Ebr. *Verſ. 14. alijs 4.*	*Vulg.*
Offeretque ex eo unum panem ex omni oblatione oblationem Domino.	Ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino.

STeuchus, *De primitiis in Ebr. nulla fit mentio*, ut nec apud LXX. προσάξει ἀπ' αὐτῦ ἓν ἀπὸ πάντων τῶν δώρων αὐτῦ ἀφαίρεμα Κυρίῳ.

Ebr. *Verſ. 18. alijs 8.*	*Vulg.*
Si a. comedendo comedetur aliquid de carne ſacrificii pacificorum ejus, die tertio, non placebit offerens illud, neq; imputabitur illi; abominatio erit, & anima comedens ex eo iniquitatem ſuam portabit.	Et ſi quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunq; anima ſe tali edulio contaminaverit, prævaricationis erit rea.
19. Et caro quæ tetigerit ullum immundum, non comedetur, igni comburetur, carnem (aliam) quod attinet, omnis mūdus comedet carnem .i. eam.	19. Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, ſed comburetur igni; qui fuerit immundus (alii, mundus) veſcetur ex ea.

De eo, qui die tertio comedit de carnibus pacificorum, tria dicit textus .i. non acceptus erit ſc. Domino, non placebit ille qui obtulit. 2. Non imputabitur ei, vel non reputabitur pro ſacrificio legitime oblato. 3. Erit פגול, quæ vox cum abſtracta ſit, admodum eſt Emphatica. Alii, *abominationem.* LXX. μίασμα, inquinamentum, alii fœtorem,

torem, alii piaculum. R. Nathan, פגול *eſt res fœtida, quæ ſe mutavit in odora ſuo.* Ezech. 4. 14. *Non venit in carne* פגול *.i. fœtor.* Onc. מְרַחַק *abominandum*, deteſtandum, procul amovendum. Hæc neutiquam aſſecutus eſt Vulgatus: primum n. ſc. *non acceptus erit offerens* non expreſſit, illa vero, *irrita erit oblatio, nec proderit*, quaſi æquivalentia reſpondere videntur ſecundo, *non reputabitur*. Sic ipſe Cajet. Vulgatum intellexit, dum ſic inquit, *Vulgata ex quatuor pœnis tres tantum refert, omittendo primam, vid. non erit volitus.* Et licet τὸ פגול forte incluſum ſit verbo contaminaverit (ſunt n. ut jam dixi, qui inquinamentum reddidêre) quis tamen non videt Emphaſin eam quæ in fontibus eſt plane ſic evaneſcere. Nunquam abſtracta pro concretis de nihilo ponuntur. Optime itaque Oncelos, —— *non erit gratum, nec reputabitur &c. abominandum erit.* Et LXX. quos ſic lego, οὐ δεχθήσεται, τῷ προσφέροντι αὐτὸ οὐ λογισθήσεται, μιάσμα γάρ ἐστι:

Qui fuerit mundus] Codices alii, *immundus*. Sed Romanus, *mundus*, quomodo in Ebræo eſt. Vtraque lectio difficultatem habet. Quid n. an mundo licebat comedere immundum? An hic locum habebit illud Apoſtoli, *Mundis omnia munda?* Non puto hoc quemquam daturum. Iam vero, quomodo licuit de immundo comedere, imo quî potuit, cum jubeat Deus carnes immundas igne concremari? Steuchus hæc vidit, ac proinde ait ſententiam non recte verſam. Sed & ipſe infeliciter vertit. Ebræa ſic ſonant והבשר כל· טהור יאכל בשר.· Ea ait ſic verti poſſe, *Et carne omnis mundus* (omnis mundus carne) *comedet carnem.* Sed primo rogarem, quam carnem intelligat, cujus comeſtionem hic concedit mundo. 2. aio, illam tranſpoſitionem regentis & recti eſſe inſolitam, & tali caſu טָהוֹר mutare (ָ) primæ ſyllabæ in (ְ) vid. טְהוֹר.

Sed

Sed ipſe Steuchus,huic primę expoſitioni diffidens,aliam ſubjungit, *Et omnis caro munda comedetur*, ut ultimum בָּשָׂר ſit ſuperfluum, aut pro relativo ſerviat, ex Ebræorum conſuetudine, aut etiam יֹאכַל ſit pro imperſonali poſitum. Sed pręter hęc ſatis violenta hoc etiam conſideratum velim, violentam eſſe illam ſigni tranſpoſitionem. Hoc itaque fixum maneat, כָּל-טָהוֹר referendum ad hominem, ut ſignificet, *omnis mundus*, unde & ſeptuaginta Senes, *πᾶς καθαρὸς*, Et per carnem non aliam quam licitam intelligi. Hæc ergo interpretis culpa eſt, quod, cum aliàs citra neceſſitatem tam liberalis Paraphraſtes ſit, hic tam parcus fuerit. Neceſſario n. vox *alia*, vel, *reliqua*, vel *ſacra* ſupplenda eſt. Druſius, *aliam*. carnem *aliam* quod attinet, eam &c. Iun. reliquam, Onc. & Ionathan *ſacram* ſupplêrunt. Verba Onceli: *Carnem autem* קודשא *ſanctitatis omnis qui mundus eſt ad ſanctificationem comedet carnem ſanctificatam*. Sic dico, poſterius בשר ponitur pro pronomine relativo, prius abſolute ponitur. quales nominativos abſolute poſitos ſolent *περιφράζειν* per, quod attinet. Apoc. 2. 26. *ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ* & 3. 21.

Ebr. *Verſ. 30. alijs 23.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Manus ejus adferent ignitiones Domini, adipem cum pectuſculo afferet, pectuſculum quidem ad agitandum illud agitatione coram Domino.	Tenebit manibus adipem hoſtiæ & pectuſculum, quumque ambo oblata Domino conſecraverit, tradet ſacerdoti.

Ebr. *Verſ. 32.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Armum a. dextrum dabitis ad elevationem ſacerdoti de ſacrificiis pacificorum.	Armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias ſacerdoti.

Non

Digitized by Google

Non exprimit Vulg. ceræmonias, nec ulla primitiarum in Ebræo mentio eſt. Verſ. 30. אשי יהוה plane prætermiſit. Sic verſ. 24. aliis 14. hæc verba, *Sed comedendo non comedetis illam*, Et verſ 26. *In omnibus habitationibus veſtris*, omnino neglecta ſunt interpreti.

Ebr.	*Verſ. 35.*	*Vulg.*
מֵאִשֵּׁי יהוה :		In cerẹmonias Domini.

Quæ vel probabilis ratio afferetur, quis alicuius authoritatis lexicographus producetur, qui afferat אשי ſignificare ceræmonias? Iam ante ipſe Vulg. verſ. 5. *incenſum*, alibi, *oblationem* vertit. Thema extra controverſiam eſt אש, unde vel *ignitionem*, vel ignitam oblationem, vel ſacrificium igne abſumendum amant hanc vocem reddere docti Interp. Et ne hic oggerat Ieſuita aliquis, quod Bellarminus aſſolet, cum aqua ipſi in Ebr. vocibus hæret, nim. plus credendum eſſe LXX. & veteribus, quam Lexicis, obſerva, LXX hic habere, ἀπὸ τῶν καρπωμάτων Κυρίου, *de oblationibus Domini*. Et Onc. מקרבניא דיי, de oblationibus Domini. Cajet. quoque & Benedictus hæc notarunt. Steuchus hic elinguis eſt.

Verſ. 37 alijs 27.

Deſideratur in Ἀνακεφαλαιώσει vox למנחה, *de munere*. Sex n. recenſentur in textu Ebr. V. vero in Vulg. LXX. quoque numerum ſenarium retinuêre, ſed vocem מנחה θυσίαν, ut & alibi, reddidêre. Vide Oleaſtr. qui & illud notat non bene Theologos Latinos ſacrificiorum genera enumerare.

Caput octavum.

Ebr.	*Verſ. 9.*	*Vulg.*
Laminam auream, coronam ſanctitatis, נזר קדש.		Laminam auream conſecratam in ſanctificatione.

Nezer extra controverſiam coronam ſignificat, unde Chaldæus Oncelos כלילא reddidit. Et Ioſephus antiquit. 8. 2. *στεφάνην* vocitavit. Exod. 29. 6. eandem *vocem* Vulg. laminam reddit, ad ſenſum non male. Et 39: 30 hæc verba, ציץ נזר הקדש ſic reddidit, laminam ſacræ venerationis. Ex qua verſione quomodo, quæſo te, deprehendat quis & intelligat, in coronæ modum ac figuram laminam illam fuiſſe efformatam. Philo lib. 3. de Moſe *χρυσοῦν δὲ πέταλον ὡσανεὶ στέφανος ἐδημιουργεῖτο, τέτταρας ἔχον γλυφὰς ὀνόματος*. Et diſerte huc alludens Hieronymus Epiſt. ad Fabiolam, de veſte ſacerdotis, agens de lamina ſic ſubjicit, *totamque pontificis pulchritudinem Dei vocabulum CORONET & protegat*. Et paulo poſt, *Lamina aurea rutilat in fronte, nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei ſcientia CORONEMUR*. Vid. Cajet. Benedict. & P. Fabrum Semeſtrium lib. 2. cap. ultimo.

Verſ 34 & 35.

Ebr.	*Vulg.*
Quemadmodum fecit in die hac, præcepit Dominus facere ad expiandum vos.	Sicut impræſentiarum factum eſt, ut ritus ſacrificii compleatur.
35. Et ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ manebitis die ac nocte ſeptem diebus, obſervabitiſq; obſervationem coram Domino, & non moriemini.	35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo, obſervantes cuſtodias Domini, ne moriamini.

Ebræa ad verbum fideliſſime expreſſerunt & LXX. & Chaldæus Oncelos, ut de cæteris taceam.

Caput

Caput nonum.

Ebr. · *Verſ. 15. & 16.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
ויחטאהו בראשון 16. Et obtulit holocauſtum & apparaverat illud juxta morem.	Expiatoq; altari fecit holocauſtum.

VErſ. 16. extra omnem controverſiam verba illa ויעשה כמשפט *& fecit ſive apparavit illud juxta conſuetudinem*, omiſſa ſunt, quæ tamen *οἱ* LXX. expreſſerant his verbis, *ϗ ἐπόιησεν αὐτὸ ὡς καθήκει.* Et Chald. ועבדה כרחזי, *Et fecit illud ſicut conveniebat.* Deinde verba ultima verſ. 15. neſcio quomodo ad expiationem altaris referat. Fateor vocem חַטֵּא ſignificationem expiationis habere, ſed quare ad altare referenda ſit non video. Cajetanus docte ad hunc locum., *In Ebræo habetur*, & fecit Chatath ipſum ſicut primum .i. *ſicut primum ſacrificium pro peccato. Idem enim erat modus offerendi pro peccato pontificis & pro peccato populi.* Et paucis interjectis, *Dictio autem interpretata*, fecit Chatath, *ex penuria vocabuli ſic eſt interpretata, Ebræi n. a.* Chatath, *deducunt verbum, quaſi chatatavit, ſed nos carentes nomine caremus & verbo.* Ad hunc modum Pagn. *& pro peccato obtulit ipſum.* Sic & R. Sal. Piſcator, *ad verbum peccatificavit.* Sed exponamus ut vulgò ſignificat, *expiabitque*, nihil & illud ad altare attinebit, exponendum enim tum erit affixum per ablativum, *eo*, quomodo Oncelos, *Expiationem fecit ſanguine ipſius.* Sic & Ionathan & Abenezra, ſi bene eum aſſecutus ſum. Et LXX. dum vertunt *καὶ ἐκαθάρισεν αὐτὸν*, ad altare non retulerunt, id quod pronomen maſc. evidenter evincit. Tunc enim *αὐτὸ* genere neutro dicendum fuiſſet, *θυσιαστήριον* enim ex neutris eſt.

Ebr. *Verſ.* 17.	*Vulg.*
Obtulit & Mincham, implevitque manum ſuam ex ea, & adolevit ſuper altare præter (מלבד) holocauſtum matutinum.	Addens in ſacrificio libamenta, quæ pariter offerantur, & adolens ea ſuper altare, abſque ceræmoniis holocauſti matutini.

Primò in vulgato nullum veſtigium *impletionis manuum* comparet, quæ ceræmonia hic ſpecialiter tamen obſervanda venit, quam & Chaldæus & LXX. fideliſſime expreſſerunt, hi, dum vertunt, *ϗ ἐπλησε τὴν χεῖρα ἀπ' αὐτῦ*, ille, ומלא ידה מנה *& implevit manum ſuam ex ea*. 2. nihil in Ebræo eſt, quòd *ceramonias* ſignificet. 3. Vox *abſque* plane contrarium ſenſum verbis Ebraicis videtur inferre. Hoc enim vult textus Ebr. holocauſtum nunquam fuiſſe intermiſſum, atque hæc omnia oblata ab Aharone eſſe initio pontificatus, abſque omiſſione holocauſti matutini, verba ſunt Cajetani. Atqui meo quoque judicio non peccaſſet Vulgatus, ſi retenta voce *abſque*, loco *ceræmonijs* poſuiſſet *omiſſione*. Hanc interpretationem, ut מלבד ſignif. *præter*, firmat uterque Chaldæus, & quidem Onkelos ſic convertit בר מעלת צפרא *præter holocauſtum auroræ*. R. Sal. *Omnia iſta fecit poſt holocauſtum juge.* Ergo cum holocauſto, non abſque eo. R. Levi. *Holocauſtum matutinum obtulit ante has oblationes omnes, juxta morem.* Ita & Hiſcuni, quibus aſtipulatur Iunius in Notis ſic inquiens, *præter juge cum munere ſuo. Nam hoc nulla cauſa intermittebatur, ſed reliqua præcedebat*, Exod. 29 38.

Vide Oleaſtr. quoq; ad hunc locum.

Caput undecimum.

Ebr. *Verſ.* 3.	*Vulg.*
כל מפרסת פרסה ושוסעת שסע פרסות	Omne quod habet di-

.i. *omne* animal *dividens ungulam & findens fiſſuram ungularum*, & aſcendere faciens rumen &c. comedetis.

bet diviſam ungulam & ruminat &c. comedetis.

CAjetanus, *In textu Ebræo tres exiguntur conditiones ad hoc ut animal mundum habeatur. 1. ut dividat ungulam. 2. ut findat fiſſuram ungularum. 3. ut ruminet.* Ebr. ad verbum, *aſcendere faciens rumen* .i. cibum ruminis. גֵּרָה formæ כִּנָּה a גָּרַר attrahere. plane quemadmodum Græci *μηρυκίζειν* & *μηρυκάζειν* dicunt, *παρὰ τὸ μηρύκειν*, attrahere. *Iam vero Vulgatus*, inquit Cajetanus, *duas priores coëgit in unam.* Vide eum, nec non Bened. in margine. Chaldt quoque duo priora diſtinxit, *quidquid dividit* פַּרְסְתָא *ungulas & findit fiſſuras ungulæ ſuæ &c.* Et LXX. *πᾶν κτῆνος διχηλοῦν ὁπλὴν, καὶ ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζον δύο χηλῶν.* Manifeſtum horum duorum diſcrimen apparet verſ. 26: *Omne animal quod dividit quidem ungulam, at non findit fiſſuram ungularum* &c. Kimchi cum aliis Ebræis in eo conſtituit diſcrimen, quod פרסה ſignificet ungulam diviſam, ſed non per totum, ut cum eſt ſuperne diviſa, inferne connexa, ut in camelo, urſo, cane &c שסע vero, quando ungulæ & ſuperne & inferne ſunt fiſſæ, ut in ove, bove &c. Huic opinioni obſtare videtur verſus ſequens, ubi Camelus dicitur non dividere ungulam, ne ſuperne quidem, Quid ergo ponendum diſcriminis inter hæc duo? Malo te iſtud verbis Cl. atque in his literis verſatiſſimi Theologi Fr. Gomari intelligere, qui ſic ad me in Epiſt. privatâ;

De loco difficiliori Lev. 11. 3. putarem in Kimchio non tam notandum quod Camelo &c. τὸ פרס *tribuit, quam quod ſignificationem latius patentem in anguſtum cogit, citra ullam neceſſitatem.* פרס *(ni fallor)* generatim *eſt dividere, partiri: ſive id fiat in duas tantum aut plures partes; omnino aut partim; ſuperne aut inferne. Sic Eſ. 58. partiri panem egenti. Lev. 11. 3. 7. 26.* שסע *verò* ſpeciatim *eſt diffindere ſeu in duas partes perſecare,*

ut Levitici 11. 3. 7. 26. & Deut. 14. 6. Vbi etiam additione vocis שתי *latens Emphaſis exprimitur. Atque hinc ſynecdochicè aut ellipſi quadam vox* פרס *partitionem cum* שסע *conjunctam (de qua verſ. 3.) notat, ſeu in duas partes perſecare. Qua ſignif. meritò Camelo, cuniculo & lepori vox* מפריס *derogatur verſ. 4. 5. 6. prima verò generaliori rectè competit. Nam ut Camelus non habet perfectam ungulam, ſic cuniculus & lepus, licet perfectam habeant ungulam, non tamen biſidatam in duas partes, ſed in quaternos digitos diviſam; ideoque hâc ſynecdochica notione* פרס *iis non congruit. Contra verò generali ac prima ſignificatione rectè his tribus attribuitur, ideoq; Camelus, cuniculus, lepus. Levit. 11. 26. nec minus verſ. 3. ſub voce* פרס *continentur.*]

Hactenus Cl. Gomarus, quę ut mihi, ita & tibi ſatisfacient, ſpero, Lector, quiſquis hęc ſtudia colis. Ex his & illud liquet, Verſ. 26. verbum שסע malè per nudum dividere expreſſum a Vulgato,

Omne animal quod dividit ungulam (maphreſeth parſah) at fiſſuram non findit, (ſhoſagnath.)	*Omne animal quod habet quidem ungulam, at non dividit eam.*

Ebr.	*Verſ. 5.*	*Vulg.*
השפן :		Chœrogryllus.

Lyra, Cajet. Benedictus, *cuniculum* reponunt. Et Steuchus poſtquam contra Erinacium diſputaſſet, locumque ex Pſ. 104. adduxiſſet, diſerte ait, nec LXX. Interpretes nec Vulgatum rectè de hoc animali ſenſiſſe, videriq; omnino non eſſe Chœrogryllum, ſed Cuniculum. Oncelos etiam טפזא, quod Fagius Cuniculum interpretatur. Huic quoque animanti admodum favet locus Pſal. 104. ubi & LXX. λαγωὸν reddidêre, quæ vox ad cuniculum accedit proxime. Athenæus, κόνικλος λαγὼς μικρὸς, unde Hieronymus hanc vocem Prov. 30. *lepuſculum* vertit. Porro Deut. 14. itidem ut hic, cum lepore congenere animali numeratur.

Verſ. 9. vox *Stagnis* ſuperflua eſt;

Verſ. 11. τὸ תשקצו *theſhakketzu* vertit ſimpliciter, *vitabitis,*

bitis,cum vox Ebræa longe ſit prægnantior. Significat n. abominari, execrari. Ipſe Vulgatus verſ. 10. nomen שקץ *abominationem*, & hoc ipſo verſu idem nomen, *execrandum*, interpretatus eſt. Ideo & LXX. hoc loco βδελύξεσθε reddidere. Videatur & Chaldæus. Sic & verſ. 13. verborum Ebraicorum δεινότητα neutiquam aſſecutus eſt. Vbi & illud peculiariter noto, quod

Verſ. 13.] vocem Ebr. פרס *Gryphum* reddiderit, τοὺς LXX. æmulatus, qui γρύπα habent. Eam verſionem erroneam dicit Steuchus, reponitque *accipitrem* aut Aquilæ genus. Atque hic inſultat Lyræ fabuloſa quædam ex Alb. Magno & Hugutione de hac avi prodenti, Iun. Druſ. aliique *Oßifragam* vertunt. פרס a פָּרַס n. *frangere*. Fagius vocem Chald. עָיָר *Accipitrem* reddidit.

Verſ. 15. vocem מִין quam verſ. 14. *genus* verterat, *ſimilitudinem* interpretatus eſt.

Verſ. 18. vocem קָאָת reddidit *Onocrotalum*. Steuchus, *Non videtur Onocrotalum fuiſſe ponendum in Latino, ſed vel pelicanum vel plateam*. Certe LXX. πελεκᾶνα reddidêre, & ipſe Vulg. Pſal. 102. 7. Pro hoc interpretamento eſt Etymologia. קאת a קוֹא, *vomuit*, deducunt Ebræi. Iam Ariſtot. & Plinius teſtantur illud Pelicano familiare eſſe, ut ſolidas conchas devoret, eaſque calore ventriculi concoctas & jam dehiſcentes poſtquam evomuit, carnem e teſtis ſeligat, eaſque teſtis relictis comedat. Id & Ælianus prodidit lib. 3. 20. ἐξορύττουσι τὰ κρέα, inquit, καὶ ἔχουσι δεῖπνον. Iuvant & Ebræi aliquantulum, Aben. & Hiſcuni, qui ajunt non conſtare ſibi quidem de nomine ejus, ſed illud certum eſſe, ſolere eam לְהָקִיא מַאֲכָלוֹ evomere cibum ſuum. Miror quid Ariæ perſuaſerit hic ſubſtituere *cuculum*, qui tamen Pſ. 102 Pagnini *Pelecanum* reliquit intactum. An vox Ebræa, utrumque ſignificabit?

Ebr.

Ebr. *Verſ. 22.* *Vulg.*

חרגל *Hhargol.* | Ophiomachus.

Sic & Lxx. Aſſcribam judicium & cenſuram Steuchi; *Neſcio*, inquit, *cur Lxx. eo modo vocem Ebr. verterint, quæ, teſtibus Ebrais, etiam ipſa genus locuſtæ eſt. At Ophiomachus, ut nomen indicat, animal eſt, quod cum ſerpentibus pugnat, de quo nec Ariſt. nec alij boni ſcriptores quicquam prodidere; Puteque nihil omnino eſſe. Et etiamſi extaret, non fit tamen hoc loco de eo mentio. Sed ut dixi genus locuſtæ eſt.* Hæc Steuchus, cui conſentit * Oleaſtr. Sic & verſ. 19. ubi Vulg. *Charadrion juxta ſpecies ſuas*, viri docti ſubſtituunt *Ardeam*, authoritate Geſneri commoti, qui Charadrio ſpecies nullas aſſignat.

* *Oleaſtr.* Adverte, *inquit*, noſtros in his ſequi Græcos, cum potius Ebræos ſequi deberent.

Ebr. *Verſ. 29.* *Vulg.*

צָב | Crocodilus.

Et hoc ex officinâ τῶν LXX. Steuchus, *Quomodo ponetur inter muſtelam & murem Crocodilus diſſimillimus? Non ergo vertendum Crocodilus, nam ne eſculentus quidem eſt, ſed potius rana campeſtris. Sic enim exiſtimant aliqui Ebræi & ordo eo modo exigit.* Vbi Steuchus duo ſupponit, ut & ex aliis ejus ad hoc caput annotamentis liquet, 1. non prohiberi hic niſi ea animantia, quæ facile edi potuiſſent, 2. Iungi uno verſu animalia congenera, ſeu, quæ ſimilitudinem & paritatem aliquam inter ſe habeant. Interpretamentum hoc Oleaſtrius quoque reprehendit.

Verſ. 35. non fruſtra hæc addita ſunt וטמאים יהיו לכם, *& immunda erunt vobis.* Vnde & a Chald. & LXX. expreſſa ſunt. Vulgatus autem ac ſi ea divinæ legis particula non eſſent, præteriit.

Ebr.

Ebr. *Verſ. 42.*	*Vulg.*
Quicquid graditur ſuper pectus & quicquid incedit ſuper quatuor.	Quicquid ſupra pectus quadrupes graditur.

Manifeſte confundit Vulgatus quæ in Ebræo diſtinguuntur. An omne gradiens ſuper pectus pedes habeat & quadrupes ſit edoceri velim. Certe Chaldæus & Lxx. diſtinxêre. Vide & Oleaſtrium.

Caput duodecimum.

Ebr. *Verſ. 2.*	*Vulg.*
Si fœmina תזריע & pepererit maſculum.	Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſc.

VOx Ebr. הזריע dare ſemen proprie ſignificat. Ad verbum, *ſeminificaverit*. Paſſim herbis tribuitur, ubi ſuſceptio ſeminis denotari non poteſt. Viris eam vocem paſſim attribuunt Ebræi, quod nos diceremus, ſemen emitto, jacio. Itaque & Aben. exponit כִּי התן זרע *cum dederit ſemen*. Vbi & illud tradit, *Multi ajunt quod mulier, ſi prima det ſemen, maſculum concipiat; ideo ſequitur, & pepererit maſculum, Ideo ſapientes Græciæ ajunt fæminas habere ſemen, quod coagulet ſemen maris.* Ego itaque cum Aben. aliiſque doctis hoc Interpretamentum retinendum cenſeo, *ſi dederit ſemen*, urgendumq; adverſus Anabaptiſtas; qui, ut ſuos de humanæ Chriſti naturæ origine errores ſtabiliant, fœminas ſemen habere præfractè negant. Atque huc retulerim locum Ebræorum 11. 11. de Sara, εἰς καταβολὴν τοῦ σπέρματος, quod malim reddere, *ad emittendum* vel *ejiciendum ſemen*, ut excretio ſeminis Saræ ex lumbis in uterum intelligatur. Certe invenio in Lexicis,

Oleaſtrius ad hæc verba, *ſuſcepto ſemine*. ſic ait, *Bern. & Origenes hom 8. in hoc caput & Alb. magnus annotarũt, propter ea verba Moſen ab hac lege virginẽ puriſſimam excipere voluiſſe, quæ non ſuſcepto ſemine filiũ peperit. Quod optime notatum eſſet, ſi hæc lex ita in Vulg haberetur Sed cum longe aliter habeatur, non eſt locus Myſterio. &c.*

Digitized by Google

And. Laurentius quoque lib. 2. cap. 9 fœminas ſemen habere contra Ariſtot. probat.

καλαβάλλειν σπέρμα, eſſe *emittere ſemen.* Quadraret huic ſenſui, ut videtur, magis vox ἐκβολὴ, ſed magis emphaticam vocem καλαβολὴ eſſe, notavit Cl. Piſcator, utpote quâ fluxus denotatur: Theophylactus memorat; ſuo quoque ævo locum ſic expoſitum fuiſſe, indeque probatum, fœminas quoque ſemen conferre, nec omnino eſſe aſymbolas. Beza in ultima Edit. expoſuit *ejaculari ſemen*, ſed ex antecedente intelligi voluit conſequens, unde ſuppleta voce *concipiendum*, vertit, *ad ejaculatum ſemen concipiendum.*

Caput decimum tertium.

Ebr.	*Verſ. 3.* *Vulg.*
Et conſiderabit eam ſacerdos וְטִמֵּא אוֹתוֹ .i. & contaminablt eum.	Et ad arbitrium ejus ſeparabitur.

SIne neceſſitate a vocibus Ebr. receſſit Interpres. Vocem טמא, *timme*, in ſeq fere vertit contaminare, ut oppoſitum ejus טִהַר, *tihar*, mundare, quæ verba ex Ebraiſmo declarative accipienda ſunt.i.pronunciare mundum vel immundum, Sic צִדֵּק & הצדיק *juſtificare*, pro juſtum pronunciare, הרשיע improbificare .i. improbum declarare.

Ebr.	*Verſ. 31.* *Vulg.*
Cum autem conſideraverit ſacerdos plagam maculæ nigræ, & ſi quidem aſpectus ejus non fuerit profundior cute reliqua, & pilus niger non fuerit in ea.	Sin autem viderit locum maculæ æqualem carni vivæ & capillum nigrum.

Manifeſte contradicit Vulgatus textui Ebræo de pilo nigro.

Digitized by Google

nigro. Sic enim ille, ושער שחור אין בו, *Et cap. n. non fuerit in ea.* LXX. licet pro nigro habeant ξανθίζουσα, flaveſcens, negandi particulam tamen expreſſere. Vt & Chaldæus. Et Lyra, *In Ebræo habetur, & capillus niger non fuerit in eo.*

Ebr. *Verſ. 44. 45.*	*Vulg.*
Vir leproſus eſt, immundus eſt, contaminando contaminabit eum ſacerdos: In capite ejus eſt plaga ejus.	Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis,
45. Et leproſi, in quo fuerit plaga, veſtimenta erunt ſciſſa, & caput ejus nudum & ſuum שָׂפָם teget, & clamabit, immundus immundus ſum.	45. Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.

1. Verſus 44. non connectendus erat cum ſequenti, ſed cum antecedenti, ut facile cuivis parebit textum inſpecturo. 2. Nimis contraxit eundem verſiculum, & poſteriora verba, *In cap. ejus eſt pl. ejus*, plane eliſa ſunt. 3. Vbi in Ebræo eſt פְּרֻמִים ſciſſa, Vulgatus habet *diſſuta*, quod non notaſſem, niſi Steuchus dignum judicaſſet quod annotaret. Vocem שפם; quia controverſa eſt, reliqui intactam. Licet n. in edit. Veneta Chaldææ Paraph. Onceli legatur, *Et labia ſua involvet inſtar lugentis*, tamen in Complut. magis pro vulgato ſic invenio, *Os ejus involvetur panno* &c. Mihi ſi dicenda ſententia eſſet, audacter pronunciarem שפם non ſignificare os, ſed vel ſuperius labrum, vel pilum ſuperioris labri, ut vult R. David in libro Radicum, & Aben. cujus hæc gloſſa, למעלה מהשפה, ſupra labium, vel totum labritium, ut ſic loquar cum Mercero .i. quicquid infra naſum eſt, [illegible]

barbæ locum, quomodo ſuperius labrum ejuſque pili includentur, quod R. Sal. innuere videtur his verbis, שער שפתים i. pilus utriuſque labii. Hæc qui tegebat, etiam os tegebat, maxime ſi id fieret veſte in humerum rejectâ, quo multi inclinant. Senſum itaque vulgatus expreſſit.

Verſ. 48. deſunt hæc verba, *In lino aut in lana*. verſ. 49. itidem deſunt aliqua, quæ tamen ex 47. ſubintelligi quaſi ἀπὸ κοινοῦ poſſunt. Illud vero neſcio quomodo excuſari queat, quod vocem Ebr. יְרַקְרַק initio verſus 49. obviam verterit *albam*, cum *ſubviridem* potius ſignificet. Vnde & LXX. χλωρίζουσα, & Chald. ירוק viridis, ego reddidi *ſubviridis*, quomodo dicimus *ſubtriſtis*, *ſub* aliquantulum diminuente, unde temperamentum ſignificationum vocatur a doctis. Tribuo ſiquidem aliquantulum regulæ Aben. quam ad vocem יפיפית Pſal. 45. prodidit, cujus hæc mens eſt, duplicationem Phe & Ain .i. primæ & 2. thematis facere ad αὔξησιν, duplicationem vero Ain & Lamed .i. 2. & tertiæ facere ad diminutionem ſignificationis, prioris membri exemplum eſto *a* יפיפית *admodum pulcer fuiſti*, & *b* השגשגי Ieſ. 17. 11. a שגא. Poſterioris, ירקרק ſubviridis, אדמדם ſubrufus, שחרחרת ſubnigra &c. Fieri poteſt hanc regulam in quibuſdam falli, puto tamen ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον veram eſſe.

a *jophjaphitha.*
b *teſaggeſegi.*

Ebr.	*Verſ. 55.* *Vulg.*
פחתת היא בקרחתו או בגבחתו :	Eò quod infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum lepra.

Ebræa licet obſcura ſint, diverſiſque opinionibus involuta, illud tamen haud difficile erit oſtendere Vulgatum nimium a fontibus receſſiſſe. Lyra ſine ullis verborum involucris. *Iſte textus videtur eſſe corruptus vel per ſcriptores*

Digitized by Google

ſcriptores, vel per aliam viam, quia manifeſte patet ex præcedenti litera, quod loquitur de lepra quæ videtur in parte veſtimenti eſſe & non in toto, unde & immediate poſt dicitur, nec tamen creviſſe lepram, quia poſt lotionem partis in qua videbatur lepra, non crevit lepra extendendo ſe ad alias partes, unde in Ebr. habetur, eo quod cavata ſit in calvitio vel feneſtra ſua. Hæc Lyra. Quid opus eſt aliis teſtimoniis adverſus Vulgatum?

Vocem בְּחַתְ Oncelos vertit *corroſio*, תַּבְרָא. Lyra, *cavata*, Benedict *Corrodens lepra*. Pagninus, *infoſſio*. Iunius, *Lepra diminuens*. Huic Interpretationi ſubſcribo. Nihil frequentius apud Rabb. quam, לא פחות ולא יותר, *nec plus nec minus*. פחות *minus*. Vnde Kimchi hanc vocem explicat, חֶסְרוֹן diminutio, q. d. lepram diminutionis. Idem aſſerit Abenezra dicens, אין לה אח במקרא והיא ידועה בלשון ח״זל והוא חסרון. Id eſt, *non habet fratrem in Scriptura* (eſt ἁπὰξ λεγόμενον) *& nota vox eſt in lingua Dd. noſtrorum, p. m. & ſignificat defectum vel diminutionem.* Qui infoſſionem vel cavitatem reddidêre, videntur reſpexiſſe ad nomen פַּחַת quod foveam ſignificat.

Vocum קָרַחַת & גַּבַּחַת notionem primariam quod attinet, diſſentiunt Ebræi, alii volunt גַּבַּחַת recalvationem eſſe, depilationem a parte anteriore capitis, קָרַחַת defluxum pilorum a parte poſteriori. Alii, ut R. David, ſic diſtinguunt, ut גבחת ſit locus, in quo non fuerint pili, ſed קרחת, ubi fuêre. Hic vero dum ad veſtes tranſlatio fit, quid ſibi eæ velint, iterum digladiantur, aliis ad latera ſeu ſuperficies panni, aliis ad piloſitatem & calvitiem ejus eas referentibus. Chald. & Kimchi per calvitiem veſtis intelligunt defluxum pilorum ab ea, per vetuſtatem & plagam; per recalvationem defluxum pilorum a veſte nova per lepram tantum, aitque Kimchi has voces ſic

expoſitas in Siphra, in calvitie ejus; *hæ ſunt veteres*, in recalv. *hæ ſunt novæ veſtes.* Verba Chaldæi clara ſunt, *Corroſio eſt aut in vetuſtate aut in novitate ejus.* Alteram opinionem innuit R. Sal. & ex eo Iunius in notis, ut per גבחת intelligatur ſuperficies panni interiör, per קרחת exterior. Vtramcunque harum expoſitionum admiſeris, Vulgato non patrocinaberis. Cui n. voci Ebrææ illud, *per totum*, reſpondebit.

Caput decimum quartum.

VErſ. 22. hæc deſunt, *quodcunque apprehenderit manus ejus*, quæ LXX. & Chald. expreſſere.

Verſ. 31. hæc verba, *emundabitque ſacerdos mundandum coram Domino*, exulant.

Ebr.	*Verſ. 34.* *Vulg.*
Si poſuero plagam lepræ in domo terrę poſſeſſionis veſtrę.	Si fuerit plaga lepræ in ædibus.

Emphaticum eſt quod Ebræus dicit, וְנָתַתִּי *& dedero* .i. poſuero. Steuchus, *oſtendit igitur a ſe plagam lepræ futuram, Ideo & ſacrificia & preces adhiberi voluit, non tam quod res immunda eſſet, quam quod ſecundam ſcelera incutiebatur.* In eandem ſententiam Oleaſtrius hîc excurrit. LXX. quoque, ut correctiores codices legunt, καὶ δώσω.

Verſ. 53. verbum כִּפֶּר denuo reddit, *orare pro* &c. quod jam toties ante factitatum perſonis adjunctum toleravimus, hîc vero, ubi de domo agitur, tolerandum omnino non cenſemus. Itaque & Bened. in margine vocem, *expiabit*, reponi curavit.

Verſ. 55. ea verba, *Et in varias ſpecies coloribus immutatū*, plane redundare arbitramur. Sufficiebat enim vocem בהרת per *lucentem maculam* reddidiſſe, LXX. ſimpliciter, καὶ τοῦ αὐγάσματος. Vel ut alii codices legunt, τοῦ αὐγάζοντος.

Caput

Caput decimum quintum.

VErſ. 17. & ſeq. שכבת זרע reddidit Vulg. *ſemen coitus.* Bene eſt quod hypallagen obſervarit, at vox coitus non placet Cajetano, nulla ſit mentio coitus, inquit, ſed vocatę pollutionis nocturnæ & ideo ſignificanter dicitur, cum exierit de ipſo, ad differentiam quando vir ſponte ſeminat.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Mulier cum quâ jacuerit vir concubitu ſeminis, lavabunt ſe aqua & immundi erunt &c.	Mulier cum quâ coïerit, lavabitur aqua & immunda erit &c.

Primò hæc verba שכבת זרע plane omiſſa ſunt, quod fieri omnino non debuit, ſive ita ea explices, ut nos hic expreſſimus, ut ex præcedentibus ἀπὸ κοινῦ ſubaudiatur viri deſcriptio, nim. *de quo egreſſum eſt ſemen involuntariè:* ſive ſubaudias ante ea nomen *patiens*, vel בעל, ut Ebræi loquerentur, hoc ſenſu *vir patiens effuſionem ſeminis.* 2. quod Ebræa de utroque mandant, vulgatus ad ſolam fœminam reſtringit. Non ſic LXX. λύσονται ὕδατι καὶ ἀκάθαρτοι ἔσονται &c. Nec ſic Chald. ויסחון ויהון & lavabunt; & erunt. Sic & Cajet. & Ioh. Benedict. qui ſic hunc locum emendat. *Mulier ſi jacuerit in lecto cum viro patiente ſemen ſomniale, lavabitur aqua uterque & immundi erunt.*

Verſ. 23. totus eliſus eſt, quem tamen LXX. & Chald. expreſſerunt. Quin & verſ. 26. hæc verba bis obvia, כמשכב נדתה יהיה לה *juxta ſtratum menſtrui ſui erit ei*, omiſſa ſunt.

Verſ. 31. vocem והזרתם *vehizzarthem* male, *docebitis*, verſam conqueruntur Cajet. & Benedict. Thema n: eſt נזר, quod ſignif. ſeparare, unde vertit Bened. *Separabitis*, Cajet. *Separare facietis*, quod coincidit cum LXX. εὐλαβεῖς

βεῖς ποιήσετε, & abſtinentes facietis, vel timidos & religioſos, ita ut caveant ſibi &c. Chaldæus quoque תַּפְרְשׁוּן ſeparabitis. Qui *docebitis* reddidere, proculdubio putarunt eſſe pro הזהרתם. Adverſus iſtos prolixe hic diſputat Abenezra, verba ejus ſunt, *Sunt qui illud interpretantur,* והזהרתם, *cum defectu literæ* ה, *& hoc non eſt rectum, He ſiquidem non eſt ex literis protractionis: Neque quieſcit abſcondite, niſi in fine dictionis. Expoſitio itaque ejus eſt, ſicut* ודברו וגו׳, *quod eſt ac ſi dicas* הרחקתם, & amovebitis procul. *Et inde eſt* נָזִיר, *qui ſeparat animam ſuam a cupiditatibus mundi, eſtque formæ* הִפַּלְתֶּם hippalthem, *ubi Nun abſorbetur per Dages.* Verſ. 32. hæc verba, לְטָמְאָה בָהּ, *ut ſit immundus propter illam*, neglexit Interpres, ut & verſ. 33. hæc verba, *ſive mas ſive fæmina fuerit.* Cum tamen utrobiq; nec Ch. nec LXX. quicquam omiſerint. Vide Benedict.

Caput decimum ſextum.

VErſ. 1. meminit Vulgatus *ignis alieni*, cujus nulla in Ebr. fontibus mentio.

Verſ. 3. ubi Ebr. *cum hoc ingredietur Aharon ſanctuarium*, Vulgatus habet, *Niſi hac ante fecerit*, cum tamen & Chaldæus & LXX. Ebræa *κατὰ πόδα* reddiderint.

Verſ. 11. Vulgatus de ſuo addidit, *bis rite celebratis*, &, quæ ſequuntur in fonte, mutilavit. Confer cum Chald. & LXX.

Caput vigeſimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 18.*	*Vulg.*
Mulierem ad ſororem ejus non accipies ad affligendum &c. לִצְרוֹר.		Sororem uxoris tuæ in pellicatum ejus non accipies.

In Ebræo

In Ebræo τοῦ *pellicatus* nullum veſtigium eſt. *Vox Ebræa* צרר, inquit Oleaſtrius, *propriè ſignificat ligare & ex conſequenti, anguſtiare.* Onc. לאעקא לה, *ut ſit ei in tribulationem.* Ionath. *ad affligendum.* Cajet. & Oleaſtr. in textu, *ad anguſtandum.* Pagn. & Arias, *ad laceſſendum.* Sic R. Sal. & Ioh. Bened. LXX. ἀντίζηλον, æmulam vel zelotypam.

Caput decimum nonum.

Ebr. Verſ. 5.	*Vulg.*
Secundum beneplacitum veſtrum ſacrificabitis illud.	Vt ſit placabilis.

EBr. eſt כרצנכם, quod exponunt, voluntarie, ſponte. Vide Abenezram hoc loco & quæ ſupra ad ſimilem locum notavimus.

Ebr. Verſ. 7.	*Vulg.*
ולא יֵרָצֶה, nec placebit.	Et impietatis erit reus.

Ebræa non referuntur ad comedentem, ſed ad comeſtum, unde non eſt *comederit* in fonte, ſed יאכל, *comedetur.* Hoc leve. Sed quod τὸ ירצה reddiderit, *impietatis reus erit,* ipſi Steucho & Ben. dignum viſum quod corrigeretur.

Verſ. 17. ubi Vulgatus habet, *publice argue eum,* Ebræa habent, *arguendo argues eum. Nihil dicitur de modo corrigendi publice vel privatim,* inquit Cajet.

Ebr. Verſ. 18.	*Vulg.*
Diliges לְרֵעֲךָ ſicut teipſum.	Diliges amicum tuum ſicut te ipſum.

Nimis, opinor, reſtrinxit Vulgatus vocem Ebræam רֵעַ. Nec n. hîc pro amico .i. noto, familiari & amicitiam tecum colente, ſed pro proximo ponitur. Vnde LXX.

Digitized by Google

τὸν πλησίον σου, proximum tuum. Et certe vox hæc notione *amici*, prout *inimico* opponitur, accepta, occaſionem Phariſæis præbuit hinc extruendi illud oppoſitum, *ergo odiſſe licet inimicum.* Hinc & Benedictus & Cajetanus textum Vulgatum correxerunt. Quis autem intelligatur per רֵעַ, vel quis ſit proximus noſter, Chriſtus Matth. V. & alibi in Parabola Samaritani nos docuit, nimirum, omnis quîcum nobis res eſt, vel negotium aliquod intercedit; כל מי שיש לו משא ומתן עמו, omnis cum quo rationem expenſi & accepti quis habet, inquiunt Ebræi, vide Kimchium ad Pſ. 15. 3. Adeò quidem ut hoſtes vel eo nomine nobis proximi ſint & רֵעִים, quod hoſtes ſint, hac n. ratione aliquod negotium nobis cum iis intercedit. Si etiam hoſtis nobis proximus, quantò magis quivis alius, nec beneficio nec maleficio nobis, quod ajunt, cognitus? Per proximum ergo *omne genus hominum intelligitur*, a Hieron. *Omnis homo homini proximus eſt* b Auguſt. Huic ſententiæ firmandæ multa loca Scr. adduci poſſent, quibus רֵעַ eodem modo uſurpatur, quo אָח & אָחוֹת, item אִישׁ & אִשָּׁה. De אח & אחות exempla habes Ex 26.3. *Mulier ad ſororem ſuam jungetur* .i. altera ad alteram. *Iuravit vir fratri ſuo* .i. alter alteri, Gen. 26. 31. Plane in eundem modum Gen. 11. *Dixit vir ad* רֵעֵהוּ, *proximum ſuum*, .i. alter ad alterum. Eſth. 1. 19. *Et regnum det proximæ ejus meliori.* .i. alteri meliori. Etiam de rebus inanimatis, Gen. 15. *poſuitque membra, virum e regione proximi ſui*, alterum alteri reſpondens ex oppoſito. Hinc in N. T. per ἕτερον vocem eam legimus expreſſam, Rom. 13. 8. *ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε*, ubi Vulg. *proximum* .i. *πλησίον*, quomodo Matth. 22. 39. extat. Atque hic locus diligenter notandus Tyronibus, utpote qui evidenter evincit illud, quod nos hoc capite contendimus, *quemvis alium*

a *In comm Zach.* 8. 8.
b *Quæſt. lib.* 3. *qu.* 73.

alium vid. nobis proximum eſſe. Videtur equidem non ſine numine factum, ut hæc eſſet hujus linguæ proprietas, ut nomine רֵעַ admoniti, ad amandos quoſvis provocaremur, cogitantes vid. id eos vere eſſe, quod dicuntur. Iam vide Kimchium, qui oſtendit ex illis verbis, *Nec fecit proximo ſuo malum, non affecit injuria proximum ſuum, non dices falſ. teſt. contra prox. tuum,* non ſequi, ergo aliis fecit, alios affecit, vel licet contra alium falſ. teſt. perhibere. certe nullus Iudæus gloſſam illam Phariſæorum ſolidius confutavit.

Ebr. *Verſ. 20.* *Vulg.*

Et fuerit ancilla נחרפת *deſponſata,* vel, ut alii, *deſpecta,* viro.	Quæ fuerit ancilla etiam nubilis.

Hanc diverſitatem notarunt Steuchus, Bened. Lyra, Cajet. Oleaſtrius, quorum hi duo poſteriorem interpretationem elegêre, quam & Iunius ſecutus eſt. Veteres fere omnes pro priori interpretamento ſtant, LXX. *οἰκέτις πεφυλαγμένη ἀνθρώπῳ,* ancilla reſervata viro .i. deſponſata. Onc. *Vncta viro.* Ion. מתארסא לגבר *deſponſata viro.* Sic quoque R. Sal. Sed etymon, thematiſque ſignificatio alteri magis favet. Mitigatur pœna adulterii, quod committatur non in uxorem alterius liberam, ſed concubinam alterius adhuc ſervam.

בִּקֹּרֶת תִּהְיֶה׃	Vapulabunt ambo.

Hunc quoque locum Caj. Ben. St. Lyra, Oleaſtr. &c. reprehendunt, qui licet diverſi hic abeant, in eo tamen unanimes ſunt, nullo modo utriuſque vapulationem intelligi poſſe. Communis opinio, in voce Ebræa *vapulandi* ſignificationem eſſe. Vnde Pagn. *vapulabit,* ſc.

 mulier,

mulier, Bened. *loro taurino ipſa vapulabit*. Iuxta hanc opin. vox Ebr. deſcendet a בקר *bos*. q. d. רצועה של בקר loco ſeu nervo bovino. Kimchi, מלקה *melukkah*, flagellata erit, & addit. R. Saadiam docuiſſe, dici בקרת, quod flagellatio fieret loco bovino & Doctores alios, ipſam ſolam vapulaſſe, quia non dicitur יהיו *erunt*, ſed תהיה, *erit* f. Oncelon quoque ſic interpretatur Fagius, *loro taurino vapulabit*. Lyra corrigit ſimpliciter, *Et vapulabit ipſa*. & ſubdit, *cujus cauſa ſubditur, quia non fuit libera, & ideo nihil habebat quod offerret. Et dato, quod haberet, tamen offerre non poterat in templo, cum eſſet alienigena. Sed de viro, quod Iudæus & liber erat, & habebat unde offerre poterat, ſubditur, pro delicto*. &c. Hæc Lyra. Altera opinio eſt, in voce Ebr. eſſe notionem *inquirendi*. Steuchus, *vapulabunt ambo*] De hoc nulla hîc mentio, ſed aliud jubetur, *Inquiſitio erit, requiretur iſtud*; Hæc St. Sic & Ion. & Sal. & Hiſc. qui tamen inquiſitionem illam nihil aliud eſſe volunt, quam præparatorium aut præcedaneum flagellationis, atque in eo conveniunt, poſt inquiſitionem illam ſolam vapulaſſe. Quam opinionem firmat Aben. adducto loco, *non* יבקר *inquiret ſacerdos*. Cajetanus in ſign. inquirendi idem ſentit cum Steucho, ſed in eo diverſus eſt, quod reddat concrete, *inquiſita erit*, inquiretur, verba ejus, *De ambobus dicitur*, non morientur: *ſed de ſola muliere*, inquiretur. Ab his non admodum variat Oleaſtrius, *Vertendum eſt*, inquit, *diſcretio .i. diſcernetur cauſa apud Iudices*. Addam παρέργως 2. alias expoſitiones, quarum prior inepta ſatis, meo judicio, quamque Abenezra ex aliorum opinione ponit; Sunt, inquit, qui exponunt pellex vel concubina, adducuntque locum ex Pſ. 45. *Et filiæ Regum* ביקרותיך *pellices tuæ*. Sed non recte, inquit Aben. denotat n. Pſalmogr. filias honoratiores, & occultatur

cultatur Iod propter literam ſervilem in hirick, eſtque cum hirick ob concurſum duorum Shevaim mobilium, prioris quidem ſub ſervili, poſterioris vero ſub prima raddicali &c. Altera eſt, ב poſitum pro כ, ut habeat ſignif. τȣ̃ הפקר, quod liberum ſignificat. q. d. libera erit. Videatur Kimchius in Radicibus.

Verſ. 23. omiſit Interp. hæc verba, *tribus annis*, quæ tamen LXX. & Chald. expreſsêre.

Ebr.	*Verſ. 25.* *Vulg.*
Quinto a. anno comedetis fructum ejus, ut addat vobis fructum ejus.	Q. autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt.

Ebræa, להוסיף לכם תבואתו. Steuchus, *ut augeat* &c. Cajet. *ut faciat creſcere.* Sic & LXX. πρόσθεμα ὑμῖν τὰ γεννήματα αὐτȣ̃, *Acceſsio vobis erit fructus ejus.* Et Chald. לאוספא. Abenezra quoque, *Et ego addam benedictionem meam in proventu.* Sic & R. Sal. Vulg. vocem Ebr. deduxit ab אָסַף, cum magis ἀναλόγως deducatur a יָסַף quieſc. Phe Iod. Aben. hoc hemiſtichium refert ad ultima verba verſus præcedentis, *Sanctitas laudum Domino erit, ut augeat vobis* &c. nec obſtare dicit quod ea verba remotiora ſint, ait n. talia multa eſſe in ſacris: Inter alia adducit locum ex Exod. 22. verſ. 1. & 3. ubi verſ. 1. dicitur, *reddet quinque boves pro bove uno*, & verſ. 3. *reddendo reddet*, intercedente caſu furis nocturni in effoſſione obtruncati, de quo certe dici non poterat, reddendo reddet.

Ebr.	*Verſ. 26.* *Vulg.*
ולא תעוננו׃	Nec obſervabitis ſomnia.

Sic & Deut. 18. 10. & 2. Chr. 33. 6. Alibi ut 2. Reg. 21. 6. *ariolari* vertit, Benedictus emendat, *obſervabitis*

 tempora,

Digitized by Google

tempora, Cajet. *ad verbum temporabitis, ſuperſtitio penes tempora ſervanda prohibetur*; quam interpretationem & Steuchus non obſcure probat. Diſſentiunt Ebræi in hujus verbi explicatione, nullus tamen, quod ſciam, qui de ſomniorum obſervatione explicuerit. Opiniones Ebræorum probabiles ad tres reduco, ut verbum עוֹנֵן derivetur vel a עַיִן, atque hinc oritur explicatio prima, præſtigiis uti, quod Iunius ſecutus eſt, nec non Arias Montanus. Author Pheſicthæ, *Hi ſunt qui tenent oculos.* R. Levi idem aſſerit his verbis, *Dicunt Dd. noſtri*, מְעוֹנֵן *dici qui teneat oculos.* 2. Opinio, ut derivetur a עָנָן *nubes*, unde vertunt, *ex nubibus conjicere.* Hanc ſequitur Abenezra, poſtquam enim retulit quoſdam deducere a עָנָה *reſpondere*, oſtenditque illud Grammaticæ adverſari, tandem ait ſibi rectum videri, ut a עָנָן deſcendat, ſitque ex duplicantibus, *Notum enim eſt*, inquit, *eſſe impoſtores qui conſiderant nubes & figuram & motum earum, eſtque formæ* תכובבנ. Hanc opinionem ſectatur Gerundenſis, *Meonen*, inquit, *eſt nubium peritus, qui nubium peritiam & ſcientiam habet.* Oleaſtrius in hac derivatione ſenſum eundem format cum fautoribus opinionis primæ, hoc modo, *non obnubilabitis aut facietis nebulam oculis, ut præſtigiatores &c.* Opinio 3. ut deducatur a עונה tempus, ſic R. Sal. Sic R. Aq. quem citat Pheſictha, quales ſunt, inquit, qui dicunt, hodie bonum eſt emere, cras malum erit vendere. Ne incipias quicquam quia mane eſt, quia Calendæ ſunt, exitus ſeptimanæ eſt. Sic & R. Levi, qui eleganter hic diſtinguit inter obſervationem temporum licitam & illicitam. Licitam ait eſſe eam, quæ cauſas phyſicas habet & experientia comprobatas, ut ſi quis dicat, tempus illud malum eſt ad ſecandam venam, quia Sol eſt in loco, ubi incaluit aer calore intenſo, vel ſi quis ferat tempore anni ad hoc

ad hoc idoneo vel ex parte naturæ revolutionis vel ſeminis &c. Atque ut opinio ſecunda maxime analoga, ita hæc non omnino anomala maximos plurimoſque habet approbatores; quamvis non videam quid hic ſit anomaliæ, ſi עוננה ex quieſc. Ain ſit: notum enim eſt verba quadratæ conjug. ex tribus ordinibus formari, Perfectis, Quieſc. Ain & duplic. Adeo ut quieſc. Lamed hinc plane excludantur, eorumque qui a ענה deducunt ſtare omnino non poſſit opinio.

Ebr. *Verſ. 27.*	*Vulg.*
Non circumdabitis angulum capitis veſtri, neque corrumpes angulum barbæ tuæ.	Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.

Duo hic vetantur. Primum flagellabo verbis & periculo Cajetani, *In Ebræo habetur*, inquit, *non facietis gyrare angulum capitis veſtri, nihil dicitur de tonſione. Et crediderim prohiberi ſuperſtitionem ſertorum, quæ gyrabant capita celebrantium ſacra Deorum. Coronati enim circulo hedera, ſacra Bacchi celebrabant* &c Audacter magis poſterius hemiſtichium caſtigabo, in quo non ſolum Cajetanum, ſed & Steuchum & Benedictum & Oleaſtrium habeo fautores. Non hoc præcipitur, inquit St. ſed, *non corrumpes vel depravabis angulos, vel extremitates barbæ tuæ.* Bened. corrigit, *nec barbæ tuæ extremitates deturpabis.* Cajet. *Non facies deſtruere angulos b. t.* Oleaſtr. *non deſtrues.* Vox, *rades*, ſtare poteſt, nec n. dubito, quin hæc deturpatio per raſionem fieri conſueverit. Pheſictha, *nemo corrumpit niſi qui novacula radit.* Sed vox פאת *angulum* non debuiſſet elidi. Incertum fateor reddit Interp. diſſenſus, quid per angulum intelligendum ſit, ſed an ideo elidi debuit? Si ipſe ignoravit, aliorum diligentię illud linquendum erat.

Addam

Adddam verba Steuchi, *Non prohibetur itaque Ebrais radere barbam, quod neque hodie fit apud illos, ſed ne more gentium & conſuetudine quapiam prava in diſponenda barba uterentur.* Hæc St. Chald. reddit מאתא angulum. LXX. τὴν ὄψιν, *aſpectum*. Quod cò adduxi, ut oſtenderem, vocem eam illis Interp. lectam fuiſſe.

Ebr. *Verſ. 31.* *Vulg.*

Ne vertatis vos ad אובות.] Ne declinetis ad Magos.

Cap. ſeq. verſ. 6. iterum vertit *Magos*. Interpretamentum nimis laxum. In eo n. inter ipſos Papiſtas doctiſſimos, ut de Ebræis ſileam, convenit, *Ob* eſſe ſpiritum Pythonicum, vel hominem בעל אוב .i. qui habeat ejuſmodi ſpiritum. Non ignorârunt hoc Cajet. & Steuchus, Benedictus quoque & Pagninus & Oleaſt. repoſuère, *Pythones*. Sed dabo his omnibus majorem teſtem Martinum Delrio, qui O B a Mago differre ait, ut ſpecies a genere. *Oboth*, inquit, *a radice* ob, *quod vox reddatur obſcurior & quaſi ex utre ſtridens. Nam* ob *primo ſignif. ipſum dæmonem reſpondentem.* 2. *Magum, qui reſponſum elicit, ſicut & Python & ventriloquus vocatur, vel ipſe Dæmon inhabitans, vel homo cui inhabitat.* Hæc ille. LXX. reddunt ἐγγαστριμύθους, .i. ventriloquos. Quin ipſe Vulgatus verſ. ult. cap. ſeq. vertit *Spiritum Pythonicum*, & 1. Sam. 28. *Pythonem.* Ego ſic arbitror, cum hoc capite variæ Magiæ ſpecies recenſeantur, & in promptu eſſent hujus ſpeciei commoda interpretamenta, non leviter peccatum, quod hanc ſpeciem cum genere confuderit. Quis n. eam ex Vulgato odorari poſſet?

Ebr. *Verſ. 33.* *Vulg.*

Non תונו opprimetis eum.] Non exprobretis ei.

Benedict.

Benedict. & Steuchus, *ne affligatis, ne lædatis.* Cajet. *decipiatis.* Vox תונו in hiphil nunquam exprobrare ſignificat. Fateor afflictionem etiam verbis fieri poſſe & hùc inclinat R. Sal. Sed quis eam vocis generalis reſtrictionem probaverit? vetat Deus ne ulla ratione opprimatur. Itaque & LXX. οὐ θλίψετε, ne affligatis. Capite 22. Exodi vertit *contriſtare*, quod licet generale ſit, tamen voci Ebrææ non reſpondet.

Ebr.	*Verſ. 36.* *Vulg.*
Epha juſtum & Hin juſtum.	Iuſtus modius & æquus ſextarius.

Sentio cum Ioh. Benedicto, melius retineri Ebræas voces, quandoquidem Latina non aſſequuntur vel exprimunt Ebræam menſuram. Epha menſura eſt aridorum continens tria ſata, ejuſq; decima pars erat Omer, Exod. 16 verſ. ult. Epha, inquam, capiebat tria ſata, tantum in aridis, quantum בת in liquidis. Satum habebat ſex cabos, cabus quatuor logos, logus ſex ova. Habebat ergo Epha 432. ova. Vnde apparet non fuiſſe menſuram adeo parvam, ut vult Cajetanus. Hin fuit menſura 12 logorum, .i. 72 ovorum, de quibus videndi illi qui ex profeſſo de his ſcripſere.

Caput vigeſimum.

Ebr.	*Verſ. 4.* *Vulg.*
Quod ſi abſcondendo abſcondat populus terræ oculos ſuos a viro illo &c.	Quod ſi negligens populus terræ, & quaſi parvi pendens imperium meum, dimiſerit hominem, qui dedit de ſemine ſuo Moloch &c.

IVre merito Bened. verba illa, *& quaſi parvi pendens imperium meum*, obelo confodit, nec enim in fontibus

comparent. Deinde nulla negligentiæ aut dimiſſionis vox ibidem extat, ut & hanc diverſitatem meritiſſimò idem notarit. Et Cajet. *Non habetur hac clauſula in Ebræo, ſed ſola clauſura oculorum populi ad nonfaciendum mori Idolatram ſcribitur,* obſervetur autem hæc phraſis, Abſcondere oculos ſuos ab aliquo is dicitur, qui non vult punire, Latini *connivere* dicunt.

Ebr.	*Verſ. 5.* *Vulg.*
Et omnes fornicantes poſt ipſum ad fornicandum poſt Molech.	. Et omnes qui conſenſerunt ei ut fornicaretur cum Moloch.

Non ergo approbantibus & conniventibus ſolis, ſed & conſectaneis & imitantibus eandem Idololatriam excidium comminatur hoc verſu. Vulgatus in viam reduci potuiſſet, pro *fornicaretur* ſubſtituendo *fornicarentur*, ſed in Clementinis conſtanter legitur, *fornicaretur*. Chald. *omnes qui errant poſt eum, ut errent poſt Moloch.*

Verſ. 12. תֶּבֶל Vulg. *ſcelus* vertit, .i. זמה. At vox Ebr. proprie confuſionem ſignificat a בלל, ut תֶּמֶס a מסס. Hinc בלבל & contracte בֶּבֶל. Vide R. Sal. Aben. Kimch. & Levi.

Ebr.	*Verſ. 13.* *Vulg.*
תּוֹעֵבָה abominationem fecêrunt ambo.	Vterque operatus eſt nefas.

LXX. *βδέλυγμα*. & Chald. *abominationem* vertit. Nefas minùs dicit. Romani correctores longe minora correxêre, ut E. G. cap. 19. 8. quod vulgò legebatur *e medio populi ſui*, ex Ebræo reſtituerunt, *e populo ſuo*. Et verſ. 18. *Non incidetis carnes veſtras*, reſtituêre, *carnem veſtram*. Non culpo, imo vehementer laudo. Sed quod hanc manum locis, ubi magis neceſſaria erat, non admoverint, id culpo, id doleo.

Verſ.

Verſ. 18. hæc verba deſiderantur, ואת·מקרה הערה *& fontem ejus diſcooperuerit*, quæ tamen LXX. non negligenda duxêre, καὶ τὴν πηγὴν αὐτῆς ἀπεκάλυψε. Idem immediate poſt de fœmina iteratur, *Ipſa quoque diſcooperuerit fontem ſanguinis ſui.* Quin & Cajet. reprehendit, quod initio hujus verſus, אשה דוה, reddiderit, *mulierem in fluxu menſtruo, non habetur*, inquit, *in Ebr.* menſtruo, *ſed* fluxus *duntaxat. Quod ideo dixerim, quia non ad fluxum, qui ſingulis menſibus accidit, limitatur hac Lex.* Quod dicit, *ſed fluxus duntaxat*, ſtare nequit, nec n. דָוָה aut ullum ejus derivatum in fluendi ſignificatione uſpiam occurrit, ſed perpetuo & conſtanter languendi vel languoris notionem induit. Dicitur tamen de languore ex fluxu. Sed aliud fluxus, aliud languor ex fluxu.

Verſ. 20. Redundat, *vel avunculi ſui.* Eſt n. tantum in Ebr. *fratris patris ſui* .i. patrui. Itaque Benedictus hic Obelum adhibuit, & Cajetanus, *Interpres expoſitoris officio fungitur, adjungendo* avunculi ſui, & *turpitudinem patrui interpretando ignominiam cognationis ſuæ.* Duo ergo hic taxat. Et certe cognatio & patruus magis diverſa ſunt, quam ut alterum alterius interpretamentum eſſe poſſit.

Verſ. 27. Nota hic demum אוב per Pythonem vel Pythonicum Spiritum reddidiſſe Vulgatum, cum initio hujus capitis, ut & cap. præced. & alibi, per *Magum* interpretatus ſit. LXX. paſſim ἐγγαστρίμυθος, *ventriloquus.* Sed vide Druſium, Fagium & Steuchum de hac voce, nec non Mart. Del-Rio loco ante citato.

Caput vigeſimum primum.

Ebr.	*Verſ. 7.*	*Vulg.*
וַחֲלָלָה, & profanam.		Et vile proſtibulum.

 Pro-

Digitized by Google

PRoſtibulum eſt publicum ſcortum, quod hominum genus, omni pudore poſito, *pro ſtabulis*. .i. ante diverſoria ſedere ſolebat, ut ex affluxu advenarum copioſiorem quæſtum caperet. Apud Feſtum & Plautum etiam, *proſtibula*, in ſignif. fæm. reperias. At Ebræa vox חֲלָלָה tantum profanam vel profanatam ſignificat, ut ex vi vel Originatione vocis proſtibulum fabricari non poſſit. Deinde omnes Ebræi reclamant, ut & LXX. qui vertunt, βεβηλωμένην .i. *profanatam*. Onc. מחללא *violatam*. Ion. minus dicit, *quæ nata eſt ex profanis*. Ipſe etiam Vulg. capite hoc eodem verſ. 14. vertit, *ſordidam*. R. Sal. *quæ nata eſt ex profanis, qui in ſacerdotio*. e. g. filia viduæ ex ſacerdote M. aut filia repudiatæ ex ſacerdote vulgari. Sic & Pheſicta, eadem ſententia etiam a R. Levi citatur. Quæ utique in eo conſentit cum iis, quos jam recenſebo, non intelligi vile proſtibulum. Hiſcuni, *Chalala eſt quæ non celebrata eſt publice, ut meretrix*. Aben *Quæ non eſt manifeſta ut ſcortum*. Fagius ad Oncelon, *Ego puto*, inquit, *profanam dici, quæ caſu quodam violata eſt, non tamen ob id aſſuevit ſcortationi*. Cajet. *Plus prohibetur, non oportet quod fuerit ſcortum, ſufficit, quod fuerit polluta*. Videatur quoque Oleaſtrius.

Verſ. 8. Initio neglexit Interp. vocem וקדשתו & *ſanctificabis eum*. LXX. καὶ ἁγιάσεις αὐτὸν. Oncelos, ותקדשנה. Cur ergo Vulg. omiſit?

Verſ. 12. *Quia* נֵזֶר *corona, oleum unctionis Dei ſui ſuper eum eſt*. Vulg. vocem נזר tranſpoſitam per ſanctum reddidit. Nam ſic vertit, *Quia oleum ſanctæ unctionis Dei* &c. Sic & LXX. Pſ. 89. 40. נִזְרוֹ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Et Pſ. 132. 18. Symm. ὁ ἁγιασμὸς αὐτοῦ. Quemadmodum videre eſt in Fragmentis Cl. Druſii p. m. Ego ſentio cum Cajet. *quod hic duæ reddantur rationes propriæ Pontifici, altera a corona*.

Digitized by Google

corona .i. a lamina aurea, quam geſtabat Pontifex in parte anteriori capitis, alter ab oleo fuſo ſuper caput Pontificis. Eadem Oleaſtrius ad hunc locum. Supra a nobis oſtenſum eſt, laminam auream נזר .i. coronam vel coronamentum vocari. Eritque hoc loco ἀσύνδετον, pro, coronamentum & oleum.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
אוחרבאו שׂרוע, aut diminutus aut ſuperfluus.	Si vel parvo vel grandi vel torto naſo.

Primò audiamus Pontificiorum Cenſuras ad hunc locum. Cajet. *Nihil habetur de naſo, ſed habetur, ſi dici liceret. aut deſtructus aut ſuperflüus.* Oleaſtr. *In Ebr. nulla fit naſi mentio, ideo vertendum, ſi ſucciſus, aut ſuperfluus.* Steuchus, *Hæc omnia genera ab Interp. conficta ſunt, cum neque in contextu Ebraico, nec apud Lxx. habeantur. Ebraice n. tantum ponitur* חָרֻב .i. ſimo. *De naſo igitur parvo, grandi, vel torto, nulla fit mentio.* Diſſentiunt, conſentiunt. Conſentiunt, plane hic exorbitaſſe Vulgatum. Diſſentiunt, dum illi omnino nullam naſi mentionem fieri, hic tantum ſimi, urget. Si חרום ſimum denotat, ergo duæ reliquæ ſpecies, *Magni* vid. *& torti naſi*, redundant, & vox, שרוע plane eliſa eſt. Sed audiamus Ebræorum judicia. Onc. חרים, quod Fagius reddit, *diminutum.* Ion. *qui percuſſus eſt in naſo ſuo*, qui mutilum habet naſum. LXX. κολοβόῤῥιν, *qui mutilum truncatumque naſum habet.* Suidas tamen exponit, μικρόῤῥιν, qui parvum naſum habet, quod vulgato favet, quoad primum membrum, *vel parvo.* R. Sal. *cujus naſus depreſſus eſt inter duos oculos.* Pheſiſtha, *qui naſum habet depreſſum, clauſum, contractum, ſive corrugatum, & ſtillantem. Omnes hi comprehenduntur ſub nomine* חָרוּם. Iun. *curtus membra.* Arias & Pagn. *Simus.*

שרוע] Vulg. *vel torto naſo.* LXX. *ὠτότμητος*, auribus ſectis vel truncatis. Eodem modo hanc vocem Vulg. reddidit verſ. 23. cap. 22. Onc. שריע quod reddit Fagius, *ſuperfluus.* Ion. *cujus femur extenſum eſt.* R. Sal. *cujus membrum unum grandius eſt altero.* Iun. *prælongus membra.* Pagn. *monſtruoſus*, Arias, *excreſcens.* Oleaſtr. *ſuperfluus.* Vides itaque referri, vel ad exorbitantem proportionem membrorum, vel debitum numerum eorundem, ut ſi quis ſedigitus ſit, inquit Oleaſtr. Vide & Fagium ad Oncelon.

Ebr. *Verſ. 20.*	*Vulg.*
או גבן או דק או תבלל בעינו או גרב או ילפת או מרוח אשך:	Si gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus.

Gibbus] Ebr. גִּבֵּן, quæ vox cum Latino affinitatem aliquam habet. Benedictus emendat, *Si nulla ſupercilia habet.* Ita quidam. Major tamen pars eorum, qui vitium ſuperciliorum hic innui putant, intelligunt eum, qui admodum magna ſupercilia, eaque jacentia, vel duplicia habet, vide R. Sal. Pheſictham, R. Levi & ad Oncelon P. Fagium. Sed pro Vulg. eſt omnis fere antiquitas, LXX. quoque *ἢ κυρτὸς* Sic & Pagn. & Arias.

Lippus] Ebr. דַּק tenuis, gracilis, unde Cajet. phthiſicum innui putat. Iun. quoq; & Druſius, *gracilis.* Arias *minutus.* Pagninus cum Vulg. eſt nec non LXX. *ὁ ἔφηλος*, quod in Complut. legitur, *ὁ ἔφηλος τοὺς ὀφθαλμοὺς*, Lippus oculos. Licet alii exponant, *ἔφηλος*, *ὁ ἔχων ἐφηλίδας.* Eſt a. *ἔφηλις* vitium faciei aſperæ, contractum ex ardore ſolis. Vide Theſ. Steph. Benedictus & hic quoq; vulgatum corrigit, dum vertit *pellem.* Si, inquit, *pellem habeat*

habeat in oculo. Secutus eſt R. Sal. Gerundenſem & Pheſiſth. & Kimchium qui דק accipiunt pro רק .i. pellem, ut in loco iſto pervulgato, *Qui extendit cœlum*, כדק *ſicut pellem*. R. David Kimchi, *Pellicula vel albugo in oculo ejus.* Pheſiſta, *Pellicula qua in oculis.*

Albuginem] ſic plerique Ebræi & Latini. Benedictus tamen, *vel aliam maculam.* Cajet. *Speciem pro genere interpres poſuit.* Thema eſt בלל, confundere.

Iugem ſcabiem] גָּרָב. Bened. ſubſtituit, *ſcabiem ſiccam.* R. Levi, Pheſiſtam, R. Salom. authores ſuæ emendationis habet. Ajunt n. eſſe ſpeciem ſcabiei intus & extra ſiccam. Solus Arias, *purilentam ſcabiem.*

Impetiginem] ילפת. Bened. ſubſtituit, *ſcabiem fluentem*, Ebræi plerique ajunt eſſe ſcabiem foris humidam, at intus ſiccam. Arias *perpetuam ſcabiem* reddit, forte quia in לפת adhærendi ſignificatio. R. Sal. *Vocatur Iallepheth, quia juncta eſt adhæretque homini uſque dum moritur.*

Hernioſus] Ebr. מרח אשך .i. contuſus teſte vel teſticulo. אשך extra controverſiam teſticulum ſign. Rabb. vocant ביצה .i. ovum, hîc tantum obvium eſt, מָרַח contundere, conterere, extat ſemel Ieſ. 38. 21. de palathâ ficuum ſuper ulcus Ezechiæ conterenda & applicanda, וימרחו על השחין .i. comprimant ipſum vulnus. Author tamen concordantiarum explicat בלשון חבישה וחתול .i. ſignificatione obligationis & involutionis vulneris; hinc deſcendit unicum, idque hoc uno loco uſurpatum nomen מְרוֹחַ, quod ex antecedentibus vel ligatum vel compreſſum ſive contuſum, contritum, ſignificat. Onc. מריס פחרין *contuſus teſticulis.* R. Sal. *juxta Thargum* &c. *cui* כתותין .i. *contuſi ſunt teſticuli.* Hiſcuni, מרוח *ſignificat comprimere*, ut Eſ. 38. 21. Et compreſſerunt ulcus. Abenezra, Meroach *nomen Thoar eſt, a radice* רוח *flavit.* אשך *vero*

vero eſt הֲבֵיצָה, *ovum .i. teſticulus.* Itaque juxta Aben. ſenſus erit, *inflatus teſticulis.* Cum hoc conſentit Pheſiĉtha, *Qui in teſticulis ſuis ventum habet.* LXX. paulo alienius, ἢ μονόρχις, *aut qui unum teſticulum habet,* In his omnibus nihil præſidii eſt pro vulgati *Hernioſo.* Quin & ipſorum Papiſtarum telis cadit vulgatus, Benedict. corrigit *teſticulum contritum*, Pagninus, *qui eſt compreſſo teſticulo*, Arias, *contuſus teſticulo.* Steuchus nihil contradicit Ebræis, quos ait interpretari locum de contuſum teſticulum habente. Poſtea autem, ubi citat ex R. Sal. Chaldæum Paraphraſtem, egregie fallitur, vocem n. Chald. vertit, *qui ſuſpendunt teſticulos*, non n. eſt מְרִים cum מ, ſed מְרִיס, cum Samech, quod tantùm conterere & contundere ſignificat. Optime ergo Iun. & Trem. *Thlibias teſte.*

Caput vigeſimum ſecundum.

Ebr. *Verſ. 2.* *Vulg.*

Et ne polluant nomen ſanctitatis meæ.	Et non contaminent nomen ſanctificatorum mihi.

EBr. שם קדשי. Lxx. τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν μου. Onc. שמא דקדשי. Vnde ergo τὸ *ſanctificatorum?* Præterea hoc eodem verſu pro his, *in his quæ ipſi ſanctificant mihi*, ſic habet vulg. *quæ ipſi offerunt* .i. מקריבים aut יקריבו. Vide Ben. & Caj. Agit hic de ſacerdotibus immundis, eos immunditia excludebat ab eſu ſanctorum, non macula, ut ſupra videre eſt.

Ebr. *Verſ. 5.* *Vulg.*

Aut vir, quicunq; tetigerit ullum reptile, per quod immundus erit, aut hominem, propter quem immundus erit, juxta oēm immunditiam ejus.	Et qui tanget reptile & quodlibet immundum, cujus tactus eſt ſordidus.

Miror

Miror tam incurioſe hunc locum ab Interprete tractatum. Hieronymus, ſpondeo, nunquam ſic vertiſſet. Omnia pleniſſime reddidêre Chaldæus Oncelos, LXX. Benedictus, Pagninus, Arias. Eos vide & inſpice.

Ebr.	*Verſ.* 22.	*Vulg.*
או חרוץ *aut conciſum* או יבלת.		Si cicatricem habens aut papulas.

Steuchus, *Ebr.* eliſum ſeu mutilum: *diverſius etiam LXX. qui ad linguam tantum tranſtulêre*, γλωσσότμητον .i. linguâ eliſum. *Verbum Ebr. ad omne mutilum ſpectat.* Hæc Steuchus. Cajet. *Iuxta Ebr. habetur*, ſemifractum. *Excluditur n. non ſolum fractum plene, ſed & tuſum ſeu paſſum aliquam hujuſmodi ſemifractionem.* Ebræi fere intelligunt de ſciſſione vel ſuperciliorum vel labiorum. Vide R. Sal. Aben. Kimchium, Pheſictham, Hiſcuni, Ionatham &c. Quin & Fagium ad hunc locum. Pagn. *conciſum labijs.* Arias nihil immutavit. Videatur & hic Oleaſtrius, cui non placet Vulgati interpretamentum.

Papulas] Pagn. Arias, Cajet. &c. verrucam vel verrucatum vertunt. Onc. יבלן, quod Fagius *verrucaſum* reddit, LXX. quoque ἢ μυρμηκιῶντα, i verrucis infeſtatum. R. Sal. & Kimchi quoque per verrucam interpretantur. Apud illum n. in comment. extat vox ורואה, apud hunc in Radicibus ורוגה.

Ebr.	*Verſ.* 23.	*Vulg.*
Bovem aut ovem שׂרוע וקלוט *ſuperfluam aut diminutam.*		Bovem & ovem aure & cauda amputatis.

De voce שרוע ſupra ad cap. 21. 18. prolixe actum eſt. Ea vox his duobus locis tantum extat, unde Maſſora hic

 notavit,

notavit, /ב .i. bis extat. Alterum vero, קָלוּט לֵית, non extat amplius. Oncelos exponit, חֲסִיר *deficiens*, cui deficit membrum aliquod, vel, qui membrum aliquod juſto curtius & contractius habet. Abenezra, *habet in oppoſito τὸ* שרוע. Iam vero Saruang eſt, quod aut membrum ſuperfluum habet, vel quod membrum aliquod habet juſto longius. Quomodo itaque Vulgatus utrumque ſub amputandi notione accepit, & quidem illud de amputatione auris, hoc, caudæ? Cajetanus, *Iuxta Ebr. habetur ſuperfluum vel contractum.* Sic & Lyra & Oleaſtrius, quos adi hoc loco.

Ebr.	*Verſ. 24.* *Vulg.*
Concuſſum & contuſum, ruptum & exciſum non offeretis.	Omne animal, quod vel contritis, vel tuſis, vel ſectis ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino.

Steuchus, *Animadvertito, quod de contritis & ſectis teſticulis non fit commemoratio, pertinet igitur non magis ad teſticulos, quam ad reliquas corporis partes.* Benedictus quoque pro, *teſticulis*, in margine repoſuit, *membris.* Video tamen LXX. & Ebræos favere Vulgato. At neceſſitas nulla eſt, ea quæ generaliter accipi poſſunt, ad teſticulos, quorum nulla eſt mentio, reſtringere. Nam quod Cajet. ex ſequentibus, *Et in terra veſtra hoc omnino non faciatis*, diſputat, hic de teſticulis agi, quaſi dicat, nullum ex quatuor iſtis caſtrandi modis exercebitis in terra S. frivolum eſt, cum עשה etiam ſacrificare ſignificet, & offerre, quod pueris notum, ut & *facere* apud Latinos.

Caput

Caput vigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 2.*	*Vulg.*
Solennitates Domini, quas vocabitis convocationes ſanctitatis (i. ſanctas) iſtæ ſunt ſolennitates meæ.	Hę ſunt ferię Domini, quas vocabitis ſanctas.

PRæter alia hic neglecta illud maximum eſt, quod vocem מִקְרָאֵי prætererit Interpres. Vide Benedict. & Cajet. Idem admiſſ. verſ. 24.

Verſ. 8. τὸ אשה Interpres vertit, *ſacrificium in igne* .i. ignitum, qua ratione ad Etymon vocis alluſum eſt, quod toties in ſuperioribus deſideravimus.

Ebr. *Verſ. 13.*	*Vulg.*
וְנִסְכֹּה יַיִן & libationem vel commixtionem ejus, vini quartam partem hin.	Liba quoque vini, quarta pars Hin.

Quid hoc ſit, liba vini, merito rogat Steuchus. *Patet locum mendoſum eſſe*, inquit, *cum ſic habeat contextus, & temperatio, commixtio vini.* Sic & Bened. locum in margine correxit. Si quis velit ἀκράτως vertere, vinum cum libatione cavebit conſtruere. Locutione hac fateor nihil frequentius eſt apud Rabbinos, intercedente part. שֶׁל, ut רבנו של עלם Dominus mundi, At ab Ebraiſmo V. T. ejuſmodi loquendi forma plane exulat. Appoſitive ergo accipiendum eſt, ונסכה, ubi & ה pro ו poſitum eſt, ut עזרתה *auxilium ejus.*

Caput vigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 17.*	*Vulg.*
Qui percuſſerit hominem יומת	⸺ punietur.

STeuchus non dubitat aſſerere textum Vulgat. corruptum eſſe & olim lectum, *morietur*, quomodo in Ebr. Chald. & Græcis eſt.

Caput vigeſimum quintum.

Ebr. *Verſ. 33.* *Vulg.*

Et qui emet a Levitis.	Si redemptæ non fuerint.

REdimere hic pro emere poſitum eſſe ajunt Ebræi. Nulla denique negandi particula eſt in Ebr. & LXX, καὶ ὃς ἂν λυτρώσηται παρὰ τῶν λευιτῶν. Vide Steuchum & Cajetanum.

Ebr. *Verſ. 33.* *Vulg.*

Civitates Levitarum & domus civitatum poſſeſſionis eorum (quod atttinet) redemptio perpetua erit Levitis.	Ædes Levitarum, quæ in urbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi.

Pleniſſime hunc locum reddidere LXX. & Chald. vide Cajet. & Benedict.

Ebr. *Verſ. 37.* *Vulg.*

Nec במרבית dabis eſcam tuam.	Frugum ſuperabundantiam non exiges.

במרבית] id eſt, cum uſura, fœnore. Steuchus, *Imo ad aliud refertur, videlicet ad eſcam. De frugibus nulla mentio.* LXX. καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις αὐτῷ τὰ βρώματά σου. Chald. *Nec cum augmentatione des ei cibum tuum.* Memorant quidem Ebræi in hujus loci explicatione triticum & fruges, quaſi communiores eſcæ ſpecies, at tamen alia eſculenta includi ſub voce אכל, quis inficias iverit. Diſtinguunt plerumq; Ebr. inter נשך & מרבית ſeu תַּרְבִּית, quod Neſchech ſit pecuniæ, Marbith vero ciborum. Sed alii aliter.

Caput

Caput vigeſimum ſextum.

Ebr. *Verſ. 11.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Non תְּגְעַל vos anima mea.	Non abjiciet vos anima mea.

VOx Ebr. abominari vel faſtidire ſignificat, quod magis Emphaticum, quam vulgati interpretamentum. Abominari vel execrari elegêre LXX. & ex iis Steuchus & Bened. Sic n. LXX. ϰ' βδελύσεται ὑμᾶς ἡ ψυχή μου. Non execrabitur vos anima mea. Imo & ipſe Vulgatus verſ. 30. R. Sal. ait, verbum געל ſignificare, *ejicere cum faſtidio quod quis deglutivit.*

Ebr. *Verſ. 13.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Lora jugi veſtri.	Catenas cervicum veſtrarum.

עול extra controverſiam jugum ſign. LXX *τὸν δεσμὸν τοῦ ζυγοῦ ὑμῶν.*

Ebr. *Verſ. 16.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Et faciam ut viſitet vos terror, & tabes, & febris ardens, conſumentes oculos veſtros & dolore afficientes animam.	Viſitabo vos quoque velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras.

Tria minatur Deus hoc verſu, 1. בהלה terrorem, repentinum pavorem, quem Panicum appellavêre veteres, a quo *καὶ θεῶν παῖδες* fugiant, ut canit Græcus Poëta. Oncelos quoque ביהולתא pavorem, ſed & ex Ebręis quidam, teſte Abenezra, expoſuêre פִּתְאֹם, celeriter, quaſi בֶּהָלָה ſit pro בְּבֶהָלָה, quomodo Ebræi ſolent *περιφράζειν* adverbia. Atque hoc ſpectavit vulgatus, dum vertit, *velociter*. Sed nulla neceſſitas nos cogit ad iſtam ellipſim recurrere.

Non carpam tamen,licet & St. & Cajet. carpant & corrigant. Vellem ego ex animo omnia Vulgati ſphalmata ſic excuſari poſſe.

2. Quod minatur, eſt שחפת, quod Oncelos שחפתא vertit, quæ vox cum eadem ſit cum Ebraicâ, addito tantùm א emphatico, huic loco lucem ullam inferre non poteſt. Vulg. reddit, *egeſtatem.* quod interpretamentum nec ulla ratione ab Etymo, nec ulla authoritate Interp. ſtabilias. LXX. n. vertunt *ψώραν* .i. impetiginem & ſcabiem, cui voci nihil cum egeſtate eſt commune. Pagn. *corporis inflammationem*, Bened. *tumoris plagam.* Sic & R. Sal. ait eſſe morbum qui carnem inflet, ſimilemque tumori, cujus fœda & ignominioſa ſit inflatio. Atque hæc prima vocis interpretatio eſt. Altera, ſignificari tabem & phthiſin. Sic Arias, Vatablus &c. Tertia, ſignificari *frigus*, Cajet. *de frigore interno cauſante tremorem, & febre ardente eſt ſermo.* Habet hæc opinio pro ſe Pheſictham, *Docet*, inquit, *quod corripiatur frigore & accendatur igne,ita ut non habeat quietem in lecto ſuo.* Nulla harum vulgato favet, nihilque in Ebræorum commentariis hactenus mihi compertum, quod pro ejus Interpretamento vel tantillum faciat.

3. Eſt קדחת ardor, febris ardens, ipſo etiam Oleaſtrio judice. Atque hæc tria duobus amplificantur adjunctis, nim. *conſumentia oculos* & *dolore afficientia animas.* Vbi lapſus interpres eſt, Quæ n. Ebræus textus expreſſit per pluralia fœminina, ut ſcires ad omnia præcedentia referenda eſſe, vulgatus per ſingularia expreſſit,adque ſolum proxime antecedens vid. ardorem referendum eſſe opinatus eſt. Oncelos fideliſſime hæc reddidit, מחשכן עינין ומפחן נפש. obſcurantes oculos & expirare facientes animam. Et LXX. ex parte, vertunt n. τὸ מכלות σφακελίζοντας,

Digitized by Google

ζοντας, juxta Complut Edit. At poſterius מדיבֹת reddidêre, fateor, per ἐκτήκουσαν, ut ad animam referatur. Cauſam ſuſpicor, quod, cum ſine vau legatur, ſingulare eſſe putarint. Porro obſerva מדיבת eſſe pro מַדְאִיבֹת a דָּאַב part. Hiphil, Aleph excidit e medio, ut in מֹזִין ex principio, pro מְאַזִין: utrobique induitur quaſi forma novi ordinis, nim. quieſc. Ain vau, ac ſi illud a דוב, hoc a זון eſſet. Dicimus n. מֵבִין & מְבִינִים.

Verſ. 19. Ebr. עֻזְּכֶם vertit, *duritiæ veſtræ*. Verſ. 20. neque dabit terra veſtra פריו fructum ſuum, vulg. reddit, *germen ſuum*, verſ. 22. *Immittamque in vos beſtiam agri, quæ* שכלה .i. *orbabit vos*, ſc. filiis veſtris, Vulg. *quæ conſumant vos*. Contra eodem verſu, quod directe ad perſonas eorum pertinet, *& diminuet vel pauciores reddet vos*, vulg. ad alia refert, *& ad paucitatem cuncta redigant*.

Ebr. *Verſ. 30.*	*Vulg.*
Et ſuccidam חמניכם & ponam cadavera veſtra ſuper cadavera גלוליכם.	Et ſimulacra veſtra confringam, cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum.

Duæ voces Ebr. ſunt, quas non aſſecutus eſt Vulgatus. 1. eſt חמנים quam ſimpliciter *ſimulachra* vertit. Licet Interpretes diſſentiant, quid Chammanim proprie fuerint, hic tamen omnes conſentiunt, in ejus explicatione habendam eſſe rationem vocis חַמָּה quæ ſolem denotat. Inde n. certiſſimâ originatione vox Chammanim deſcendit. Opiniones Doctorum de hac voce refero ad hæc duo capita. Aut enim ad Idololatriam referunt, aut aliò. Qui alio, exponunt, amæna ædificia, quæ in ædium tectis erant, quod forte ſecutus Benedict. vertit *ſolaria*. Qui vero ad Idololat. referunt, vel de ſimulachris accipiunt, vel de locis, nempe domibus ſive delubris, vel de homi-

nibus.

Digitized by Google

nibus. Qui de ſimulachris accipiunt, vel in genere accipiunt pro quibuſvis ſimulachris ſoli expoſitis, ſubdialibus, ut Trem. & Iun. vertêrunt. R. Sal. hoc innuit his verbis, *ſpecies eſt Idololatriæ vel idolorum* (Ebr. eſt ע״ז .i. עבדה זרה) *quæ collocant ſuper tecta, & quia collocabant ea in ſole, vocantur* חַמָּנִים. Vel pro ſimulachris in honorem Solis ſculptis & fabrefactis. Sic interpretamentum Onceli, חנסנין, Munſterus in Lexico ſuo exponit, *ſimulachra ſolis*. Kimchi in Rad. חמן, ad Chammanim, *hæc ſimulacra ſic vocantur*, inquit, *eò quod facta ſunt a cultoribus Solis*. Abenezra ad Ieſai. 17. *Sunt imagines factæ in ſimilitudinem currus ſolis, ut ſcriptum eſt in opere Manaſſis*. Alludit procul dubio ad locum 2. Reg. 23. 11. atque huic opinioni ſubſcripſit Oleaſtrius. De delubris vel domibus accipit Abenezra ad hunc locum, *Sunt domus*, inquit, *factæ ad adorandum ſolem*, Fonſeca ad marginem Cajetani, hoc loco; *In locis altis & ſublimibus conſueverant gentes phana Idolorum ædificare, ut patet ex Iud. 9.* De hominibus qui accipiunt, exponunt augures & divinos. Sic Pheſictha ad hunc locum, ut ſic dicti forte ſint, quod in ſole ſteterint & ſub dio. Ionathan quoque hunc locum ſic ϖϑαφεάζα, *Deſtruam augures veſtros & divinos veſtros*. Scaligeri ſententia ex parte coincidit cum ſent. 4. ut delubra vel fana ſignificet. In pauculis tamen diſſentit. Nam in notis ad Catul. p. 90. urget eſſe vocem Perſicam, innuique ritus Perſicos, quos populus Iſrael didicerit, quoties hos Chammanim populo objectant Moſes & Prophetæ. Videturque בָּמוֹת & חַמָּנִים pro uno eodemque habere; hoc tantum diſcrimine, quod *Bamoth* ſit vox Ebr. *Chammanim* vero Perſica. Interpretaturque ibidem hanc vocem per Græcum πυραιθεῖα. Πυραίθω ignem accendo, excito. Quænam autem fuerint πυραιθεῖα iſta,
docet

docet ex Strabone, ἐστὶ δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι Πυραιθεῖα illa, inquit, ſunt Hammanim, quod Strabo idem paulo poſt docet, ταῦτα δὲ ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται. Addit Scalig. Ὠμανὸς enim eſt חמן. Et paucis interjectis, *Herodotus illos ignes, de quibus hic loquitur*, πυρήϊα *vocat*, καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις *conſtitui ſolita ait*. Miſſis iſtis quæ ad hunc locum Scalig. quæri amplius poſſent, hæc ejus videtur opinio, חַמָּנִים fuiſſe πυραιθεῖα .i. σηκοὺς τινας ἀξιολόγους adyta ſeu ædes quaſdam ſplendidas, in quarum medio fuerit altare, in quo cinis multus, ignisque inextinguibilis a Magis conſervatis. Ego nihil hic ſtatuo, tantum opinionem primam & ultimam rejicio. Refert enim Scriptura hæc Chammanim quoties eorum meminit, in numerum rerum Idololatricarum, jungitque ea cum excelſis, lucis, idolis &c. Vſurpantur denique, quoties hæc aboliturum ſe minatur Deus, verba שבר & גרע, quæ de hominum internecione haud commode explicari poſſent, Ezech. 6. 4. ונשברו *& confringentur Chammanim veſtra*. 2. Chr. 34. *Et* גרע *ſuccîdit omnia* חמנים. Coronidis vice addam octies tantum hanc vocem in ſacris reperiri vid. hoc loco 2. Chron. 14. 4. 34. 4. & 7. Ieſ. 17. 8. & 27. 9. Ezech. 6. 4. & 6. Atque hæc de voce חַמָּנִים non tam ut Vulgati verſionem hîc flagellem, licet ipſi Pontificii Cajet. & Benedict. hic illud deſiderent, quod in limine hujus annotationis indicavi, quam, quod Lectori Philebræo varias doctorum de hac voce opiniones uno quaſi intuitu videre, haud ingratum fore opinarer.

Vox altera eſt גִּלּוּלִים, quam vertit *idolorum* ſimpl. cum ratio Etymi magis poſtulet, *ſtercoreorum veſtrorum idolorum*. גָּלָל ſtercus, unde גִּלּוּל. Emphatica ergo vox eſt.

Abenezra, שם גנאי לע״ז .i. *nomen fœdum eſt idoli, a flexione loci*, ſicut removet quis הגלל .i. ſterquilinium 1. Reg. 14. 10.

Verſ. 39. *Quod ſi & de iis aliqui remanſerint.* Cajet. *In Ebræo non ſcribitur dubitando, ſed*, & remanentes in vobis liqueſient &c. Sic & uterque Chald. & LXX. ſine conditionali.

Ebr. *Verſ. 41. & 43.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
40. Donec fateantur &c. 41. Quod & ego ambulaverim cum iis temere &c. ſi tunc יכנע *humiliabitur* cor eorum præputiatum, & ſi tunc ירצו את עונם. 42. Recordabor pacti mei &c.	Ambulabo contra eos &c. donec erubeſcat incircumciſa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.

Oleaſtr. Ratza *nuſquam ſignorare, ſed velle, placere, complacere, ſed quia viderunt Interp. nō bene loco convenire, ſi redderent verbum in propria ſign. vertentes*, tunc placebunt eis iniquitates, *mutarunt propriam ſign. in*, rogabūt, *non conſiderātes, nomen* On *ſignificare frequētiſſime pœnam iniquitatis &c.*

De verſuum connexione nihil jam dicam, licet Cajetanum habeat ſibi Vulgatus adverſarium. Illud primò notari velim, כנע non ſignificare, *erubeſcere*, ſed humiliari, deprimi, ſed hoc Græcis debet. 2. Vox רצה nunquam orare ſignificat, aut rogare, ut verſ. 43. vertit Interpres, *ſed ad volitionem ſpectat*, inquit Cajet. ſignificat, velle, beneplacere, acceptare, acquieſcere, æquo animo ferre. LXX. ut nomen רצון, *εὐδοκίαν*, ita & verbum per *εὐδοκεῖν* amant reddere. Senſus ergo, *acquieſcent in pœna iniquitatis ſuæ*, ut Iun. *æquo animo ferent pœnam iniquitatis ſuæ*, ut Vatab. *acceptabunt*, alii. LXX. τότε εὐδοκήσουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Onc. quoque ירעון utrobique .i. *volent*. Vt in Ebræo עון metonymicè pro pœna iniquitatis ponitur, ita & apud Græcos & Chald. quod non obſervatum coegit Interpretem ad durum illud interpretamentum, ut non male conjectavit Oleaſtrius.

Verſ. 43. in fine hæc verba, *Et ſtatuta mea* געלה נפשם *abominata fuit anima eorum*, ſic convertit Vulgatus, *Et leges*

leges meas deſpexerint. Nimis jejunè. געל enim vox prægnantior eſt, quam ut verbum deſpiciendi eam exprimat.

Caput vigeſimum ſeptimum.

Ebr. *Verſ. 2.*	*Vulg.*
Homo cum ſeparaverit votum, Ebr. כי יפליא נדר.	Homo qui votum fecerit & ſpoſponderit Domino, animam ſuam.

Steuchus, *non erat vertendum*, qui ſpoſponderit animam ſuam, *neque enim id dicitur in contextu, ut quiſquam ſpondeat animam ſuam, nam & votum alterius generis eſſe poterat. De omni enim genere voti hic intelligitur, fruſtraq. additur*, votum animæ ſuæ. Vide quoque Cajetanum & Benedictum.

Verſ. 10. Quod ſi mutaverit] Cajet, *manca eſt litera, nam Ebr. additur*, animal animali, *ut non ſit ſermo de quacunque mutatione ſed unius animalis pro altero animali.* Vide & hic Benedict.

Verſ. 12. Deſunt in fine hæc verba בערכך הכהן כן יהיה, quæ ſic vertunt alii, *Iuxta æſtimationem tuam, o ſacerdos, ſic erit*, alii, *Iuxta æſtimationem ſacerdotis erit*, ut ך ſit *παρέλκον.* Sic & verſ. 2. idem affixum in ipſa hac voce tanquam pleonaſticum accipiunt quidam Interpp. Vide Abenezram.

Ebr. *Verſ. 21.*	*Vulg.*
Erit ager &c. ſicut ager anathematis; ſacerdoti erit poſſeſſio ejus.	*De agro hæreditario.* Et poſſeſſio conſecrata ad jus pertinet ſacerdotum.

Locus reſtitui ex parte poſſet 1. ſi pro, *Et*, reponeretur, *ut*, eſt enim in Ebr. כשדה ſicut ager. 2. ſi poſt, *conſe-*

Digitized by Google

erata, diſtinctionis nota poneretur. Iſta enim per Accentum magnum Athnach a ſequentibus in Ebr. diſtinguuntur. Neutrum præſtitum in editione Clementis, quam ego habeo. Poſterius leviculum eſt. Prius omninò non fuerat negligendum. Anathemata nulla redimi poterant, ut poſtea ſancitur. Atque hac ex parte agrum ex voto æſtimationis æquiparat agro anathematis. Vide Cajet. & Benedict.

Ebr.	*Verſ. 28.*	*Vulg.*
כל חרם אשר יחרים איש ליהוה :		Omne quod Domino conſecratur.

Ebr. *Omne anathema, quod anathematizaverit quis Domino.* Nimis laxe hæc reddidit Vulgatus. Quid enim? annon ea de quibus ante actum eſt hoc capitulo, Deo conſecrabantur? Imo dices, ſed alia ratione. Ergo alia περιφράζ opus hic erat, ſi voce Gr. ἀνάθεμα, apud Latinos ſatis notâ & in Ioſuâ a Vulg. uſurpatâ uti non libuit. Leges hoc capite in univerſum traduntur VII. 1. de redemptione votivarum perſonarum. 2. beſtiarum. 3. domorum. 4. agrorum. 5. quas res non liceat vovere, 6, quas non liceat redimere. 7. de redemptione decimarum. Hic in VI. verſamur. Omnia votiva Deo conſecrabantur, ſed cum licentia redimendi pleraque. Hæc una ſpecies redimi non poterat. Eaque peculiariter *Anathema* vocatur. Voce Anathema uſi ſunt Benedict. Vatablus, Fagius & alii. Cajet. *deſtructio*. Arias, *occiſio*. Alii aliter; ita tamen ut hæc rerum conſecratarum ſpecies ab aliis diſtinguatur.

FINIS LEVITICI.

SIXTINI AMAMA

CENSVRÆ

In Vulgatam Verſionem

LIBER IV.

qui eſt in

NVMEROS.

Caput primum.

Ebr.	*Verſ. 16.*	*Vulg.*
Capita millium Iſrael ipſi.		Capita exercitus Iſrael.

Limitatur hoc Magiſtratus genus, quod non ἑκατοντάρχων, aut ex LXX. ſenioribus fuerint, ſed præfecti millium, quos χιλιάρχους vocamus, quâ ipſa voce LXX. hoc loco uſi ſunt. Ipſa Ebræa etiam Chald. Oncelos ſecutus eſt. Vide Benedict. Cajet. &c.

Ebr.	*Verſ. 3.*	*Vulg.*
Omnem egredientem ad militiam.		Omnium virorum fortium ex Iſrael.

כָּל־יֹצֵא צָבָא: Non tantum fortium & robuſtorum in militia uſus eſt, ſed & aliorum, nec omnes pugnare neceſſe eſt; etiam ſervitiis opus eſt. Cajet. *Non excluduntur inepti ad pugnandum, quoniam idonei ſunt ad ſerviendum exercitui. Et propter hoc dicitur*, omnem egredientem exercitus, *ad comprehendendum etiam ineptos ad pugnam, aptos autem ad ſervitia exercitus.* Vide quoque Bened. Paulo poſt verſ. 20. & ſeq. hæc ipſiſſima verba paulo commodius reddidere, *procedentium ad bellum.* LXX. conſtanter,

ἐκπορευόμενος ἐν δυνάμει, prodiens in exercitu. Δύναμις in helleniſtica liugua exercitus, unde eſt Κύριος τῶν δυνάμεων, Ebr. צבאות, & Δυνάμεις cœli, pro quo Vulgatus amat dicere, Dominus virtutum, virtutes cœli.

Verſ. 50.

Ebr.	*Vulg.*
Et ſuper omnia vaſa ejus & ſuper omnia אשר־לו quæ ejus ſunt.	Et ſuper cuncta vaſa ejus (tabernaculi) & quicquid ad ceræmonias pertinet.

Nullum *ceræmoniarum* veſtigium extat in Ebræo: Sed intelliguntur, ut Abenezra loquitur, כְלֵי כֵלִים vaſa vaſorum. Primo ponitur tabernaculum, 2. Inſtrumenta ſeu utenſilia ejus, ut candelabrum, menſa, altaria, inquit Abenezra. 3. Horum utenſilium vaſa, candelabrum n. menſa & altaria ſua quæque rurſus habebant inſtrumenta. LXX, καὶ ἐπὶ πάντα ὅσα ἐστιν ἐν αὐτῇ, *quæ ſunt in eo*, ſc. tabernaculo. Acceperunt ל pro ב, quod novum non eſt. Ut Pſal. 16. לשאול pro בשאול. Chald. Ebræa ſimpliciter expreſſit, ועל כל־די לה.

Verſ. 53. ubi Ebræa memorant vexilla, *quiſque ad vexillum ſuum*, vulg. reddidit, *cuneos*.

Caput ſecundum.

VErſ. 2. Redundat vox *turmas*, & contra deeſt vox Ebr. מִנֶּגֶד, cujus licet obſcuræ interpretamentum latêre non debuiſſet authenticum Interpretem. Nec n. quiſquam tam profanus e Pontificiis fuerit, qui eam otioſam eſſe aſſeruerit. Pagn. & Cajet. *e regione*, Vatab. *procul*. Pagninus ſecutus eſt Chaldæum & LXX. qui hic legunt, ἐναντίον. Vatablus vero Abenezram & R. Salom. Abenezra n. interpretatur per רָחוֹק: R. Sal. מֵרָחוֹק מִיל procul ad miliare. Levitæ caſtra habebant prope tabernaculum,

Digitized by Google

naculum, Laici vero paulo remotiùs. Sed audiamus Cajet. In Ebræo additur, *e regione*, *dicendo autem*, e regione, *manifeſtat quod non terga, ſed facies caſtrorum diſponerent verſus Tabernaculum. Et inſtitutus eſt talis ſitus ad honorandum tabernaculum.*

Verſ. 5. particip. activum וְהַחֹנִים male convertit, *Caſtrametati ſunt*. Fateor equidem participia illa tam indifferentia eſſe ad præt. quam futura; ſed cum hic non narratio inſtituatur, ſed mandatum Dei ad Moſem recenſeatur, quivis videt præterito nullum hic eſſe locum, idem admiſſum verſ. 12. & 25. & 27. In cæteris ipſe Interpres futura ſervavit.

Verſ. 6. Hæc Ebræa, וצבאו ופקדיו, *Et exercitus ejus & recenſiti eorum*, ſic convertit, *Et omnis numerus pugnatorum ejus*. Duodecies hæc formula recenſetur hoc capite, Ebraice ſemper eadem. At vulgatus in ejus interpretatione admodum varius; LXX. conſtanter ubique, Δύναμις αὐτοῦ καὶ οἱ ἐπεσκεμμένοι. Exercitus ejus & numerati: quod ſemel authoritate Cardinalis monendum fuit.

Ebr. Verſ. 17.	*Vulg.*
Et proficiſcetur tabernaculum conventus, caſtra Levitarum in medio caſtrorum; quemadmodum caſtra metabuntur, ſic & proficiſcentur.	Levabitur autem tabernaculum Teſtimonii per officia Levitarum & turmas eorum: quomodo erigetur, ita & deponetur.

Duo hic dicuntur. Primum quod attinet, Ebræa clara ſunt, dummodo illa, *caſtra Levitarum*, quaſi appoſitive cum Pagn. accipias, unde Vatablus vocem, *nempe*, interjecit, vel, ſi ſubaudias particulam, *cum*, vel, *in*, ut alii fecêre. Nulla autem omnino hic mentio eſt *officiorum*.

Quis

Quis n. unquam מַחֲנֶה *officia* interpretatus eſt? Clarus hic eſt Oncelos, clariſſimi οἱ LXX. *καὶ ἀρθήσεται ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, ϗ ἡ παρεμβολὴ τῶν Λευιτῶν* &c. Aut ſi Vulg. illud, *per officia*, ſupplevit ad τὸ *levabitur*, tunc multa hic deerunt, nim. *& caſtra levitarum*, &, *in medio caſtrorum*. Alterum quod attinet, æque clarum in Ebræo eſt. Nec n. de tabernaculo, ſed de Iſraelitis ſermo eſt. Ideo utitur Moſes verbis pluralibus. Nec denique ulla *erectionis & depoſitionis* mentio: חָנָה caſtrametari ſignificat & quietem indicat, נָסַע profectionem, & motum inſinuat. LXX. *ὡς παρεμβαλοῦσιν, οὕτως ϗ ἐξαροῦσιν.* Vide Cajet. & Benedict. Verſ. 34. Mutila a vulgato exhibetur divinorum mandatorum executio. Omittuntur enim hæc verba, וּבֵן נָסָעוּ. *Et ſic profecti ſunt*. Opponuntur enim hic חנה & נסע, ut motus & quies. Nihil hic omisêre LXX, nihil Oncelos, cujus verba ponam, וכן שרן וכן נטלין & ſic quieſcebant & ſic proficiſcebantur. Vbi diſerte vides vocem quieſcendi adhibitam pro caſtrametari, quod in Chaldaiſmo tralatitium eſt.

Caput tertium.

VErſ. 20. Deſiderantur in vulgato hæc verba, *Iſtæ ſunt familiæ Levi per omnes generationes ſuas*. Quas expreſſerunt οἱ ὸ, οὗτοι εἰσι δῆμοι τῶν λευιτῶν κατ' οἴκους Πατριῶν αὐτῶν. Sic & Oncelos hoc loco.

Verſ. 26.

Ebr.	*Vulg.*
Velum oſtii atrii quod juxta tabernaculum & juxta altare per circuitum, funes quoque ejus pro omni miniſterio ejus.	Tentorium quoq; quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia utenſilia ejus.

Iam

Iam ante notatum quam catachreſticè voce *tentorium* pro aulæo utatur Vulgatus; Lyra hic duo errata taxat inſignia, cujus verba apponemus, Primum notat in iſtis verbis, *Et quicquid ad ritum altaris pertinet*; *in Ebræo*, inquit, *habetur ſic*, velum oſtii atrii quod eſt ſuper Tabern. & altare per circuitum, *& hæc videtur litera verior, Illa n. quæ pertinebant ad altare, erant cum ipſo altari ſub cuſtodia & cura Caathitarum, ut habetur infra, ſed velum pendens in oſtio atrij erat ſub cura Gerſonitarum.* Alterum notat in iſtis, *Funes tabernaculi & omnia utenſilia ejus. At inter utenſilia,* inquit, *tabernaculi erat candelabrum & menſa propoſitionis & vaſa eorum, de quibus non poteſt dici quod erant ſub cura Gerſonitarum, unde in Ebr. habetur*, & funes tabernaculi ad omne miniſterium ejus. *Ad Gerſonitas n. pertinebat portare & ſervare mollia, inter quæ ſunt funes.* Hæc errata ex ipſa hiſtoria refutat egregie Lyra, ut ex lingua argumenta conquirere plane videatur ſupervacuum.

Caput quartum.

VErſ. 7. Ad hunc verſum ea vide quæ notavimus ad * Ex. 25. 22. Illud hic ſaltem notetur,

: קשות הנסך | Crateras ad liba fundenda. Exod. 25. erat, אשר יסך בהן, quod referendum diximus ad remotius קְשוֹת, interjectum n. eſt מְנַקִּיּוֹת. Ea tranſpoſitio hoc loco confirmatur. Sed ad rem. Quod ibi redditum, *ad libamina fundenda*, hic redditum, *ad liba fundenda*. An unquam libum pro libamine uſurpetur, edoceri velim.

* *Vide ad eum locum quoque Oleaſtrium.*

Ad verſ. 14. Vide quæ ad * Exod. 27. 3. notavimus. Et nota pro unica voce מִזְלָגוֹת hîc poni duas, fuſcinulas & tridentes; & pro יָעִים hic eſſe *uncinos*, cum Exod. 27. 3. pro eo ſit, *forcipes*. Steuchus hic dat vocem Ebræam יָעִים

* *Et illic & hic vide Oleaſtr.*

ſignif. ſcopas, additque non eſſe cauſam, cur hic repeterentur uncini, qui per fuſcinulas, inquit, & tridentes intelliguntur. Nota & illud, *τὸ* מזרקות, Exod. 27.3. prætermiſſum, prave hic converſum *batilla*. Eſt. enim batillum inſtrumentum ferreum ſimilitudine palæ, quo prunæ colliguntur, ſeu, ut Placus, ignis quoddam receptaculum ferreum, quo prunas e foco tollimus ac portamus ad ſuffitum faciendum. Quid huic inſtrumento commune cum מִזְרָקוֹת? quæ pelves ſeu crateres fuêre intercipiendo victimarum ſanguini deſtinati. Thema eſt זרק aſpergere, fundere. Amos 6. במזרקי יין. Zach. 14. 10. utrobique Vulgatus *phialas* reddit. Alibi etiam *thuribulum* a vulgato reddi notat Pagninus.

Ebr. *Verſ. 15. & 16.*	*Vulg.*
Iſta ſunt onera filiorum. Cehat in tabernaculo Eccleſiæ.	16. Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, ſuper quos erit Eleazar f. A. S. ad cujus curam pertinet oleum &c.
16. Et præfectura Eleazari filii Aharon ſacerdotis eſt oleum luminaris &c.	

Quæ in Ebræo diſiunguntur per Soph Paſuck, vulgatus confudit. Omnia n. antegreſſa concludit Moſes his verbis, *Iſta ſunt onera filiorum Caath*, & mox pergit ad onera ſeu munia Eleazaro injuncta. Hæc autem vulgatus connectit per illud, *Super quos*, quæ uno verſu in aliis editionibus cum ſuperioribus copulantur. Illud a. *ſuper quos* plane in Ebr. non extat. Vox enim פְּקֻדָּה non reſpicit filios Caath, ſed oleum & ſuffimentum & cætera, quæ ad ejus curam pertinuiſſe ait Vulgatus, iſtis enim verbis, *ad cujus pertinet curam*, vocem פקדה Vulgatus reddidit. Notarunt hoc Cajet. & Benedict. Fruſtra ergo ſe torquet

hic

hic Lyra ob illud, *ſuper quos*, dum dicit & opponit, ſupra dictum fuiſſe, Eleazarum fuiſſe ſuper omnes Levitas, & reſpondet, ſuper hos, id eſt Caathitas, fuiſſe immediate; ſuper Gerſonitas & Meraritas mediate.

Quin & ubi verſus hic habet, *Et ſacrificium quod ſemper offertur*, Cajetanus jubet ſic corrigere literam, *Et munus jugis*, dicitque fuiſſe annexum jugi holocauſto & conſtitiſſe ex ſimila, oleo & thure. Idem quoq; Oleaſtr. aſſerit.

Ebr. Verſ. 20.	*Vulg.*
Et non ingrediantur ad videndum quando abſorbebūt .i. operient ſanctitatem.	Alii nulla curioſitate videant ea quę ſunt in ſanctuario, priuſquam involvātur.

Duobus modis hic a fontibus receſſum eſt, ut & ipſi Steuchus, Cajet. & Benedictus notarunt. Chald. quoq; τὸ כְּבַלַּע reddit, *quando operiunt*, & pro קודש habet, *vaſa ſanctuarij*, idque optime.

Caput quintum.

Ebr. Verſ. 3.	*Vulg.*
In quorum (caſtrorum) medio אני שוכן ego habito.	Cum habitaverim vobiſcum.

ANte legebatur, *habitaverint*, ſed mendum illud ſublatum a Romanis correctoribus eſt. Manſit tamen præteritum pro præſenti, nullo ſenſu, adhibet enim tanquam cauſam, cur ejiciendi ex caſtris ſint, vid., ne polluant ea in quorum medio ipſe habitat. Si enim ibi habitaſſet Deus, vel, ſi non amplius ibi habitaret, non ita procederet ratio. Tale autem quid præ ſe ferre videtur præteritum. Melius itaque LXX. ἐν οἷς καταγίνομαι ἐν αὐτοῖς, & Chald. *In quibus* שכינתי *divinitas mea*, vel, majeſtas *habitat*.

Digitized by Google

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
למעל מעל ביהוה׃		Et per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini.

Oleaſtr. loquitur de peccato furti, cui pejeratio adjungitur.

Ex contextu liquet de peccatis *ἐκ προαιρέσεως* patratis ſermonem hic eſſe, nimis hæc ergo extenuat vox negligentiæ, cujus veſtigium nullum in fontibus extat. מַעַל enim prævaricari ſignificat, unde Benedict. in margine, *prævaricati fuerint prævaricationem in Dominum*, Pagnin. *prævaricando prævaricationem*; Cajet. *ad mentiendum mentitionem*. Chald. quoque לשקרא שקר, *ad ment. mentitionem*. LXX. *καὶ παρειδὼν παρίδῃ*, & deſpiciens deſpexerit. Hinc ergo Merc. ad Theſ. Pagn. ait מעל eſſe per contemptum & contumaciam aliquid agere. Certe paulo poſt v. 12. de adultera uſurpatur, ubi nullus negligentiæ prætextus, unde voce *contemnens* vulgatus ipſe ibidem uſus eſt.

Ebr.	*Verſ. 15.*	*Vulg.*
Decimam partem Ephæ.		Decimam partem ſati.

Ecce *Epha* interpretatur *ſatum*, cum Epha tria ſata contineat. Vide eos qui de menſuris Ebr. ſcripſere. LXX. δέκατον τοῦ οἰφί.

Ebr.	*Verſ. 18.*	*Vulg.*
Oblationem memoriæ, quæ oblatio zelotypiæ eſt.		Oblationem zelotypiæ.

Omiſſæ hic ſunt voces duæ מנחת זכרון, cum non de nihilo vocetur *oblatio recordationis*. Reliquis oblationibus expiabantur iniquitates, hac vero in memoriam revocabatur adulterium, unde & hoc peculiare habuit, quod nec oleum, nec thus habuerit, abſuit oleum, ne oblatio eſſet decorata, inquit R. Salomo, nam oleum vocatur *lux*,

tur lux, & nitet in tenebris. Lyra, quia oleum eſt fomentum luminis, & adulterium fit in tenebris, ſecundum illud Iob. 24. *Oculus adulteri obſervat caliginem.* Abfuit thus, inquit idem Lyra, quod thus ſignificet devotionem, ut dictum eſt Exod. 21. hoc autem ſacrificium non offerebatur ex devotione, ſed ſuſpicione adulterii &c.

Oleaſtr. oleum & thus jocunditatem & hilaritatem offerentis ſignificabant, quæ non erant in hac oblatione.

Verſ. 21.

Ebr.	*Vulg.*
Et adjurabit ſacerdos mulierem illam adjuratione maledictionis, & dicet mulieri, det te Dominus in maledictionem & execramentum in medio populi tui, quum poſuerit Dominus femur tuum cadens, & ventrem tumeſcentem.	His maledictionibus ſubjacebis, det te Dominus in maledictionem & exemplum cunctorum in populo tuo: putreſcere faciat femur tuum & tumens uterus tuus diſrumpatur.

Nimis a fontium regula deviavit Interpres uſque ad illa verba, *Det te Dominus*, cum tamen LXX. nullam hic neceſſitatem viderint ea ſic tranſcurrendi. Quin & Paraphraſtes Chald. κατὰ πόδα textum Ebræum ſecutus eſt. Quod autem Ebræum שבעה vertit, *exemplum*, tolerari poteſt. Proprie tamen magis LXX. ἐνόρκιον .i. interprete *a* Auguſtino, *in execramentum*, & ſic ſumi videtur eadem hæc vox, Ieſ. 65. 25 *nomen veſtrum electis meis erit* לשבעה, *in execramentum.* In benedictionibus uſitatum erat allegare exempla felicium, Ruth. 4. 11. *Reddat Dominus mulierem ſicut Rachel, & ſicut Lea, quæ ambæ ædificârunt domum Iſrael,* Idem fieri ſolebat in execrationibus & maledictionibus, ut hic notavit R. Sal. Atque ſic quidam explicant illud Pſaltis, *per me jurant*, q. d. execraturi aliquem, me in exemplum allegant, ponat te Deus ſicut David &c.

a *Quæſt. lib. 4 qu. 11.*

Femur tuum putreſcere faciat] ſic Vulg. cum in Ebræo

 ſit,

ſit, *poſuerit femur tuum cadens*, נֹפֶלֶת. Linquo diſputationes Ebræorum quid per femur hic intelligatur, hoc tantum ajo, ſine neceſſitate putredinem hic introductam. LXX. verterant διαπεπτωκότα, collapſum, Onc. מסיא, quod quidem Fagius reddit, *putridum*, at Cl. Druſius, *diſſolutum*. מְסָא n. diſſolvor, liqueſio. Alii *debilitatum* expoſuere. Benedict. *fecerit corruere*. In ultimo membro vox *diſrumpatur*, ſuperflua eſt.

Ebr.	*Verſ. 24.* *Vulg.*
Et bibendas dabit mulieri aquas illas amaras, maledictionem importantes, ut intrent in eam aquæ &c.	Et dabit ei bibere: quas cum exhauſerit, 25. Tollet ſacerdos &c.

Notant hic Cajet. & Benedict. verba illa, *quas cum exhauſerit*, non eſſe in Ebræo. Imo *contradicunt ſubjunctis*, inquit Cajetanus. Illud n. conſtat, quod ſacerdos, poſtquam deleviſſet ſcripturam illam aquâ, acceperit ex manu mulieris munus ſimilæ. Is elevabat illud coram Deo, & offerebat ſuper altare, & poſtea bibendas dabat mulieri has aquas. Vide verſ. 26. ubi ſic Vulg. *Et ſic* (Ebr. & poſtea, וְאַחַר) *potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit* &c. Vt non de nihilo hic ſe torqueat Lyra. Nihil difficultatis in textu eſt, ſi וּבָאוּ reddas, *ut ingrediantur*, quomodo præter Iunium & Benedictus tranſtulit. Vulgata defendi omnino non poteſt, ſic enim dicit, *quas cum exhauſerit, Tollet ſacerdos de manu ejus ſacrificium zelotypiæ &c. Et ſic potum det mulieri. Quas cum biberit.* Quomodo potuit ante & poſt bibere? Dices forte, bibit partem ante levationem oblationis, partem poſt eam. Si ita eſt, quomodo ergo dicitur, *quas cum exhauſerit*, an ita de parte loqui ſolemus? Vt nihil jam dicam ſine omni omnino fundamento id aſſeri.

Ebr.

Ebr. *Verſ. 28.*	*Vulg.*
Si non fuerit polluta, ſed pura, innocens erit, & ſeminabitur ſemine.	Si polluta non fuerit, erit innoxia & faciet liberos.

Claudet hoc caput Cenſura Cajetani, in qua non interponam judicium meum. *Iuxta Hebraum habetur*, inquit, *& ſeminabitur ſemine. Non promittitur quod faciet liberos, ſed decernitur, quod non deſeretur a marito quoad thorum, hoc enim ſignificatur dicendo, & ſeminabitur ſemine, ad hoc enim ſufficit concubitus mariti.* Hæc Cajet. Illud ſaltem mihi liceat addere diſquiſitive, Quid ſi maritus in ſuſpicionem adulterii vocaſſet uxorem annos partus jam ſupergreſſam, e. g. quinquagenariam, an ex hac promiſſione & illam concepiſſe credemus? oportet certe, ſi vulgatæ verſioni credendum eſt. Ridiculum eſt & ſimul falſum quod hic annotat Lyra, eſſe Ebræos qui aſſerant virtute illius aquæ mulierem innoxiam ſine virili ſemine concepiſſe.

Caput ſextum.

Ebr. *Verſ. 9.*	*Vulg.*
Radet caput ſuum die purificationis ſuæ, die ſeptimo radet illud.	Radet illico caput ſuum, in eadem die purgationis ſuæ, & rurſum ſeptimâ.

CAjet. *Non præcipitur bis radi caput, ſed ſemel tantum, in die mundationis ejus, id eſt in die ſeptimo, Immundus n. uſque ad ſeptimum diem erat ex mortuo.* Huic Cenſuræ ſubſcribo, 1. quia nulla iterandi particula in Ebræo eſt, 2. quia proprietas Ebræi ſermonis eo neceſſario trahit, quod facilius intelligat Ebraice callens, quam verbis exprimat. *Videatur & Oleaſtr.*

primat. 3. quia ratio iſta Cajetani ſtat, immunditics ex mortuo durabat ad diem 7. Ergo dies ſeptimus dies purificationis erat. 4. Quia Græci quoque ſimpliciter, *radet caput ſuum, quo die purificatus fuerit, die ſeptimo radetur.* 5. Quia nec Chald. a verbis contextus Ebr. receſſit. Atque ita cadunt omnes ſubtilitates Lyræ, qui ludos hic facit equite non plaudente.

Verſ. 13.

Miror cur Interpres τὸ נָזִיר toties *conſecrationem* reddiderit, ut & hoc verſu, *iſta eſt lex conſecrationis.* Cum verſ. 21. vertat, *hæc eſt lex Naziræi.*

Verſ. 25. ubi Vulgatus vertit, *oſtendat Dominus faciem tuam ſibi*, Ebræa multo ἐμφαλικωλέρως habeat, *illuminet* &c.

Caput ſeptimum.

VNiverſo hoc capite nihil occurrit quod operæpretium ſit notare, Quod n. ad nomina, acetabulum, * phiala & mortariolum attinet, quæ hic emendat Cajet. in ſcutellam, malluvium & cochlear, de iis ad Exodum ſatis ſuperque a nobis dictum eſt. Illud liceat mihi addere, verſ. ult. ab iſtis verbis, לְדַבֵּר אִתּוֹ *ad loquendum cum eo*, ſine cauſa confugiſſe Interpretem ad oraculum. Nihil n. in iis difficultatis erat. Sic dico, nihil neceſſe erat ea ſic convertere, *ad conſulendum oraculum.* LXX. contenti fuêre ſic vertere, λαλῆσαι αὐτῷ. Et Onc. למללא עמה, *ad loquendum cum eo.*

* *De phiala Steuchus*, vox Ebr. pelvim ſive gútturnium ſignificat. Quare non ita propriè forſan phialam interpretatur Hieron.

Caput

Caput octavum.

Ebr. Verſ. 2.	*Vulg.*
Cum accendes lucernas e regione candelabri, lucebunt 7. lucernæ iſtæ.	Cum poſueris 7. lucernas, candelabrum in auſtrali parte erigatur, hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra Boream e regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis: contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt.

QVod alibi Laconico ſtylo peccavit, hic penſat Aſiatico. Cajetanus dicit, *minus notari principale intentum.* Auguſtinus Steuchus, qui patrocinium hujus verſionis in ſe recepit, ingenue fatetur ſe neſcire, an Vulgata editio probanda ſit. Sed operæ eſt ipſa Epiſcopi verba audire. *Iu auſtrali plaga] hoc in contextu Ebraico nuſquam ponitur, neq; vel minima apparet hujus vocis expreſſio. Videturque aliud omnino legiſſe Hieronymus. Ebraica itaque ſic habent, dum pones, inquit, lucernas* אל מול פני המנרה, *id eſt, ex adverſo candelabri. Mirorque cur τὰς Lxx. quoque ſecutus non ſit, qui & ipſi juxta Ebr. veritatem interpretantur*, cum poſueris lucernas ex parte contra faciem candelabri. *Quamobrem neſcio an noſtra Editio probanda ſit: neq; ſatis liquet, cur in partem auſtralem voluerit candelabrum ſeu lucernas ſpectare.* מול *quoque apud Ebræos ſemper* ex adverſo *ſignificat. Et quod mirum magis videri ſolet* (an quia plerumque mutilare ſolet Vulgatus?) *additur in noſtra Editione tota hac periodus, quæ minime habetur apud Ebræos,* hoc igitur præcipe &c. *Clarumque eſt id ex ſe addidiſſe Hieronym. eò quod neque apud Lxx. ea inveniatur particula.* Paulus Burgenſis in Additione ad hoc caput, ait *ſibi videri ea appoſita fuiſſe ab aliquo lectore in margine, per modum*

Lucas Brug. in catalogo altero, *magna pars horum verborum omittitur ab Ebr. & Græcis codicibus, quin & a quibuſdam Latinis Ms. Videri poſſit addita explicationis gratia ex Ex. 40. 22.*

primat. 3. quia ratio iſta Cajetani ſtat, immunditics ex mortuo durabat ad diem 7. Ergo dies ſeptimus dies purificationis erat. 4. Quia Græci quoque ſimpliciter, *radet caput ſuum, quo die purificatus fuerit, die ſeptimo radetur.* 5. Quia nec Chald. a verbis contextus Ebr. receſſit. Atque ita cadunt omnes ſubtilitates Lyræ, qui ludos hic facit equite non plaudente.

Verſ. 13.

Miror cur Interpres τὸ נֵזֶר toties *conſecrationem* reddiderit, ut & hoc verſu, *iſta eſt lex conſecrationis.* Cum verſ. 21. vertat, *hæc eſt lex Naziræi.*

Verſ. 25. ubi Vulgatus vertit, *oſtendat Dominus faciem tuam ſibi*, Ebræa multo ἐμφατικωτέρως habent, *illuminet* &c.

Caput ſeptimum.

VNiverſo hoc capite nihil occurrit quod operæpretium ſit notare, Quod n. ad nomina, acetabulum, * phiala & mortariolum attinet, quæ hic emendat Cajet. in ſcutellam, malluvium & cochlear, de iis ad Exodum ſatis ſuperque a nobis dictum eſt. Illud liceat mihi addere, verſ. ult. ab iſtis verbis, לְדַבֵּר אִתּוֹ *ad loquendum cum eo*, ſine cauſa confugiſſe Interpretem ad oraculum. Nihil n. in iis difficultatis erat. Sic dico, nihil neceſſe erat ea ſic convertere, *ad conſulendum oraculum.* LXX. contenti fuêre ſic vertere, λαλῆσαι αὐτῷ. Et Onc. למללא עמה, *ad loquendum cum eo.*

* *De phiala Steuchus*, vox Ebr. pelvim ſive gutturnium ſignificat. Quare non ita propriè forſan phialam interpretatur Hieron.

Caput

Caput octavum.

Ebr.	*Verſ. 2.* *Vulg.*
Cum accendes lucernas e regione candelabri, lucebunt 7. lucernæ iſtæ.	Cum poſueris 7. lucernas, candelabrum in auſtrali parte erigatur, hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra Boream e regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis: contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt.

QVod alibi Laconico ſtylo peccavit, hic penſat Aſiatico. Cajetanus dicit, *minus notari principale intentum.* Auguſtinus Steuchus, qui patrocinium hujus verſionis in ſe recepit, ingenue fatetur ſe neſcire, an Vulgata editio probanda ſit. Sed operæ eſt ipſa Epiſcopi verba audire. *In auſtrali plaga*] *hoc in contextu Ebræo nuſquam ponitur, neq; vel minima apparet hujus vocis expreſſio. Videturque aliud omnino legiſſe Hieronymus. Ebraica itaque ſic habent, dum pones, inquit, lucernas* אל מול פני המנרה, *id eſt, ex adverſo candelabri. Miror que cur τὺς Lxx. quoque ſecutus non ſit, qui & ipſi juxta Ebr. veritatem interpretantur*, cum poſueris lucernas ex parte contra faciem candelabri. *Quamobrem neſcio an noſtra Editio probanda ſit: neq; ſatis liquet, cur in partem auſtralem voluerit candelabrum ſeu lucernas ſpectare.* מול *quoque apud Ebræos ſemper* ex adverſo *ſignificat. Et quod mirum magis videri ſolet* (an quia plerumque mutilare ſolet Vulgatus?) *additur in noſtra Editione tota hæc periodus, quæ minime habetur apud Ebræos,* hoc igitur præcipe &c. *Clarumque eſt id ex ſe addidiſſe Hieronym. eò quod neque apud Lxx. ea inveniatur particula.* Paulus Burgenſis in Additione ad hoc caput, ait *ſibi videri ea appoſita fuiſſe ab aliquo lectore in margine, per modum Gloſſæ,*

Lucas Brug. in catalogo altero, *magna pars horum verborum omittitur ab Ebr. & Græcis codicibus, quin & a quibuſdam Latinis Ms. Videri poſſit addita explicationis gratia ex Ex. 40. 22.*

primat. 3. quia ratio iſta Cajetani ſtat, immundities ex mortuo durabat ad diem 7. Ergo dies ſeptimus dies purificationis erat. 4. Quia Græci quoque ſimpliciter, *radet caput ſuum, quo die purificatus fuerit, die ſeptimo radetur.* 5. Quia nec Chald. a verbis contextus Ebr. receſſit. Atque ita cadunt omnes ſubtilitates Lyræ, qui ludos hic facit equite non plaudente.

Verſ. 13.

Miror cur Interpres τὸ נָזִיר toties *conſecrationem* reddiderit, ut & hoc verſu, *iſta eſt lex conſecrationis.* Cum verſ. 21. vertat, *hæc eſt lex Naziræi.*

Verſ. 25. ubi Vulgatus vertit, *oſtendat Dominus faciem tuam ſibi,* Ebræa multo ἐμφαλικωτέρως habent, *illuminet* &c.

Caput ſeptimum.

VNiverſo hoc capite nihil occurrit quod operæpretium ſit notare, Quod n. ad nomina, acetabulum,* phiala & mortariolum attinet, quæ hic emendat Cajet. in ſcutellam, malluvium & cochlear, de iis ad Exodum ſatis ſuperque a nobis dictum eſt. Illud liceat mihi addere, verſ. ult. ab iſtis verbis, לְדַבֵּר אִתּוֹ *ad loquendum cum eo,* ſine cauſa confugiſſe Interpretem ad oraculum. Nihil n. in iis difficultatis erat. Sic dico, nihil neceſſe erat ea ſic convertere, *ad conſulendum oraculum.* LXX. contenti fuêre ſic vertere, λαλῆσαι αὐτῷ. Et Onc. למללא עמה, *ad loquendum cum eo.*

* *De phiala Steuchus,* vox Ebr. pelvim ſive gutturnium ſignificat. Quare non ita propriè forſan phialam interpretatur Hieron.

Caput

Caput octavum.

Ebr. *Verſ. 2.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Cum accendes lucernas e regione candelabri, lucebunt 7. lucernæ iſtæ.	Cum poſueris 7. lucernas, candelabrum in auſtrali parte erigatur, hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra Boream e regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis: contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt.

QVod alibi Laconico ſtylo peccavit, hic penſat Aſiatico. Cajetanus dicit, *minus notari principale intentum.* Auguſtinus Steuchus, qui patrocinium hujus verſionis in ſe recepit, ingenue fatetur ſe neſcire, an Vulgata editio probanda ſit. Sed operæ eſt ipſa Epiſcopi verba audire. *In auſtrali plaga*] *hoc in contextu Ebræico nuſquam ponitur, neq; vel minima apparet hujus vocis expreſſio. Videturque aliud omnino legiſſe Hieronymus. Ebraica itaque ſic habent, dum pones, inquit, lucernas* אל מול פני המנרה, *id eſt, ex adverſo candelabri. Miror que cur τοὺς Lxx. quoque ſecutus non ſit, qui & ipſi juxta Ebr. veritatem interpretantur*, cum poſueris lucernas ex parte contra faciem candelabri. *Quamobrem neſcio an noſtra Editio probanda ſit: neq; ſatis liquet, cur in partem auſtralem voluerit candelabrum ſeu lucernas ſpectare.* מול *quoque apud Ebræos ſemper* ex adverſo *ſignificat. Et quod mirum magis videri ſolet* (an quia plerumque mutilare ſolet Vulgatus?) *additur in noſtra Editione tota hæc periodus, quæ minime habetur apud Ebræos,* hoc igitur præcipe &c. *Clarumque eſt id ex ſe addidiſſe Hieronym. eò quod neque apud Lxx. ea inveniatur particula.* Paulus Burgenſis in Additione ad hoc caput, ait *ſibi videri ea appoſita fuiſſe ab aliquo lectore in margine, per modum*

LucasBrug. in catalogo altero, *magna pars horum verborum omittitur ab Ebr. & Græcis codicibus, quin & a quibuſdam Latinis Ms. Videri poſſit addita explicationis gratia ex Ex. 40. 22.*

Gloſſæ, & poſtea ab aliquo ſcriptore imperito fuiſſe textui interpoſita. Quo elogio ergo decorandi ſunt correctores Romani, ipſique adeo Pontifices, qui correctorum labores approbarunt, dum hanc ab imperito ſcriptore interpolatam laciniam non eliminarunt, ſed pro verbo Dei Eccleſiis ſub anathematis pœna obtrusêre?

Verſ. 26. *Et miniſtri erunt fratrum ſuorum.* Cajet. ait melius legi, *Et miniſtrabunt cum fratribus ſuis.* Idque Ebræa ſonant, ושרת את · אחיו. Et LXX. *καὶ λειτουργήσει μετὰ ἀδελφῶν αὐτοῦ.* Sic quoque Oncelos. Conſultum ipſorum ætati voluit Deus, & annis aliquid tribui, quæ vero iſta fuiſſet relevatio, ſi fratrum miniſtri evaſiſſent? Verſibus antecedentibus. 24. & 25. voces צָבָא *militia*, & לצבא צבא miror a Vulg. prætermiſſas. Quod vero כפר per, *orare*, perpetuo fere exprimat hoc capite, illud alibi reprehendimus.

Caput nonum.

Ebr. Verſ. 10.	*Vulg.*
Aut in via longinqua vobis aut in ætatib. veſtris לדרותיכם.	Sive in via procul in gente veſtra.

Oleaſtrius, vel in via long. vobis, id eſt, a terra veſtra, vobis qui jam vivitis, vel fuerit in via longinqua generat veſtræ, id eſt, poſteris veſtris.

PRimo vocem דרות vertit *gentem*, qua notione nuſquam, quod ſciam, occurrit. 2. illam jungit cum *via longinqua*, a qua tamen per diſiunctivum או *aut* diſiungitur. Ideo Benedict. corrigit, *ſive in generationibus veſtris.* Et Paulus Burgenſis audacter pronunciat, illud, *de gente veſtra*, non eſſe in Ebræo, atque ideo textum loqui de eo, qui eſt extra viam Filiorum Iſrael in itinere. Steuchus opinatur, illud, *in gente veſtra*, ab Interp. additum, illud autem לדרותיכם ab Interp. omiſſum, quod tamen non eſt. inquit, à LXX. omiſſum, *ἢ ἐν ὑμῖν, ἢ ἐν ταῖς γενεαῖς ὑμῶν*, aut

in vobis

in vobis aut in ætatibus veſtris. Senſus, *tam hac tempeſtate, quam futuris ſæculis.* Sic & Vatablus & Druſius. Quis enim neſcit ſic vocem לדורות uſurpari?

Ebr. *Verſ. 20.* *Vulg.*

Eratque, quando erat nubes diebus numeri ſuper tabernaculum, manebant.

Quot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum, erigebant tentoria.

Quot diebus] alii codices legunt, *quotquot diebus.* Vt ut ſit, vocem מספר, quam LXX. expreſsêre, Vulgatus neglexit. Illud autem hic notandum, ימים מספר irregulariter poni, pro ימי מספר *diebus numeri*; aut pro ימים ימי מספר *diebus, diebus inquam numeri.* Quid autem hic Ebraiſmus ſibi velit, tum ex aliis locis, tum ex antecedentis verſus antitheſi liquet. Gen. 34. 30 *homines numeri* .i pauci. Vbi ipſe vulg. *nos pauci ſumus.* Sic Deut. 4. 27. *Et* *Oleaſtr. Diebus numeri id eſt dieb. paucis.*
reliqui eritis viri numeri. Vtrobiq; Chaldæus Ebraiſmum retinuit, עַם דְמִנְיָן *populus numeri.* Ezech. 12. *viri numeri.* Iob. 16. *anni numeri.* Ratio phraſeos, quod pauca facile & cito numerari queant. Ex collatione verſus præcedentis, *Cum morabatur nubes ſuper tabern. diebus multis.* Hic ergo dies paucos deſignari quis dubitare auſit? R. Salom. quoque exponit, *dies paucos.* Vide & Vatabli Notas & Fagii. Cajet. quoque vertit, *dies numeri.* Certe vocem מספר otium agere nullus dixerit, quod autem Steuchus exponit *dies numeri* .i. plures numero, id primo phraſiologiæ Ebraicæ, cujus jam exempla vidimus, repugnat, & ſecundo hunc verſum cum ſuperiori, ubi ימים רבים, confundit.

Digitized by Google

Caput decimum.

Ebr.	*Verſ. 4.*	*Vulg.*
Si autem בְּאַחַת unâ tantum clanxerit.		Si ſemel clangueris.

SEmel potius אַחַת diceretur. Iam vero eſt בְּאַחַת *in una*, ſc. tuba. Contextus eò nos manifeſte deducit. *Si clangent* בָּהֵן *illis*, ambabus videlicet, *coibit omnis cœtus*, *ſi vero clangent una*, *coibunt principes*. Sic quoque LXX. ἐν μιᾷ σαλπίζωσι, aliter, ἐν μιᾷ σάλπιγγι, una tuba. Sic quoque Chald. בחדא, in una. Abenezra quoque & R. Sal. ſic exponunt. Sic quoque Pagn. vertit. Sic Benedict. & Cajetanus & Oleaſtr. emendant. Et Lyra hic annotavit, *In Ebræo haberi in una*, ſc. tuba. Verbum non addam amplius.

Ebr.	*Verſ. 2.*	*Vulg.*
Et erunt tibi ad convocationem cœtus, & ad profectionem caſtrorum.		Quibus convocare poſſis multitudinem quando movenda ſunt caſtra.

Duo diſtincta tubarum officia indicantur, inquit Cajet. *Et non unum. Manca ergo eſt litera*, inquit, *nam Ebraice habetur copulativa.* Addo & LXX & Chald. diſtinxiſſe per copulat. quam a Vulgato neglectam queritur Cajet. Benedictus etiam notavit & Lyra, & Oleaſtr. *Ad hæc duo*, inquit, *erat uſus tubarum.*

Ebr.	*Verſ. 14. &c.*	*Vulg.*
Et profectum eſt vexillum caſtrorum filiorum Iuda.		Filii Iuda per turmas ſuas.

Cajet. *Omittit interpres quatuor triplicitatum vexilla, omnes*

Digitized by Google

omnes enim tribus ſub 4. vexillis comprehendebantur. Sic & verſ. 18. *Et profectum eſt vexillum caſtrorum Ruben*, quod videlicet comprehendebat ipſam tribum Ruben, Simeon & Gad, ubi rurſus vulg. *Profecti ſunt filij Ruben*, nulla *vexilli* facta mentione. Sic & verſ. 22. & 25. Et illud notatu dignum, verſ. 13. ubi dicitur, *Profecti ſunt ergo primum, vel prima vice*, referri ad totam multitudinem, non vero ad tribum Iudæ, vel vexillum ejus tantum, quomodo accepit vulg. dum cum ſequente verſu ea connectit, hoc modo, *Moveruntque caſtra primi juxta imp. Domini filii Iuda, per turmas ſuas*, quod textum Ebræum inſpicienti luce clarius apparebit. Vide & Oleaſtr.

Ebr. *Verſ. 21.*	*Vulg.*
Et profecti ſunt Caathitę portantes ſanctuarium, ut erigerent (*Gerſonitæ vid. & Meraritæ, qui antecedebant*) tabernaculū, dum hi venirent.	Profecti ſunt & Caathitæ portantes ſanctuarium: tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

Rationem reddit cur Gerſonitæ & Meraritæ vectores tabernaculi præceſſerint Cehathitas, qui ſanctum ſanctorum portabant, videlicet, inquit Cajet. *ut dum Caathitæ venirent ad terminum, illi qui praierant, erigerent tabernaculum, ut ſimul ac appuliſſent Caathitæ, mox ſancta involuta in tabernaculum inferrent*. Sic Chald. ſic R. Sal. Abenezra, Hiſcuni, ſic Vatablus, aliique locum hunc expoſuere, nec alia verborum Ebraicorum mens eſſe poteſt, a qua nimium exorbitavit noſter. Vide Liram.

Ebr. *Verſ. 25.*	*Vulg.*
Et profectum eſt vexillum filiorum Dan, recolligens omnia caſtra.	Noviſſimi caſtrorum omnium profecti ſunt filii Dan.

Idem hic admiſſum, quod ad verſ. 14. Omiſſa videlicet vox *vexillum*. Vnde manifeſte falſi arguitur hic locus, prout in vulg. legitur, *Noviſſimi omnium*, inquit, *profecti ſunt filij Dan*, & tamen memorantur poſtea Filii Aſer & Naphthali. Res clara eſt in Ebr. Profectum eſt vexillum filiorum Dan, illud autem vexillum, ut & reliqua tria, tres tribus comprehendebat, tribum Dan, unde tanquam a potiori vel numeroſiori totum vexillum denominatur, tribum Aſer & tribum Naphthali. Ex eo autem quod dicitur in Ebr. *recolligens omnia caſtra*, ſatis colligitur hoc vexillum omnium poſtremum fuiſſe, atq; adeo univerſum exercitum clauſiſſe. Sed eo ipſo non ſatis exprimitur verborum Ebr. mens. Illud n. volunt, hoc vexillum omnes, qui vel præ morbo, vel defatigatione, vel alio quovis obſtaculo caſtra ſua ſequi non poterant, recollegiſſe, atque ad ſe recepiſſe. Hoc ante tot annos Lyra vidit, cujus Poſtillam vide ad hunc locum.

Caput undecimum.

Ebr. Iuxta St.	*Verſ. 1.*	*Vulg.*
Et erat populus quaſi murmurantes peſſima in auribus Domini, כמתאוננים רע.		Interea ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra Dominum.

HAnc verſionem ipſe Steuchus ſtrenuus ille vulgatæ hyperaſpiſtes flagellat, dum dicit falſam eſſe, ſibiq; magis placere LXX. qui vocem רע pro eo quod pravum eſt, acceperunt. *Ideo non erat*, inquit, *ad laborem referendum, nullâ n. tunc anguſtiâ premebantur, ut dolendum iis eſſet. Itaque ſic vertunt Septuaginta*, καὶ ἦν ὁ λαὸς γογγύζων πονηρά. *Quamquam ſententiam Hieron. adjuvat Theodoretus, qui populi lamentum dicit fuiſſe, quod* ὁδοιπορίας ἐδυσχέραιναν πό-

γαν πόνον, quod ægre ferebant itineris moleſtias. Sed veritas, inquit Steuchus, *in contrarium eſt.* Taxant & Benedict. & Cajet. hanc verſionem.

Ebr. *Verſ. 14.*	*Vulg.*
Non poſſum ſolus ſuſtinere populum hunc, quia gravis eſt præ me.	Non poſſum &c. quia gravis mihi eſt.

Non ea Moſis mens eſt, ſic n. dixiſſet, כִּי כָבֵד לִי. Iam vero cum dicat, כִּי כָבֵד מִמֶּנִּי non alia mens eſſe poteſt, quam ſi dixiſſet Latine, quia gravior eſt, quam ut ferre queam, quia ſupra vires meas eſt, ut Pagninus tranſtulit. *Patet ex comparat. Ebr.* מִן inquit Steuchus, *comparationem fieri.* Sic & Cajet. & Bened. Sic & Ol. & Chal. reddidêre.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Fleviſtis enim in auribus Domini.	Ego enim audivi vos dicere.

Longe ἐμφαλικώτερα Ebræa ſunt, ideo & LXX. ἐκλαύσατε ἔναντι Κυρίου, & Chald. fleviſtis coram Domino.

Ebr. *Verſ. 20.*	*Vulg.*
Eritq; vobis לְזָרָא.	Donec vertatur vobis in nauſeam.

Non poſuiſſem, niſi ipſi Cajet. & Bened. & Oleaſtr. notaſſent verti debere, *in ſparſionem* .i. vomitum. Vomitu enim omnia, quæ ante complectebatur ventriculus, diſperguntur.

Ebr. *Verſ. 25.*	*Vulg.*
Fuit autem, ut, cum requieſceret ſuper eos Spiritus, prophetarent & non addiderunt.	Quumque requieviſſet in iis Spiritus, prophetaverunt, nec ultra ceſſarunt.

Hæ verſiones ſibi invicem e diametro repugnant. Ebræa, quæ nos vertimus, clara ſunt, וְלֹא יָסָפוּ, *& non addiderunt,* prophetare ſcilicet, non amplius prophetârunt.

R. Sal.

Digitized by Google

R. Salo. Non prophetârunt niſi eo die tantum. Eum uſum verbi יָסַף eſſe, nullus adeo hoſpes in his literis qui ignoret. Cum infinitivo, Gen. 8. *Et non addidit redire.* Iud 13. *& non addidit apparere.* 1. Sam 15. *Et non addidit Samuel videre Saulem.* Abſolute, Deut. 5. 28. *Locutus eſt Dominus voce magna & non addidit.* Geminus modus loquendi Luc 10 καὶ προσέθετο, *& addidit tertium mittere.* Hinc & LXX. hoc loco, καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο: & non amplius addiderunt. Sed quid ſpectavit vulgatus dum ſic vertit? Aut legit סָפוּ a סוּף, aut credidit סוּף & יָסַף permutatis ordinibus promiſcue uſurpari, ut יָדַע & רוּעַ. Ab iiſdem enim fontibus error Chaldæi eſt, dum vertit ולא פסקין, & non ceſſabant. Sed primo omnes codices habent יספו, & ſic οἱ LXX. legerunt tot annis ante Hier. 2. Nullo exemplo illa τῶν יסף & סוף alternatio probabitur. Subſcribimus ergo verbis Cajetani, *Hebraicus textus oppoſitum ſonat Vulgatæ Editionis, nam ſcribitur* —— & non addiderunt: *Hæc n. verba ſonant, quod tum quidem prophetaverunt, ſed non deinceps. Et ſignificatur per hoc, quod ſpiritus datus iis non fuit ad conſtituendum eos prophetas, ſed prophetia pro tunc eis data eſt in ſignum ſenſibile, quod ſpiritum Dei acceperant ad regendum animas populi.* Hæc Cajet. Atque ita etiam vetuſtiſſimos Ebræos tradidiſſe teſtatur Kimchi in Radic. Sic & Aben. qui ad illud יספו ſubintelligit בעם שנית *vice ſecunda* .i. iterum, denuo. Sic & Abenmelech. Sed nimis diu inhæſi rei tam claræ.

Caput duodecimum.

AD verſum primum hæc notat Steuchus, deeſt in noſtra verſione alia particula, per quam infertur cauſa cur in Moſen iraſcerentur, ait enim, *Eo quod uxorem Æthiopiſſam ſumpſiſſet*, quod tamen non omittitur a LXX.

Hæc

Hęc Steuchus, quibus addo nec a Chaldęo ea prętermiſſa, licet in eo a fontibus diverſus abeat, quod *Aethiopiſſam* vertat *pulchram*. Cajetanus quoque hanc particulam vel membrum a vulgato prætermiſſum annotare operæpretium duxit. At Cajet. totum contextum alio ducit. Cauſam murmuris hanc eſſe, quod Æthiopiſſam quoad thorum deſeruiſſet Moſes. Mulier mulieris cauſam agit. Et cum ſubjungitur, *quia mulierem Aeth. accepit*, non redditur cauſa murmuris, ſed injuriæ, ac ſi apertius dictum fuiſſet, quia accepit eam, non debebat deſerere eam. Videatur & hic Oleaſtr.

Caput decimum quartum.

Ebr. *Verſ. 21.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Murmurationes fil. Iſrael, quibus ipſi murmurant adverſum me, audivi, vel audiam?	Querelas filiorum Iſrael audivi.

MVlta in hoc capite notari poſſent, in quibus a fontibus deviavit Interpres, ſi omnia luberet excutere. Illud non abibit indictum, quod ad verſ. 12. notavit Steuchus, ubi Ebræa habent, *te autem faciam in gentem magnam*, Vulgatus ſic convertit, *Te autem faciam principem ſuper gentem magnam*. Hîc, inquam, Steuchus notat redundare principem. Idque verę. Sed quod ſequitur, ejus periculo ponam, *Et forte corrumpitur ſententia ſi addatur princeps. Non n. alterius gentis principem eum ſe facturum dicit, ſed illum ipſum Moſem aucturum, genus ejus propagando. Quare* principem *abradendum eſt* &c. Locum præſentem quod attinet, nimis extenuat vulgatus peccatum Iſraelitarum, dum eorum murmurationes querelas vocat, illudque, *adverſum me*, quod admodum auxeticum eſt, diſſimulat.

Caput decimum ſextum.

VErſ. 1. omiſit vulgatus initialem hujus capitis vocem ויקח, quam ſic exponunt interpretes, ut ſubaudiant ad eam, עצמו, tulit ſe, tranſtulit ſe ipſum in latus unum, ut ab univerſo cœtu eſſet abjunctus, & de ſacerdotio, ut inquit Rabbi Sal. contenderet: quod verbum deinde quoque ad Dathan, Abiram & Hon repetendum eſt. Similis locus, *Quid accipiet te cor tuum*? .i. quid tranſverſum te rapiet & dividet a reliquis? Oncelos hoc ſecutus eſt, dum vertit, ואתפלג & diviſus eſt, vel, diviſit ſe ipſum. Alii malunt ſubaudiri CCL. viros, quos aſſumpſiſſe ſequenti verſu leguntur hæc ſeditionis capita. Alii ſubaudiunt, *præcipua ſynedriorum capita*; & *cepit* exponunt, *flexit*, ut illic, *capit animas ſapiens*. Omnes hæ expoſitiones convenientes hiſtoriæ ſunt, quarum nullam Vulgatus attigit. Vertit n. *Ecce*, ac ſi והנה legiſſet. Vnde non dubitat pronunciare Steuchus, principium hujus capitis a vulgato omiſſum.

Ebr. *Verſ.* 2.	*Vulg.*
קראי מועד אנשי שם. *Ad verb.* vocati cōventus, viri nominis.	Qui tēpore concilii per nomina convocabantur.

Non reprehendo, quod vulgatus קְרִאֵי מוֹעֵד interpretatus ſit, qui ad concilium & concionem vocabantur. Ea enim verborum mens eſt, ſive per מועד cum Abenezra ipſum tentorium conventus, ſive ipſam concionem, ſeu conventum intelligas, unde & Onc. מְעַרְעֵי זְמַן, *vocati conventus*, & LXX. σύγκλητοι βȣλῆς. Verum illud excuſari non poteſt, quod elogium eorum poſtremum, אנשי שם, cum priori commiſcuerit, ac ſimpliciter, *per nomina*, reddiderit, *per nomina convocabatur*. Quis adeo in his literis hoſpes,

hoſpes, ut non videat inſignem Ebraiſmum eſſe, *viri nominis*, illudq; ad rem præſentem multum facere. Vnde & LXX. καὶ ἄνδρες ὀνομαστοὶ, & Chaldæus Ebraiſmum retinens, אנשין דשמא, viri nominis .i. clari, celebres Vnde hanc eandem phraſin Vulg. Gen. 6. 4. reddidit, *viri famoſi*. Sic nos virum clarum, atque aliqua in re excellentem, vocamus virum magni nominis; virum bonum, virum boni hominis. Nec enim abſurdum fuerit, tale aliquod adjectivum hic ſubintelligere, ſimile, *vir menſuræ*, ſub. magnæ, pro homine procero, 1. Chron. 11. 23. & 20. 6. Sic alibi, *viri cordis*.

Ad verſ. 18. Nimis hic brevitati ſtuduit Interpres. Sed omiſſo eo, quod tria illa, quæ Core cum ſuis hic dicitur feciſſe, complexus fuerit his verbis, *quod cum feciſſent*, illud omittendum non videtur, quod ubi Ebræa habent, Moſen & Aharonem ſtetiſſe ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ, Vulgatus ſimpliciter reddiderit, *ſtantibus Moſe & Aharon*, circumſtantia loci omnino neglectâ. Quam tamen & Chald. & LXX. exprimendam duxerunt. Sic n. hi, καὶ ἔστησαν παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου.

Ebr.	*Verſ. 19.*	*Vulg.*
Et congregaverat Core.		Et coacervaſſent.

Vel primo intuitu apparet diverſitas. Quod Core dicitur feciſſe, multis tribuitur. Cum tamen LXX. Καὶ ἐπισυνέστησεν ἐπ' αὐτοὺς Κορὲ &c. Sic & Chald.

Ebr.	*Verſ. 26.*	*Vulg.*
Ne conſumamini in omnibus peccatis eorum.		Ne involvamini in peccatis eorum.

Plus comminantur Ebræa, videlicet conſumptionem & interitum. Vnde & Græci, μὴ συναπόλησθε, ne una peccatis.

Digitized by Google

reatis. Illud & Benedict. & Cajet. notârunt. Eſt autem תספו fut. Niphal a themate ספה.

Verſ. 32. Hæc verba omiſit interpres, ואת-כל · האדם אשר לקרח, *Et omnes homines qui erant ipſi Corach*, qui cum ipſo erant. Excipiendi enim ſunt filii ejus, ut diſerte Num. 26. 11. dicitur, *Et filij Core non ſunt mortui*, unde & in Pſalmorum libro toties memorantur filii .i. poſteri Corachi. Intelligendi autem potiſſimum ſervi & ancillæ. CCL. enim viri iſti combuſti fuêre, ut poſtea narrabitur.

Ebr. *Verſ. 33.*	*Vulg.*
Et deſcenderunt ipſi & quidquid ad eos pertinebat, vivi שאלה.	Deſcenderuntq; vivi in Infernum.

Iterum litera manca eſt, utor verbis Cajetani. Sed obſervandum magis vocem שְׁאוֹל male hic ab Interp. per *Infernum* expreſſam. Fatentur enim Hieron. ab Oleaſtr. Fonſeca, Cajet. aliique, *ſepulcrum* hic denotari. Circumſtantiæ hoc manifeſte urgent. Deſcenderunt, inquit textus, in Sheol, cum omnibus quæ ad ipſos pertinebant, & cum univerſa ſubſtantia ſua, & LXX καὶ κατέβησαν αὐτοὶ καὶ πάντα ὅσα ἐστιν αὐτοῖς, ζῶντες εἰς ᾅδου. Illa autem omnia fuerunt tentoria, opes, ipſaque adeo, ut LXX. verterunt, κτήνη, jumenta. At quis dicet ea omnia in infernum proprie dictum .i. locum ſubterraneum animarum deſcendiſſe? Intelligendus ergo eſt locus ſubterraneus corporum. Ita tamen, ut negandum non ſit, quin eorum animæ, ſi in malitiâ perſtiterunt, corporibus ſolutæ ad locum animarum devenerint. 2. Quis adeo durus, ut omnes hos homines audeat in damnatorum numerum referre. Nec enim ſoli, ſed cum liberis parvulis, ſervis, ancillarumque catervâ deſcendiſſe leguntur. Non in quæſtio-

Digitized by Google

quæſtionem voco Dei juſtitiam, non diſputo, an affines culpæ omnes fuerint; illud mihi dabunt, ſpero, adverſarii, fieri potuiſſe, ut inter eos quidam pœnitentiâ vitam clauſerint. Cur ergo ſepulcrum omnibus non damus, animarum judicium ſoli Deo relinquentes, maxime cum vocem *Sheol* ſepulcrum ordinarie ſignificare contra Bell. ad Gen. 37. demonſtratum ſit. Sed an hoc ſupplicium tam horribile & tremendum dixerit, aliquis? Eſt ſane. Veſtales virgines, ſi eas temerari contigiſſet, hoc ſupplicio tanquam αἰχίςῳ & miſerabiliſſimo fuiſſe mulctatas literis proditum eſt. Quamquam in contextu non tam atrocitas quam novitas ſupplicii depingatur, cum enim non ſoleant homines ſepeliri niſi ante mortui ſint, hi vivi terra obruti ſunt. Sed hęc adverſus eos diſputata ſint qui hunc locum de loco animarum exponendum mordicus contendunt, inter quos Bellarminus Cont. 2. lib. 4. cap. 11. Et eos, qui τὸ Sheol nunquam ſepulcrum .i. locum ſubterraneum animarum, inter quos Andreas Crocquetius ad Geneſ. 37. nobis citatus, aut rariſſime, inter quos rurſus Bell. ſignificare contendunt. Si enim vocem *infernum* hoc loco expoſueris ſepulchrum, nulla inter nos erit diſſenſio.

Ebr. *Verſ. 37. 38.*	*Vulg.*
Dic Eleazaro ut tollat acerras, quia ſanctificatæ ſunt.	Præcipe Eleazaro, ut tollat thuribula, quoniã ſanctificata ſunt in mortibus peccatorum.
38. Acerras *inquam* peccatorum (ſeu peccantium) iſtorum in animas ſuas.	

Iuxt. quoſdam verſ. 3. cap. 17.

Primo omiſit בנפשׁם in animas ſuas. Nec enim ſimpliciter vocantur החטאים peccatores, ſed peccatores in animas ſuas. Illa locutio lucem capit a phraſi, *peccare in*

Digitized by Google

** Vid. Oleaſtrium. Sic alibi, loqui contra animam ſuam. 1. Reg. 2.*

animam. Dicitur * enim peccare in animam, qui capitaliter peccans, ſibi ipſi cauſa exitii eſt. 2. junxit binos verſus, atq; duas primas voces verſus 38. את מחתות vertit, *in mortibus*, ubi primo את pro ב admodum durum eſt; deinde מחתות nullo modo mortes ſignificare poteſt, ipſeque Vulgatus verſ. 37. eandem vocem vertit, *thuribula*. Sed Vulgatus legit מותות, nimis craſſo paroramate. Nec eſt, quod quis eum excuſet, quaſi ejus tempore ita habuiſſent exemplaria Ebraica, LXX. enim hic verterunt, *Πυρεῖα*, Chaldæus מחתיתא, thuribula.

Iuxt. alios verſ. 7. cap. 17.

Ebr. *Verſ. 42. & 43.*	*Verſ.*
Moſes & Ahar. reſpexerunt ad tabernaculum Eccleſiæ, & ecce operuit illud nubes, & apparuit gloria Domini. 43. Venitq; Moſes & Ahar. coram tabernaculo Eccleſiæ.	Moſes & Ah. fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes & apparuit gloria Domini.

Primò totus verſus 43. eliſus eſt. 2. in verſ. 42. ſi Ebræa inſpicias, nulla *fugæ* mentio, ſed tantum *reſpectus*. 3. Nulla vox in Ebræo eſt, unde ordo ille temporis, quem per *poſtquam* expreſſit, elici queat. Chaldæus *κατὰ πόδα* Ebræa reddidit, ut & LXX. niſi quod *τὸ* ויבא interpretati ſint, *καὶ ὥρμησαν* & contulerunt ſe, quemadmodum apud Plutarch. *ὥρμησεν εἰς ἐμπορίαν*, contulit ſe ad mercatum. 4. Ebræa non dicunt Moſen & Aharon. tabernaculum ingreſſos.

Iuxt. alios verſ. 12. cap. 17.

Ebr. *Verſ. 47.*	*Vulg.*
Et ecce inceperat הנגף percuſſio in populo.	Iam vaſtabat incendium.

Sæpius ante notatum, quod ubicunque Ebræa habent *expiare*, vulgatus male convertat, *orare*. Illud hic dignum notatu

notatu ſe offert, nullam in Textu voculam eſſe, quæ illud evincat, *incendij* plagam fuiſſe. *Quod fuerit mortifera divina ira, narratur, ſed ſpecies mortis tacetur*, inquit Cajet. Fieri quidem poteſt ignis plagam fuiſſe, ſed illud ex textu colligi non poſſe contendo. Vnde & LXX. incendii non meminêre, vertunt enim, ἤδη ἐνήρξατο ἡ θραῦσις, jam inceperat vulneratio: & ipſe Vulg. verſ. præc. & ſeq. vertit plaga. Chald. מוֹתָנָא mors, unde peſtem fuiſſe quis conjectaverit. Solet n. mors pro peſtilentia poni, ut & apud Gallos, mortalité, & apud Sulp. *morte tridui*.

Caput decimum ſeptimum.

Ebr. *Verſ. 2. & 3.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Per domos patrum.	Per cognationes ſuas.

ILlud *per domos patrum*, bis ponitur hoc verſu, ſemel autem a Vulgato expreſſum eſt, & quidem male, per cognationes ſuas. Certe non de nihilo dicit Textus, *per domos patrum*. Si n. dixiſſet, *per tribus*, jam XIII. virgæ fuiſſent, cum enim tribus Levi poſſeſſiones nullas in diviſione terræ conſequeretur, ut numerus duodenarius maneret, tribus Ioſeph ibat in duas, Manaſſem & Ephraim. Hic vero cum hæreditatis negotium non agatur, Tribus Levi in cenſum tribuum venit, ideoque ex tribu Ioſeph non duas, ſed unam virgam poſtulat, unde etiam in ornamentis ſacerdotalibus non memorantur Man. & Ephr. ſed Ioſeph. verſus ſequentis initium obſcurius a Vulg. quoque converſum eſt, *Nomen Aharon erit in tribu Levi*, ſic n. Ebræa, *Nomen Ab. ſcribes ſuper virgam Levi.* q. d. non nomen Levi primi conditoris hujus tribus, primique patris hujus domus, ſed nomen Aharonis, qui jam in poſſeſſione ſacerdotii eſt, inſcribes virgæ Levi.

Ebr.

Ebr. Verſ. 6.	*Vulg.*
Duodecim virgas; virga a. Aharon erat in medio virgarum eorum.	Fueruntque virgæ XII. abſque virga Aharon.

Turpiſſime hic, ſi uſquam, lapſus eſt Interpres. Illud enim *abſque virga Aharonis* diceretur Ebr. מִלְּבַד. Ebræa nihil tale habent. Quin & hinc ſequeretur, XIII. virgas fuiſſe, quæ aſſertio ex diametro textui repugnat. Advocatum meum hic dabo ipſum vulgatæ advocatum, Steuchum Epiſcopum. *Omittitur*, inquit, *quod maxime neceſſarium*, & virga Ah. in medio virgarum, *quod non eſt omiſſum a Lxx.* (addo nec a Chaldæo) καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ῥάβδων. *Quod autem loco hujus ſententiæ ſubſtituit Hieron.* excepta virga Aharonis, *neſcio an ſit veridice dictum, cum nec in contextu habeatur, nec etiam verum ſit fuiſſe duodecim virgas præter virgam Aharonis.* Hæc Steuchus. Eadem Cajet. habet. Et Bened. correxit.

Ebr. Verſ. 8.	*Vulg.*
Produxerat * germinationem protulerat florem & educaverat amygdala.	Turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.

* Vel, gemmam.

Occaſionem huic loco annotando præbuit Steuchus, qui ait, ſi hunc locum verbotenus Ebraice reddideris, præter maximam abſurditatem hoc etiam acceſſurum, ut non intelligeretur. Nos ea vertimus. Iudicet Lector, an adeo abſurda ſint & inintelligibilia. Metaphoram, quæ in וַיִּגְמֹל ipſe Steuchus emollit, dum vertit protulit, & tamen hæc de iſtis pronunciat. Reprehendit & Reuchlinum, quod Hebraica verba ſimpliciter verſa editioni

editioni Vulg. hoc loco prætulerit. Sed an forte putavit Steuchus verbum Ebr. propriè ſignificare *ablactavit?* Eſto. Quis hic non videat elegantiſſimam Metaphoram? Senſus enim erit, *ad maturitatem perduxit.* Quamdiu enim fructus maturus non eſt, ſugit ſuccum ex radice tanquam ex mamma, lactat radix quaſi uber. ubi maturuit fructus, deſinit ſugere, atque ita quaſi ablactatur. Quis dulciſſimam hanc Metaphoram in verſione Vulg. odoratus fuerit? Sed eo miſſo, illud ſaltem noto, illa verba, *folijs dilatatis*, in Ebræo non extare, ac proinde etiam in LXX. & Chald. bene abeſſe.

Caput decimum octavum.

HOc capite ſubinde quædam addidit de ſuo Interpres, ſubinde multa contraxit, ſeu, ut Cajetanus loqui amat, ſummavit, ut verſ. 24. quem pro exemplo adduximus, videre eſt. Sed ob cauſas ſæpe iteratas non libet ad ſpecialia deſcendere.

Caput decimum nonum.

Ebr. *Verſ. 1.* *Vulg.*

Hoc eſt ſtatutum Legis. | Iſta eſt religio victimæ.

NOn video cur a vocibus Ebr. deviaverit Interpres, cum & LXX. *αὕτη διαςολὴ τοῦ νόμου.* & Chald. דא גזירת אוריתא, *illud decretum Legis eſt.* Vnde non ſolum Cajet. Bened. ſed & P. Burgenſis locum hunc taxat, & corrigit, *ceræmoniam Legis.* Annotat autem Burgenſis ex Ebræis, vocari ita, quod non habeat rationem literalem adeo claram, ſed ſecretam, quale & illud ſtatutum de veſte ex lana & lino contexta. Sed hæc interpretibus lubentes linquimus. Illud periculo Lyræ addam, male converti a Vulg.

vaccam rufam integræ ætatis, pro eo quod in Ebræo eſt, תמימה, *integram.* Vult autem Lyra integritatem illam ad colorem referri, *debebat enim eſſe rubea integraliter, abſque varietate aliqua alterius coloris.* LXX. quoque ad ætatem non retulêre, dum verterunt, ἄμωμον. In Chald. quoque ætatis vox non comparet. Abenezra tamen, ad ætatem videtur retuliſſe. R. Salomo ad colorem.

Ad verſ. 3. & 5.

Verſ. 3. Vulgatus ſic convertit —— *immolabit in conſpectu omnium.* Ebr. לְפָנָיו, & verſ. 5. *Comburet eam cunctis videntibus.* Ebr. בְּעֵינָיו. Voces Ebrææ has interpretationes omnino non admittunt. לפניו enim ſignificat vel *coram eo*, vel *coram ſe.* Sic בעיניו in *oculis ejus* vel *ſuis.* *Coram eo* & *in oculis ejus* locum habere hîc non poteſt, quia non poſſet affixum illud aliò referri, quam ad עָם populum. At nec illud hic quadraret, quia populum alloquitur, dicendum itaque fuiſſet, בעיניך aut בעיניכם, & לפניך vel לפניכם. Quid ergo? Omnis difficultas ſublata erit, ſi vertas, *ut jugulet eam* ſc. offerens, *coram eo* ſc. ſacerdote, ut Iun. & Oleaſtr. vel, immolari curabit, comburi curabit, vel comburendum tradet coram ſe, in oculis ſuis, ſe vidente. Quale in N. T. decollavit Iohannem, de Herode .i. decollari curavit. Iubet ergo Deus, ut non per ſe ipſum, ſed per alium Eleazar vaccam comburat, ipſo tamen præſente, ſpectante. Vnde doctiſſimè LXX. verſ. 3. καὶ σφάξουσιν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ, Iugulabunt vel mactabunt eum coram ipſo. Et verſ. 5. κατακαύσουσιν αὐτὴν ἐναντίον αὐτοῦ. Comburent eum, &c. Ebr. *comburet* .i. comburendum tradet aliis, comburi curabit .i. comburent alii. Quod quis per alium facit, ipſe facere dicitur in omnibus linguis. Et hîc Lyram vide.

Verſ. 17. *De cineribus combuſtionis atque peccati*, vertit Vulg.

Vulg. ubi Ebræa, *de cineribus* שְׂרֵפַת הַחַטָּאת *combuſtionis peccati* .i. oblationis pro peccato. Copulativum ergo illud, *atque*, nullo modo hic quadrat.

Caput vigeſimum.

VErſ. 6. Non extant in Ebræo textu hæc verba vulgati, *clamaverunt q́, ad Dominum, & dixerunt, Domine Deus audi clamorem populi hujus & aperi ÿs theſaurum tuum, fontem aquæ vivæ, ut ſatiati ceſſet murmuratio eorum.* Vnde nec LXX. nec Chald. ea verterunt, Steuchus ab aliis non ab Hieron. ea adjecta aſſerit. Cajet. neſciri ait quis ea adjecerit. Vt ut ſit, non immerito ea Obelo confodit Bened. Præterea non dicuntur Moſes & Aharon ipſum tabernaculum ingreſſi, ſed abiiſſe ad oſtium tabernaculi Eccleſię, quomodo & LXX. verterunt Ebraica, ἐπὶ θύραις τῆς σκηνῆς τοῦ Μαρτυρίου: quomodo & Chaldæus interpretatus eſt.

LucasBrug. in Catal. poſtr *Verſiculum hunc cumEbr.Gr. & Chald. libris omiſtunt textus Latinus Regÿ operis & textus Rabani commentario ad.eſtus Quidã putant acceptum eſſe ex Epiſt feria 6. poſt Domin. 3 Quadrag. ut collector Epiſtolarum aliq.omittit, aliquando addit aliũde quadam.*

Verſ. 10. Vbi Vulg. dicit, *congregatâ multitudine*, Ebræa habent, *Et congregarunt Moſes & Aharon Eccleſiam*; quomodo & Chald. & LXX Ebræa expreſſerunt. 2. in Ebræo unica tantum vox eſt, *O Rebelles*, in Græco, ἀπειθεῖς, increduli, in Chald. סַרְבָנַיָא Rebelles, in Vulgato autem duo convitia ſunt, *Increduli & Rebelles*, quorum alterum *increduli* ex Græca verſione in margine videtur collocatum primo fuiſſe, atque inde poſtea in contextum irrepſiſſe.

Verſ. 14. nimis dure vulgatus hæc verba Ebraica, *Sic* אָמַר *dicit frater tuus*, convertit, *Hac mandat frater tuus*. Nec enim tum temporis res Iſraelitarum eo loco erant, ut mandare præſumpſerint. Itaque & LXX. τάδε λέγει, & Chald. כִּדְנַן אֲמַר.

Ebr.	*Verſ. 24.*	*Vulg.*
Eò quod rebelles fueritis ori meo.		Eo quod incredulus fueritis ori meo.

Sic enim Ebræa, על אשר מריתם. Non igitur ſolius Aharonis, ſed utriuſque citatur rebellio. Vnde & LXX. διότι παρωξύνατέ με &c. eò quod exacerbaſtis me. Vide & Chaldæum. De peccato Moſis & Aharonis multum diſputant Interpretes, quorum compendium vide apud Oleaſtr. & Druſ. in comment. ad loca diff. Numerorum; Nos quoque hac de re quædam congeſſimus in Adverſariis noſtris ad Pſal. 106.

Caput vigeſimum primum.

VErſ. 1. ſuperflua ſunt illa Vulgati verba, *Et victor exiſtens.* Vnde nec in Ch. nec LXX. leguntur.

Ebr.	*Verſ. 8.*	*Vulg.*
Fac tibi שרף & pone cum על נס. i. ſuper perticam, *vel ſtipitem, vel vexillum.*		Fac ſerpentem æneum & pone eum pro ſigno.

Duo hic caſtiganda veniunt. 1. quod τὸ שרף verterit *ſerpentem æneum*, quod Ebraice verſu ſeq. dicitur, נחש נחשת, ubi bene convertit Vulgatus, *ſerpentem æneum*, ad verbum, *ſerpentem æris.* Vox שָׂרָף a Vulgato converti ſolet, *ſerpens ignitus*, quamvis alii malint, *ſerpentem urentem*, שָׂרַף enim *uſſit.* Morſus enim eorum, ſi Ebræis credimus, inducebat calorem quendam præter naturam, adeo ut percuſſi ab iis uri viderentur. Iun & Trem. *præſterem* vertunt. Quæ itidem vox (Πρήστηρ) eſt a Πρήθω incendo. Vocatur & Διψὰς a Græcis, quod inextinguibilis ſitis ardorem morſu ſuo inferat. Sunt & qui Ceraſten reddi-

reddidêre, quæ interpretatio cum Etymologia Originalis nihil habet commune. * Alterum eſt, quod על נס verterit, *pro ſigno.* Steuchus, *Aliud adhiberi præcepit, ſuper quod poneretur ſerpens, puta lignum & ſtipitem excelſum, cui ſerpens æneus affigeretur: Non ergo ſerpens & ſignum idem* &c. Idem Cajet. Lyra & Benedict. notarunt.

* *Videndi hic Lyra, Cajet. & Steuchus & Oleaſtr.*

Verſ. 13. De fluvio Arnon ſic dicit textus Ebr. *qui egreditur e termino Emorai.* Vulg. *& prominet in finibus Amorrhæi*, non ſatis appoſite.

Ebr. *Verſ. 15.*	*Vulg.*
ונשען על גבול מואב. i. & innititur termino Moab.	Et recumberent in finibus Moabitarum.

Poſtrema hæc verba ſunt fragmenti iſtius, quod ex Libro bellorum producitur a Moſe, ut probet fluvium Arnon Moabitas & Emorrhæos diſpeſcere. Certo perſuaſum nobis eſt, germanum iſtius fragmenti ſenſum a vulgato nequaquam expreſſum. Quid n. illud, את והב *ſicut fecit*? Sed quia non æque certum nobis eſt, quis germanus ſenſus ſit, in tantâ Ebræorum & Interpretum noſtrorum diverſitate, maluimus locum iſtum ſilentio prætervehi. Non potuimus tamen ad hæc poſtrema non producere Cardinalis Cajetani cenſuram. Sic enim ille, *In Ebræo habetur,* & innitetur in termino Moab. *De effuſione eadem aquarum dicitur,* & innixa erit termino Moab. *Quod ſonat modum, quo aquæ Arnon defluunt exuberantes, videlicet quod ex parte Moabitarum habent terram cui innituntur (hoc eſt terram celſam) ex parte vero Emorrhæorum terram declivem. Vide quam diverſus eſt textus noſter ab Ebraico!* Hæc Cajet.

Digitized by Google

Ebr. *Verſ. 16.*	*Vulg.*
Et illinc בארח in Beer: (ſub. *profecti ſunt*) Is eſt puteus, de quo &c.	Et ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo locutus &c.

Cajet. iterum, *Non apparitio ſed profectio ſignificatur.* Videatur & Oleaſtr.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
E deſerto in Mathana.	De ſolitudine Matthanâ.

Eſt enim hic Matthana terminus ad quem, ut in profectione ſequenti terminus a quo, *Et de Matthana in Nebaliel.* Si n. per appoſitionem duo illa jungenda eſſent, *E ſolitudine Matthana*, quid ageret illud vau ſequenti verſu, & de Matthana, unde & lxx. *εἰς μανθαναείν*. Et Aben. על מתנה. Lucas Brug. *ne ponas* (in) *ante Matthana, Subaudienda n. hæc ſunt, non exprimenda.* Mirabilis nota, cur ergo in ſequenti verſu exprimitur? Quia ibi in Ebr. eſt, dices. Vnde hæc nova religio tam repente vulgatum occupavit, qui alias, ubi nulla neceſſitas eſt, tam copioſus & liberalis in ſupplendo eſt, qui toties magis commentatorem quam interpretem agit. Cur non potius *Matthanam* ſcripſere? Sic nihil opus fuiſſet ſupplere voculam (in.) Nam & in Ebr. ה illud videtur motum ad locum denotare, licet in ſeq. verſu fœminini notam præ ſe ferat. Malo tamen ellipſin eſſe literæ ל, vel particulæ אל, qualis bis occurrit verſ. 19. ipſo vulgato confitente, dum ſupplet (in.) & ſemel 20.] de quo jam videndum eſt.

Ebr. *Verſ. 20.*	*Vulg.*
Et de Bamoth (in) vallem, quæ eſt in agro Moab, in vertice collis.	De Bamoth, vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga.

Hic

Hic video terminum a quo, ***de bamoth*****, non video ter-**
minum ad quem. Illud unum eſt; Alterum, ex hac verſione videri Bamoth eſſe vallem illam in regione Moab, in vertice collis. Lyræ aliorumque codices legunt, *Bamoth vallis eſt in regione Moab* &c. Ac ſi propoſitio unica eſſet, cujus ſubjectum, *Bamoth*. Sed Ebr. eſt מִבָּמוֹת. Ideoque & Romani correctores *de Bamoth* ſcripſerunt. Miror ſtuporem correctorum vel potius pertinaciam. An tanti erat præpoſitionem (in) ſupplere? At dicent eam in fontibus non extare. Eſto. Sed nec verſ. 19. ante Nahaliel & Bamoth eſt, ubi tamen vulgatus bis præpoſitionem ſupplevit. Optimo ergo jure Benedict. & Cajet. locum hunc taxârunt. LXX. certe ſuppleverunt, Καὶ ἀπὸ Βαμῶθ εἰς νάπην &c. Chald. *Et de collibus in vallem* &c.

Verſ. 30. occurrit vox difficilis, וַנִּירָם quam Vulg. convertit, *jugum eorum*. Illud ex R. Sal. interpretantur, Regnum eorum, jugum, quo aliis imperitabant, ut ſit לשון מלכות וממשלת, ſenſus regni & dominationis. Alii corrigunt, *ſagittis confecimus eos*. Vt ſit a יָרָה jaculari, in Fut. Kal. אִירֶה נִירֶה & contracte נִיר. Pro hac opinione facit punctatio literæ vau, quæ non ſolet habere pathach, niſi ante futura, cum ea convertit. Et ſi maxime occurreret ita punctata ante nomina ob incluſum articulum ה, hic tamen articulum includere non poſſet, niſi admodum ἀνομάλως. Nec enim articulus præfigi ſolet nominibus conſtructis, aut quæ cum affixis ſunt. Sed, ne quid celem, iterum obſtat punctatio affixi, ſolent enim affixa ם & ן in Imperat. & futuris ante ſe habere Tzere, cum autem hic ſit Kamets, ea ratione videtur potius eſſe Nomen. Verum id tanti non eſt. Sunt enim & exempla ubi Camets, ut יַלְבָּשָׁם. Ex. 29. יְשִׁימָם. Deut. 7. extat & Pſal. 74. 8. נִינָם, quod exponunt, *vim inferamus ijs*. Non imme-

immerito ergo quis ſuſpicetur futurum eſſe, cum mox quoque ſequatur aliud futurum, וַנַּשִׁים. Quod audacius pronunciârim male a vulgato converſum, *laſſi devenimus*: Nec enim ulla ejus interpretationis ratio dari poteſt. Verum ſi cum Cajet. vertas, *deſolavimus*, cum Benedict. *depopulationem fecimus*, cum Pagnino, *delevimus*; derivatio erit clara, vid. a שָׁמֵם, unde in hiphil, אַשִׁים pro אַשִׁים vel אַשִּׁים reſoluta vocali longa in (-) & Dages, ut Ierem. 49. 20. יַשִׁים. Sic תָּמֵר Levit. 21. 9. pro תֵּמֵר. Cum ergo hec futurum ſit, quomodo ſignificabit, *laſſi pervenêrunt*? An literam Nun tertiam pluralem conſtituere vel fando unquam auditum eſt? Sed dices eſſe nomen. Eſto; nec illam literæ Vau punctationem urgebo. A quo themate deſcendit? Neſcio quod aſſignari queat præter נשם, in quo flatus & reſpirationis ſignificatio, cum laſſitudine aliquid commune habens. Sed per quam regulam nomen plurale inde deſcendere queat, edoceri cuperem.

Ebr. *Verſ.* 32.	*Vulg.*
Et ceperunt villas ejus & expulit Emorrhæum, qui ibi erat.	Cujus ceperunt viculos & poſſederunt habitatores.

Vbi Ebraice eſt ויורש *& expulit*, vulgatus vertit, *poſſederunt*. Fateor verbum יָרַשׁ in Hiphil indifferens eſſe ad hæreditariò poſſidere & poſſeſſione depellere, at quis ex narratione non perſpiciat notionem poſſidendi locum plane nullum hoc loco habere? Quin vel ſoli LXX. cum id decere potuiſſent, utpote qui hîc verbo ἐξέβαλον uſi ſunt. Vnde & Chald. ותרך, & expulit Emorrhæum qui illic. Benedict. Cajet.

Caput

Caput vigeſimum ſecundum.

Ebr.	*Verſ.* 3. *Vulg.*
Timuit Moab propter populum valde, quod multus eſſet, & anguſtiâ affectus eſt Moab propter filios Iſrael.	Et quod pertimuiſſent eum Moabitæ & impetum ejus ferre non poſſent.

NVlla neceſſitas coegit interpretem 1. hoc modo verſum cum ſuperiori connectere, 2. verba iſta, *quod multus eſſet*, omittere. 3. poſterius hemiſtichium hoc modo, ut exhibitum eſt, vertere. Cur non potius a LXX. exemplum ſumpſit? Καὶ προσώχθισε Μωὰβ ἀπὸ προσώπου υἱῶν Ἰσραὴλ, ne quid de Chald. jam dicam.

Ebr.	*Verſ.* 5. *Vulg.*
Miſit ergo nuncios ad Bileam filium Beor Phetoram, quæ erat juxta flumen in terra filiorum populi ſui.	Miſit nuncios ad Balaam filium Beor, ariolum, qui habitabat ſuper flumen terræ Filiorum Ammon.

Duo hic ab interprete commiſſa ſunt. 1. quod τὸ פְּתוֹרָה vertit, *ariolum*, forte quia פָּתַר Ebræis *interpretari* ſignificat, ſed, præterquam quod forma repugnet, contra ſe habet omnes interpretes, qui pro loci nomine acceperunt. Chaldæus, לִפְתוֹר אֲרָם, in Phetor Syriæ, ubi pro ה in fine poſuit ל in principio, juxta Regulam, *Cuicunque dictioni opus eſt* ל *in principio, adde ei* ה *ad finem ejus.* Præterea ſimul expreſſit regionem, in qua ſita erat. LXX. Φαθουρὰ, ſcheva per a expreſſo, more priſco. Abenezra, *Phetorach ſicut* מִצְרַיְמָה *in AEgyptum*, אל פתור inquit. R. Sal. quoque aſſerit, eſſe שם המקום, *nomen loci*. Steuchus dicit poſſe etiam nomen loci eſſe, Cajet. & Bened. dicunt

H h ^ eſſe.

eſſe. Pagninus quoq; & Arias & Oleaſtr. בפתורה vertunt, *in Phetor.* Alterum peccatum eſt, quod τὸ עַמּוֹ *populi ſui,* verterit *Ammon*, manifeſto paroramate, legiſſe enim videtur עמון, cui lectioni omnes hodierni codices repugnant. Imo & priſci manifeſtiſſime legerunt עַמּוֹ, ut nos hodie, LXX. enim, *τοῦ λαοῦ αὐτοῦ*, *populi ſui*, & Oncelos, עַמֵּהּ *populi ſui.*

Alia quædam præterea hîc ſeſe offerunt annotanda, quæ ex authentico Interprete a correctoribus tollenda aut ſaltem corrigenda fuiſſent. Nos paucula quædam ex multis delibabimus.

Verſ. 17. *Paratus ſum honorare te.* Vbi Ebræa ad verbum, *honorando honorabo te valde*, duplici auxeſi, q. d. valde te cumulabo honore, LXX. *ἐντίμως γὰρ τιμήσω σε.*

Verſ. 22. Omiſſa ab interprete hæc verba ſunt, כִּי הלך הוא *quod iret ipſe.* Ponitur enim hoc tanquam cauſa iræ divinæ, quod videlicet iret ſic animatus, ut Regis libidini obſequeretur, Vnde & Græci, *καὶ ὠργίσθη ὁ θεὸς ὅτι ἐπορεύθη αὐτός*, & Chald. *eo quod abiiſſet.*

Verſ. 29. vox, *commeruiſti*, ſuperflua eſt. Porro ea quæ ſequuntur in vulgato, *Vtinam haberem gladium, ut te percuterem*, ſic melius convertes ad Ebraicos fontes, * *Vtinam gladius eſſet in manu mea, nunc enim interfeciſſem te*, Quomodo & Fagius verba Chaldæa, & LXX. Ebræa convertêre.

* *Vel, ſi, ut Iud. 8. 19.*

Verſ. 30. *Nunquid animal tuum ſum?* Ibi Ebræa, *nunquid aſina tua ſum?* Et LXX. *οὐχ ἐγὼ ὁ ὄνος σου;* & Chald. אתנך.

Ebr.	*Verſ. 31.*	*Vulg.*
* ויקד וישתחו לאפיו :		Adoravitq; eum pronus in terram.

* *vaijikkod.*

Cajet. *Non dicitur, quod in terram ſe proſtraverit, ſed quod caput flexerit & venerationis ſignum demiſſa facie exhibuerit.*

buerit. Sedebat enim ſuper aſinam. Quicquid ſit, illud certum eſt, geſtum honoris, qui per ויקד indicatur, ab interprete non expreſſum. Eſt autem ויקד futurum Niphal juxta quoſdam, vel, ut aliis placet, Kal, reſolutâ Kametz in (.) & Dages, a themate קָדַד, quod ſignif. incurvare verticem. Tribus modis Ebræi honorem & reverentiam majori exhibebant, qui gradibus differunt. Supremus eſt השתחויה, quod ſignificat proſtrationem totius corporis in terram. Secundus eſt *Geniculatio*, quam Ebræi per ברך exprimunt, nam בֶּרֶךְ genu. Tertius iſque infimus eſt קִדָּה, ſic n. loquitur R. Salom. ad Gen. 43. 28. definitque eam eſſe כפיפת הקדקד incurvationem verticis; ab hoc enim verbo קדד nomen קדקד deſcendit. LXX. ἐκύψας, & cum inclinaſſet.

Oleaſtr. Duo fecit, 1. caput curvavit, 2. de ecit ſe ſuper faciem ſuam. Cad neſt inclinare, verticem præſertim.

Ebr.	*Verſ. 39.* *Vulg.*
Et venerunt in urbem Hutzoth.	Et venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat.

Neſcio quid hic ſpectârit Interpres, ſi enim vox Ebræa erit interpretanda, vertendum erit, *Platearum*. Scio חיצון ſignificare *exterior*, *exterius*, ſed חוצות in ea ſignif. demonſtrari mihi cupio. Vide Oleaſtr. Pagnin. &c.

Verſ. 40 vox *munera* omnino ſuperflua eſt, nec enim in Ebr. Gr. & Chald. legitur.

Caput vigeſimum tertium.

Ebr.	*Verſ. 10.* *Vulg.*
Quis numeret רֹבַע .i. quartam partem Iſraëlis?	Quis poſſit noſſe numerum ſtirpis Iſrael?

LOnge prægnantiora ſunt Ebraica; *Quis non dico totum Iſraelem, ſed vel quartam ejus partem numeret?* Sed

cur quartæ partis meminit? Cauſam nobis ſuppeditat Chaldæus, qui eleganter hunc locum παραφράζει, his verbis, *Quis numeret minutias domus Iacob? de quibus dictum eſt, Multiplicabuntur ſicut pulvis terræ, aut unum ex quatuor caſtris Iſrael?* Ecce univerſus populus in quatuor vexilla, quorum ſingula tres tribus complectebantur, diſtributus erat, hinc quartæ partis meminit Bileam. Notarunt hanc diverſ. Cajet. & Bened. & Ol.

Verſ. 12. Non expreſſit vulg. Ebraiſmum, *ponere in ore,* illud enim eſt perinde, ac ſi diceres, ſuggerere & quaſi ori indere quid locuturus ſis. LXX. ἐχὶ ὅσα ἂν ἐμβάλῃ ὁ θεὸς εἰς τὸ ϛόμα μου, τοῦτο φυλάξω λαλῆσαι.

Ebr.	*Verſ. 19.*	*Vulg.*
Vt pœnitentiâ ducatur.		Vt mutetur.

Ebr. eſt וְיִתְנֶחָם. Quid coegit Interpretem genus pro ſpecie collocâre? Pœnitentia enim ſpecies quædam mutationis eſt.

Ebr.	*Verſ. 20.*	*Vulg.*
Ecce benedicere accepi, & benedixit & non revocabo illud.		Ad benedicendum adductus ſum; benedictionem prohibere non valeo.

Benedicere accepi] לָקַחְתִּי in Ebr. eſt, quod non poteſt reddi, *adductus ſum*, ne quid jam dicam falſam ſententiam ineſſe videri; quis enim hæc in vulg. legens aliter intellexerit, quam ut ſe a Balak adductum dicat ad benedicendum; atqui ab eo ad maledicendum adductus eſt; ſed dices ברך pro maledicere per εὐφημισμὸν in ſacris poni ſolere. Reſp. in toto hoc contextu ſtudioſiſſime εὐφημισμὸν iſtum vitatum, unde ſemper ארר & קבב hic uſurpantur. Senſus ergo erit, quem St. & Cajet. & Ol. expreſ-

expreſsère, aſſumpſi, recepi in me benedicere, accepi a Deo mandatum benedicendi, Is jam benedixit per me: Eam benedictionem revocare non opis eſt meæ.

Caput vigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 3. & 15.* *Verſ.*

Dixit vir apertus oculo, שְׁתֻם הָעָיִן.	Dixit homo, cujus obthuratus eſt oculus.

PLane contraria hæc ſunt. Ebræa tamen plana innuit apertum oculum mentis ſuæ eſſe, ut videat ea quæ minime vana eſſe tempus dieſque monſtratura ſint. Vnde Chald. גברא דשפיר חזי, *vir qui pulchre videt*. LXX. ἀνθρωπ@ ὁ ἀληθινὸς. Abenezra, *Fratrem non habet in Scriptura & expoſitio ejus eſt contraria τῷ* סתום. *Satum* .i. occluſus, obthuratus. Videatur & hic Gerundenſis, & author libri Pheſictha. Vulgatus a. hanc vocem legiſſe videtur cum puncto in ſiniſtro cornu שְׂתֻם. סָתַם enim pro quo reperias & שׂתם, ſignificationem obthurationis habet. Sed cum tot teſtes contra ipſum ſint, Steuchus conjectat vulgatum ſic convertiſſe, *cujus oculus non eſt obthuratus*, atque librariorum negligentiâ negativam excidiſſe. Sed non probavit Romanis correctoribus conjecturam ſuam. Videatur & hic Cajet. & St. Conſiderentur etiam extrema verba verſus ſequentis, ubi inter alia de ſe ſic pergit loqui, גְּלוּי עֵינָיִם retectus, diſcoopertus oculis, qui locus hunc non parum confirmat, amat n. Ebraiſmus idem aliis verbis repetere. Atque iſthîc etiam nonnullus interpretis lapſus eſt, dum vertit, *Et ſic aperiuntur oculi ejus*. Eodem enim tenore cum antecedentibus ſic vertendum erat, *Dixit audiens eloquia Dei, qui viſionem omnipotentis vidit, cadens & diſcoopertus oculos.*

Ebr. Verſ. 7.	*Vulg.*
Tolletur præ (vel ſuper) Agag Rex ejus.	*Tolletur propter Agag Rex ejus.*

Ebr. מאגג. Quid autem מ in compoſitione ejuſmodi valeat, norunt apud nos & pueri. Vnde & Chald. *Fortior erit præ Agag rex ejus.* Steuchus quoque & Benedict. hoc notârunt: Cajet. & ſic quoque exponi poſſe autumat, *Elevavit ſe ex Agag Rex ejus*, quæ ipſa quoque a Vulgato diverſa abeunt. Lyra quoque notavit, juxta R. Sal. ſic legendum eſſe, *altior Agago Rex ejus.* Idem per Regem intelligit Saulem. Alii Davidem, alii Chriſtum. At illud ad rem præſentem non facit. Illud obiter operæpretium fuerit obſervaſſe, commune Regum Amalecitarum nomen fuiſſe *Agag*. Gerundenſis, quem Ramban vocant per Sigla .i. R. Moſes ben Nachman (alius eſt Rambam .i. R. Moſes ben Maimon, vulgo Moſes Ægyptius) ſic ad hunc locum, verba enim ejus ex Ebræo ad verbum libuit interpretari, *Rex ipſorum* (Iſraëlitarum) *primus ſubiget Agagum Regem Amalec. Nominatum eſt nomen ejus antequam natus eſſet, ſimilia ſunt Cores (Cyrus) Ioſijas, Iſaac, Iſmael & Salomo. Et elevabitur regnum Iſraelis magis magiſque, quando veniet David atque Salomo filius ejus poſt eum. Hæc expoſitio R. Salomonis eſt & quidem pulcra. At rectum mihi videtur, omnem Regem populi Amalec vocatum Agag. Regis enim primi, quem aſſumpſerunt ſibi, nomen erat Agag. vocatique ſunt filij ejus, qui ſederunt ſuper ſolium ejus, de nomine ejus, juxta conſuetudinem quæ adhuc hodie obtinet, ut vocentur de nomine eorum, qui primi regnum occupârunt. Et ſic, Haman Agagita, erat enim de ſemine regio. Nimis autem remotum eſt, ut vocarit propheta nomen improbi, antequam in utero formatus eſſet* &c. Hæc Gerundenſis. Agag

Vid Bell. de Roman. Pont lib. 3. 17.

ergo

ergo non peculiare nomen iſtius individui, in quo hæc prophetia impleta eſt, ſed commune nomen Regum Amalec; ſic omnes Imperatores Romanorum a primo Cæſares dicti: ſic omnes Ægypti Reges Pharaones dicti, quorum tamen ſinguli propria ſua & *διακριτικὰ* nomina habuêre, ut Pharao Abrahami vocabatur Tutis; Ioſephi, Rean; Moſis, Talma. Ier. 44 memoratur Pharao Hophra. Ierem. 46. Pharao Necho. Sic iidem poſt Alexandrum a Ptolemæo dicti ſunt Ptolemæi. Nunc omnes Sultani vocantur. Sic omnes Palæſtinorum Reges dicti Abimelech, quorum is, ad quem David confugit, Achis vocatur. Sic Abyſſinorum Reges hodie vocantur *Preſtegan*, quod idem valet quod, *Apoſtolicus*, quemadmodum Reges Hiſpaniarum, *Catholici*; Galliarum, *Chriſtianiſſimi*; Angliæ, *Defenſores fidei* vocantur. Vt plane ridiculi ſint, qui ex ea voce, *Preſbyter Iohannes*, fecerunt, ac lingua noſtra *Paep Ians Landt*. Sic Reges Tyri *Hirami* dicti ſunt, & principes Magog, *Gog*, ut vult Gerundenſis loco prædicto. Atque ejuſmodi complura alia ſunt, quibus vocem Nebucadnetzar nimis ridicule annumerat Sixtus Senenſis, ac ſi nomen commune Regum Babel fuiſſet. De quo vide Rain. præl. 69. Sed jam tempus ex diverticulo redire ad *ὁδὸν παροῦσαν*.

Ebr.	*Verſ. 8.*	*Vulg.*
Et ſagittas ejus franget.		Et perforabunt ſagittis.

Ebr. חציו ימחץ. Notarunt St. Caj. & Benedictus.

Ebr.	*Verſ. 11.*	*Vulg.*
Et nunc fuge tibi in locum tuum.		Revertere ad locum tuum.

Vehementiora ſunt Ebræa: *Indignati Regis verba ſunt*, Cajet.

Cajet. *quaſi ei minas intentaret*, Steuchus. Celerem abitum fugæ vocabulo ſignificari multis exemplis probavit Cl. Druſius cap. 107. ad loc. diff. hujus libri. LXX, *Νῦν ȣ̓ν φεῦγε εἰς τὸν τόπον σȣ.*

Ebr.	*Verſ. 14.* *Vulg.*
Nunc conſulam tibi quid facturus ſit populus hic לעמך populo tuo, in noviſſimo dierum.	Nunc dabo tibi conſilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.

Plane invertit Ebræa Vulgatus Interpres. Sequi debuiſſet *τȣ̀ς* LXX. qui ad verbum, *τί ποιήσει ὁ λαὸς ȣ̃τος τὸν λαόν σȣ.* Sic & Chaldæus, דיעבד עמא הדין לעמך.

Ebr.	*Verſ. 21. & 22.* *Vulg.*
Et pone in petrâ nidum tuum.	Sed ſi in petra poſueris nidum tuum,
22. Attamen erit cum depaſceturKain, quouſq; Aſſur captivum abducat te.	22. Et fueris electus de ſtirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Aſſur capiet te.

Verba fateor aliquantulum obſcura; in ultimis verſus 21. verbis nihil difficultatis eſt, *pone in petra nidum tuum*, atque miror, quid interpretem hæc in conditionalem vertere coëgerit. Sed quia Ironice hæc in Ebr. dicta videntur, ſtare poſſet, ſi ſequentia bene tranſtuliſſet.

Et fueris electus de ſtirpe Cin] nulla vox in Ebræo eſt in qua electionis notio eſt, nulla præpoſitio *ex* vel *de*. Ebræa ad verbum ſonant, *Attamen erit ad depaſcendum vel removendum Kain* .i. futurum eſt ut depaſcatur vel removeatur Kain, iſta enim vis Ebraiſmi eſt, ut multis exemplis probari poſſet, ſi neceſſarium id eſſe ducerem. Quin & כי אם pro adverſativa poni conſueſſe, vel ex ſolo Pſ. 1. conſtare

conſtare poſſet, quomodo &, ἐὰν μὴ, in N. T. ut ad Galat. ni fallor, *homo non juſtificatur ex operibus Legis*, ἐὰν μὴ ἐκ πίστεως, *ſed ex fide*, ad verbum, *niſi ex fide*. Contra diſtinguuntur enim opera Legis & Fides. Si ergo advertatur mutatio ſecundæ perſonæ in tertiam, quæ in his literis inſolens non eſt, & quam non male advertit Vulgatus, dummodo a verbis non deviaſſet, ſenſus meo judicio erit clariſſimus, *Robuſtum eſt habitaculum tuum o Cinae, ſed etiamſi poſueris in petra nidum tuum* (ſequor in hoc membro Vulgatum) *attamen futurum eſt, ut depaſcaris vel expellaris Cinae*, (Ebraice קַיִן Meton. efficientis) *uſque quo? Aſſur captivabit te*. Quorum poſteriorum hic poteſt eſſe ſenſus, ut *uſq; quo*, valeat tantundem ac ſi dixiſſet, non tantum expellêris ſed etiam abduceris captivus, vel ſic verti poſſunt, *tantiſper dum Aſſur captivum tenebit te*, ut certo temporis termino ipſorum expulſio & exilium circumſcribatur. Ad hanc expoſitionem vide quam prope accedat Chaldæus, *Pone in civitate forti commorationem tuam. Sed erit in devaſtationem Salmææ* (obſerva ſaltum de 2. ad 3. perſonam) *donec Aſſyrius captivet te*. Hunc ſenſum, quem nos poſuimus, etiam Ioh. Benedictus ſequitur.

Caput vigeſimum quintum.

VErſ. 3. & iratus Dominus] at Ebræa pleniora ſunt, & exarſit ira Domini adverſus Iſraelem.

Ebr. *Verſ. 4.*	*Vulg.*
הוקע אותם ליהוה בגד השמש :	Suſpende eos contra ſolem in patibulis.

Ebr. *Suſpende eos Domino coram ſole*. 1. Ergo ſuperflua eſt vox *patibulis*. 2. Deſideratur vox ליהוה, Domino, nec enim ea otium agit. Senſus eſt, in gratiam Domini,

quoniam quaſi Dei ſacrificium erat ſuſpendium hoc, inquit Oleaſtr. 3. נגד השמש melius convertitur, *coram ſole*, ſenſus eſt, publice, palam, in propatulo. Sic 2. Sam. 12. 11. Vide Oleaſtr. quoque in moralibus.

Ebr. *Verſ.* 6.	*Vulg.*
Et ecce quidam de filiis Iſrael venit & adduxit ver ſus fratres ſuos Madianitidē.	Et ecce unus de filiis Iſrael intravit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem.

Non culpo additam vocem, *ſcortum*, licet * ſupra unicam voculam (in) quam tamen ſubaudiendam ipſe Lucas Brugenſis, aliique confitentur, addere gravati fuerint, nec culpo conſtructionem, ſi non voce, ſaltem ſenſu congruam. Illud culpo, quod intraſſe hunc nebulonem ad ſcortum ſolummodo dicat; ejus enim audacia clarius in Ebræo depingitur. Atque hic mirari lubet effrenem & deſperatam hujus carcinomatis malitiam. Non ſatis habebat extra caſtra clanculum cum alienigenis luſtrari, aut in ipſis caſtris in tabernaculo ſuo cum hac lupa, ut apparet ex verſ. 8. congredi. Duxit eum per mediam plateam, quę erat ante tabernaculum Eccleſię, nec erubuit ad conſpectum Moſis, nec luctus publicus eum ullo modo affecit. Atque hoc modo reliquos Iſraelitas ad eandem libidinem, quantum in ſe fuit, proritavit. Hæc omnia textus Ebræus ſuppetit. Sed videtur Vulgatus non legiſſe יַקְרֵב in Hiphil, ſed יִקְרַב in cal, atque ita ſtudet Steuchus vulgatum excuſare: ſed quæſierim ego, cur non tam futurum Hiphil legere hic potuerit vulgatus, quam vel LXX. vel Chald. Illi enim *προσήγαγεν adduxit*, hic וְקָרֵב in Pael. Sed legerit & legamus יקרב *acceſſit*, quis ſenſus erit, *venit & acceſſit* אל אחיו את-המדינית *ad fratres ſuos Madianitidem*. Nunquam hinc bonum ſenſum elicuetis, niſi hoc modo verba mutaris, לבני אחיו אל המדינית.

* Levit. 21. 18.

Caput

Caput vigeſimum ſextum.

Ebr. *Verſ. 10. 11.* *Vulg.*

Et deglutivit (terra) eos & Corachum, quando mortua eſt congregatio, dum conſumpſit ignis CCL. viros, qui fuerunt in ſignum.	Et devoravit (terra) Core, morientib. plurimis, quando combuſſit ignis CCL. viros, & factum eſt grande miraculum,
11. Filii vero Core non ſunt mortui.	11. ut Core pereunte filii ejus non ſint mortui.

PRimo omiſit Interpres pronomen אתם eos, quod tamen nec LXX. nec Chald. prætermiſêre. Controverſiam, an Core cum Dathan & Abiram terrâ abſorptus ſit, an vero inter 250. viros fuerit, quos ignis abſumpſit, non attingo. Qui poſterius tuentur, locum ſic vertunt, *Et deglutivit terra eos*, & quæ erant *Corachi*. Ad quam opinionem non ſolum Trem. & Iunius, ſed & Cajet. & Pagn. & Munſt. verſiones ſuas direxêre.

Illud notatu dignius eſt, extremum verſus 10. cum principio verſ. 11. eſſe conjunctum, ut hic ſenſus ſit juxta vulg. *Et factum eſt grande miraculum, ut, Core pereunte, filii ejus non perierint.* At primo & Chald. & LXX. verſus hos diſtinxere, καὶ ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ. οἱ δὲ υἱοὶ Κορὲ οὐκ ἀπέθανον. Sic & Chald. והוו לאת. Deinde illa verba, ויהיו לנס, non poſſunt verti, *& factum eſt grande miraculum*, ut ut נס miraculum aliq. ſignificet, conſtructio n. & modus loquendi obſtant. 3. *Core pereunte*, non eſt in Ebræo. Quid ergo? prius illud, *& fuerunt in ſignum*, reſpicit terra igneque abſumptos, *Illi fuerunt in ſignum*, i. fuerunt exemplo aliis Iſraëlitis, non eſſe rixandum cum Domino. Poſterius ſimpliciter narrat, filios Core cum

patre non ſimul periiſſe,cum Dathanis & Abirami liberi una periiſſe videantur. Sic etiam Ebræi Interpretes, R. Sal. Aben. &c. Baal Turim, cujus notulæ ad Biblia Veneta in margine ponuntur, illud *eſſe in ſignum*, etiam eò reſpicere opinatur, quod hominum iſtorum 250. thuribula juſſu Dei Num. 16. 38. in laminas extenſas producta ſint, & altari affixa, *ut eſſent*, inquit textus, לאות, in ſignum filiis Iſrael.

Sed libet aſcribere faceta verba Lyræ ad hunc locum, ut videas, quò virum doctiſſimum, prout illud ſeculum erat, mala hæc verſio traxerit, ſic ergo dicit, *Factum eſt miraculum) quale autem fuerit; in textu non dicitur, niſi in generali, quod filij Core non fuerunt mortui cum eo; ſed in gloſſa Ebr. ſuper Pſal. 45.* (nobis 44.) *dicitur, quod quando terra aperuit os ſuum & devoravit Core cum multis aliis, filij ejus remanſerunt ſtantes in aëre divina virtute, quouſque terra fuit iterum clauſa ſub pedibus eorum.* Ad hunc Lyræ gloſſam videatur Additio Pauli Burgenſis, qui diſertè ait opinionem iſtam non eſſe fundatam in litera, cum ea plane diverſum habeat. Videatur & hîc Cajet. Steuchus & Benedictus.

CAPVT XXVII.

VErſ. 21 manifeſte deſiderantur hæc verba, וכל העדה *& univerſo cætu.* *Lxx.* καὶ ἔναντι πάσης τῆς συναγωγῆς. Chald. ולכל כנשתא.

Verſ. 14. Quia offendiſtis me] Ebræa amplius dicunt, *quia rebellaſtis ori meo*, &c.

Ebr. Verſ. 21.	*Vulg.*
Et coram Eleazar ſacerdote ſtabit & interrogabit eum in judicio Vrim coram Domino.	Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum.

Modum

Modum conſulendi non expreſſit Vulgatus. Notarunt Ebræi, ubique jungi Vrim & Thummim, exceptis locis duobus, hoc & 1. Sam. 28. 6.

Caput vigeſimum octavum.

VErſ. 7. hæc verba neglexit Interpres, *liba libamen Sicera Domino*, σπείσεις σπονδὴν σίκερα Κυρίῳ. Vide & Chald.

Ebr. *Verſ. 10.*	*Vulg.*
Holocauſtum ſabbathi in ſabbatho ſuo, ultra holocauſtum jugę & libamen ejus.	Quæ rite funduntur per ſingula ſabbatha, in holocauſtum ſempiternum.

Bene expreſſit Vulgatus Ebraiſmum, *Sabbathi in ſabbatho ſuo*. Sed mirabilis eſt connexio hujus verſus cum præcedenti, per hæc verba, *Quæ rite funduntur*; nihil enim tale eſt in Ebręo. Majoris autem momenti illud eſt, quod hæc verba, *ultra holocauſtum juge & libamen ejus*, & hic & verſ. 15. plane neglexerit. Illa enim verborum iſtorum mens eſt, in ſabbathis, ut & aliis feſtis, Kalendis &c. non ſupputari in conſtitutis ſacrificiis, ſed præſupponi hoc juge holocauſtum cum libamine ſuo. Vnde egregie Lyra, *In Ebræo habetur, ſuper holocauſtum juge, quod juge ſacrificium, de quo dictum eſt, non prætermittebatur in ſabbatho propter ſpecialem oblationem ſabbathi, ſed eodem die fiebat, ſicut in aliis, quod nunquam intermittebatur ob quamcunque oblationem aliam vel ſolennitatem, & ideo dicitur hic, ſuper holocauſtum juge i. ultra, quod illa ſacrificia erant quædam ſuperaddita jugi ſacrificio, & etiam quod alia ſacrificia fiebant poſt oblationem jugis ſacrificii matutini.* Videatur & Cajet. & Benedictus & Oleaſtrius. Vide & LXX. & Chald. & Aben.

patre non ſimul periiſſe, cum Dathanis & Abirami liberi una periiſſe videantur. Sic etiam Ebræi Interpretes, R. Sal. Aben. &c. Baal Turim, cujus notulæ ad Biblia Veneta in margine ponuntur, illud *eſſe in ſignum*, etiam eò reſpicere opinatur, quod hominum iſtorum 250. thuribula juſſu Dei Num. 16. 38. in laminas extenſas producta ſint, & altari affixa, *ut eſſent*, inquit textus, לאות, in ſignum filiis Iſrael.

Sed libet aſcribere faceta verba Lyræ ad hunc locum, ut videas, quò virum doctiſſimum, prout illud ſeculum erat, mala hæc verſio traxerit, ſic ergo dicit, *Factum eſt miraculum) quale autem fuerit, in textu non dicitur, niſi in generali, quod filij Core non fuerunt mortui cum eo; ſed in gloſſa Ebr. ſuper Pſal. 45.* (nobis 44.) *dicitur, quod quando terra aperuit os ſuum & devoravit Core cum multis aliis, filij ejus remanſerunt ſtantes in aëre divina virtute, quouſque terra fuit iterum clauſa ſub pedibus eorum.* Ad hunc Lyræ gloſſam videatur Additio Pauli Burgenſis, qui diſertè ait opinionem iſtam non eſſe fundatam in litera, cum ea plane diverſum habeat. Videatur & hîc Cajet. Steuchus & Benedictus.

CAPUT XXVII.

VErſ. 2. manifeſte deſiderantur hæc verba, וכל העדה & *univerſo cætu.* *Lxx.* καὶ ἐναντι πάσης τῆς συναγωγῆς. Chald. וכל כנשתא.

Verſ. 14. Quia offendiſtis me] Ebræa amplius dicunt, *quia rebellaſtis ori meo*, &c.

Ebr. Verſ. 21.	*Vulg.*
Et coram Eleazar ſacerdote ſtabit & interrogabit eum in judicio Vrim coram Domino.	Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum.

Modum

Modum conſulendi non expreſſit Vulgatus. Notarunt Ebræi, ubique jungi Vrim & Thummim, exceptis locis duobus, hoc & 1. Sam. 28. 6.

Caput vigeſimum octavum.

VErſ. 7. hæc verba neglexit Interpres, *liba libamen Sicera Domino*, σπείσεις σπονδὴν σίκερα Κυρίῳ. Vide & Chald.

Ebr.	*Verſ. 10.* *Vulg.*
Holocauſtum ſabbathi in ſabbatho ſuo, ultra holocauſtum juge & libamen ejus.	Quæ rite funduntur per ſingula ſabbatha, in holocauſtum ſempiternum.

Bene expreſſit Vulgatus Ebraiſmum, *Sabbathi in ſabbatho ſuo.* Sed mirabilis eſt connexio hujus verſus cum præcedenti, per hæc verba; *Quæ rite funduntur*; nihil n. tale eſt in Ebræo. Majoris autem momenti illud eſt, quod hæc verba, *ultra holocauſtum juge & libamen ejus*, & hic & verſ. 15. plane neglexerit. Illa enim verborum iſtorum mens eſt, in ſabbathis, ut & aliis feſtis, Kalendis &c. non ſupputari in conſtitutis ſacrificiis, ſed præſupponi hoc juge holocauſtum cum libamine ſuo. Vnde egregie Lyra, *In Ebræo habetur, ſuper holocauſtum juge, quod juge ſacrificium, de quo dictum eſt, non prætermittebatur in ſabbatho propter ſpecialem oblationem ſabbathi, ſed eodem die fiebat, ſicut in aliJs, quod nunquam intermittebatur ob quamcunque oblationem aliam vel ſolennitatem, & ideo dicitur hic, ſuper holocauſtum juge i. ultra, quod illa ſacrificia erant quædam ſuperaddita jugi ſacrificio, & etiam quod alia ſacrificia fiebant poſt oblationem jugis ſacrificij matutini.* Videatur & Cajet. & Benedictus & Oleaſtrius. Vide & LXX. & Chald. & Aben.

Ebr. *Verſ. 13. & 21. & 29.* *Vulg.*

Et decimam decimam.	Et decimam decimæ.

Ebraice עשרון עשרון. Lapſus interpretis ex non intellecto vel potius non adverſo Ebraiſmo; legit enim hæc Vulgatus, ac ſi prius eſſet in regimine & ſequens in genitivo caſu regeret. Atqui hoc modo Ebrei diſtributionem ſolent circumloqui. Non enim habent diſtributiva, unuſquiſque, ſinguli. Hinc toties obvium איש איש *vir vir* .i. unuſquiſque. Sic ſupra Num. 17. 2. *virgam virgam* .i. ſingulas virgas 1. Reg. 17. *Gens gens*, quæque gens. Sic in N. T. Marc. 6. δύο δύο, bina, atque in eodem capite, συμπόσια, συμπόσια, &, πρασιαὶ πρασιαί. Reddi ergo ſic debuiſſet, *Et unamquamque decimam, ſingulas decimas*. Vnde breviter Cajet. *Vbicunque in his capitulis leges*, decimam decimæ, *intellige unam decimam*. Idem Steuchus monet, videlicet vocem *decimæ* omittendam, Ebraicum loquendi modum eſſe, quem nos jam notavimus; decimam decimæ ſuſpectum eſſe, atque in alium ſenſum accipi poſſe. Idem Lyra & Benedict. & Oleaſtr. notarunt. Miror itaq; hoc offendiculum a correctoribus Romanis non ſublatum. Cum & LXX. verſ. 13. δέκατον tantum, verſ. 21. δέκατον δέκατον reddiderint, retento Ebraiſmo, quem & Chaldæus utrobique retinuit. Idem error iteratur cap. 29. verſ. 10. & 15.

Ebr. *Verſ. 24.* *Vulg.*

Secundum hæc facietis ſingulis diebus ſeptem dierum panem (vel carnem) oblationis ignitę odoris quietis Domini: ultra holocauſtum juge fiet & libamen ejus.	Ita facietis per ſingulos dies 7. dierum in fomitem ignis, & odorem ſuaviſſimum Domino; qui ſurget de holocauſto, & libationibus ſingulorum.

Iterum

Iterum præcipit Deus has oblationes fore præter juge holocauſtum, vel, iterum excipit juge holocauſtum ab oblationibus ſingulorum dierum feſti Paſchatis. cum ageret de oblationibus primi diei Paſchatis, eadem exceptio facta eſt, quam unicam vulgatus expreſſit. Hanc exceptionem non tantum non expreſſit vulgatus, ſed & in longe alium ſenſum detorſit, cujus veſtigium nullum in Ebræo extat. Nec enim על unquam *de* ſignificat. Deinde & illa verba, *fomitem ignis*, Ebræus textus non agnoſcit. Sic n. ibi legitur, לחם אשה, ad verbum, *panem ignitæ oblationis*. Quid per אשה intelligatur in his literis toties jam oſtenſum eſt, vel ex ipſo Vulgato, qui ſubinde eam non male convertit. Per לחם *caro* intelligitur, ſeu quod ipſa vox carnem ſignificet, ut quibuſdam placet, ex Iob. 6. 7. & collatione Arabiſmi, ubi ordinarie *carnem* ſignificat; ſeu quod vox ea ad omnia eſculenta ſe extendat, ut ad *poma* Ierem. 11. *Lac*, Proverb. 27. 27. *Mel* 1. Samuelis 14. Vulgatus accepiſſe videtur pro *cibo*, qui igni tributus nihil aliud quam *fomes* ejus eſt. Sed nimis exorbitavit dum אשה cum אש confudit. Steuchus non aliter excuſat Vulgatum, quam ut *ignis* accipiatur pro *ſacrificio*, אש *licet ignem ſignificet*, inquit, אשה *tamen ſacrificium intelligimus penitus exuſtum*. Et paulo poſt, *Licet ſacrificium igni exureretur, non propterea dicendum fuerat, in fomitem ignis. Quia fomes ad ſacrificium, non ad ignem ſpectat, & ſacrificium non fomes ſed panis appellatum eſt, quaſi ſacer & divinus panis, quo quaſi ab hominibus oblato veſcitur Deus.*

Caput

Caput trigeſimum.

Ebr. Verſ. 6.	*Vulg.*
Et Dominus parcet vel condonabit ei, quia irritum fecit pater ejus illud.	Nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit pater.

STeuchus, *deeſt hoc loco particula*, ויהוה יסלח לה .i. Dominus miſerebitur ejus, *Remittet ei Deus hoc votum, ſicut optime* LXX. καὶ Κύριος καθαριεῖ αὐτὴν, *Dominus eam expiatam habebit*. Hæc ille. Cajetanus quoque, *Ad ſecuritatem conſcientiæ puellæ dicitur, quod Deus non imputabit illi peccatum*. Chald. quoque, ומן קדם יי ישתבק לה, & a facie Domini remittetur ei.

Caput trigeſimum primum.

VErſ. 8. Et reges eorum occiderunt] additur in Ebræo על חלליהם, *ſuper vel ultra occiſos eorum*. Vt hoc pacto ordo interfectionis ſignificetur, quod primo occiderint vulgares & plebejos, & deinde Reges; ne putaretur, inquit Caj. quod in primâ acie corruiſſent Reges, & propterea reliqui capitibus deſtituti promiſcue fuſi fuerint.

Ebr. Verſ. 12.	*Vulg.*
Et adduxerunt ad Eleaz. Sac. & ad congreg. fil. Iſrael, captivitatem & prædam & ſpolia, ad caſtra ipſa, in campeſtribus Moab.	Et adduxerunt ad Moſen & Eleazar Sac. & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael: reliqua autem utenſilia portaverunt ad caſtra, in campeſtribus Moab.

Ebræa clara ſunt, omnia videlicet in unum locum deportata eſſe, vid. in caſtra, ubi Moſes & Eleazar cum univerſa

verſa multitudine erant. Illud ipſe Steuchus agnoſcit. Sic & Chald. & LXX locum verterunt. Sic etiam Caſetanus in Ebr. eſſe aſſerit. Vulgatus a. prædam diſtinguit, quod ſeorſum hanc & ſeorſim illam attulerint, & quidem ad diverſa loca, quod melius apparebit, ſi antecedens verſus, cum quo hunc verſum copulavit Vulgatus, apponatur, *Et tulerunt prædam & omnia quæ ceperant tam ex hominibus quam ex jumentis, Et adduxerunt ad M. & ad Eleaz. Sac. & ad omnem Mult. Fil. Iſr. Reliqua autem utenſilia* &c. Quid ſibi illud *autem* vult? quid hoc compendium, *reliqua utenſilia?* ac ſi inanimata hoc verſus hemiſtichio animatis ſuperioris verſus contradiſtinguerentur. Cum manifeſte omnia ſub his tribus, captivitate, præda & ſpoliis contineantur. Nec n. novum in his literis eſt, *captivitatem* pro captivis animabus ponere.

Ebr. *Verſ. 32.*	*Vulg.*
Et fuit captura, reſiduum prædæ quam prædati erant populus militiæ, ovium &c.	Fuit autem præda quam populus cęperat, ovium &c.

Omiſit Interpres duas voces, יֶתֶר הַבָּז *reſiduum prædæ*, quibus manifeſte innuit Moſes, partem aliquam capturæ alimentis exercitus inſumptam eſſe in itinere, néc non ſeptiduanâ illa ſtatione extra caſtra, de qua ſupra verſ. 19. videre eſt. Hinc Bened. in margine Vulg. verſ. optime inſeruit hæc verba, *Vltra prædam*, & *τὸ*, *ceperat*, convertit in *diripuerat*, hoc ſenſu, *ultra prædam quam diripuerant milites*.

Caput trigeſimum ſecundum.

Ebr. *Verſ. 11.*	*Vulg.*
Quia non compleverunt poſt me.	Et noluerunt ſequi me.

Digitized by Google

RAtio juramenti redditur, inobedientia videlicet populi, quia non compleverunt poſt me .i. quia non plene ſecuti ſunt me. Illud admodum involvit vulgatus, vertendo, כִּי, *Et*. Melius LXX. *ὀ γαρ ἐπηκολούθησαν ὀπίσω με*. Et Chald. ארי לא אשלימו בתר דחלתי, ad verbum, eò quod non impleverunt poſt timorem meum, id eſt, eò quod non perfecte ſecuti ſint timorem meum. Verſ. 17. ſuperflua hæc verba ſunt, *& quicquid habere poſſumus*.

Verſ. 22. contra, deficiunt hæc verba, *poſtea revertemini*, ואחר תשבו LXX. *καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστραφήσεσθε*. Chald. ובתר כן תתובון, *& poſt ſic revertemini*.

Verſ. 24. redundant hæc, *& ſtabula jumentis*. Ebr. enim tantum eſt, וגדרת לצאנכם, quæ optime convertit Vulgatus, *& caulas ovibus*.

Caput trigeſimum tertium.

QVia nudæ profectiones hoc capite recenſentur, non adeo multum hîc ab Interprete exorbitatum eſt. Nomina propria pleraque corruptiſſime ſcribuntur, ſed ab iis calamum jam ab operis initio abſtinuimus. Paucula quædam attingam.

Verſ. 2. nimis contraxit Interpres. Sic enim Ebr. *ſcripſit autem Moſes egreſſiones eorum per profectiones eorum, juxta os Domini, Iſta ſunt profectiones eorum per egreſſus eorum*. Quæ ſic Vulgatus reddidit, *Quas deſcripſit Moſes juxta caſtrorum loca, quæ Domini juſſione mutabant*. Vbi tamen a LXX. & Chald. nihil prætermiſſum eſt.

Verſ 55. *Si nolueritis interficere habitatores terræ*] Ebraice, ואם לא תורישו, *& ſi non expuleritis hab. terræ*.

Ibidem, *Et adverſabuntur vobis*] Ebræa prægnantiora ſunt, וצררו אתכם, & *anguſtiabant vos*, proprie .i. anguſtiis afficient vos & affligent & angent.

Caput

Caput trigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 3.* *Vulg.*

Et tranſibit צנה in Tſin. | Ita ut tranſeant in Senna.

IDem nomen quod ſupra verſ. 3. צן, ubi Vulgatus *Sin.* Cur autem hic Senna? Non advertit ה hic denotare motum ad locum, ideoque vel diverſum nomen vel aliam formam eſſe putavit. Porro Senna pro Sinna *ἀρχαϊσμὸς* eſt, ut Hillel, Hellel: Immanuel, Emmanuel. Chald. quoque לְצִין.

Ebr. *Verſ. 7.* *Vulg.*

Deſcribetis vobis Hor montem. | Pervenientes ad montem altiſſimum.

Neſcio cur nomen proprium montis in appellativum converterit, nec video, quâ deflexione ex *Hor* fieri poſſit *altiſſimus*. Steuchus & Benedict. notarunt intelligi montem Hor, cujus nomen celebre eſt in ſacris, ob mortem Aharonis. Chald. טורא הור Hor mons. Sunt qui nomen promontorii eſſe volunt, non montem iſtum celebrem: ſed nec ſic video, quomodo ex verbis Ebr. *Mons altiſſimus* extrui poſſit.

Ebr. *Verſ. 11.* *Vulg.*

מקדם לעין ab oriente Ain. | Contra fontem Daphnim.

Vocem עַיִן hîc non ſignificare fontem, ſed loci proprium eſſe, Chaldæus, R. Salomo, eoſque ſecuti Pagninus & Iunius opinati ſunt. Sed eſto appellativum & fontem ſignificet, quis dixit Romanis correctoribus Daphnim eſſe? Probabile n. eſt ab ipſo Interprete non eſſe, quandoquidem in libris correctis, teſte ipſo Lyra, non

Digitized by Google

extat. Vnde autem & quâ authoritate hoc gloſſema in textum irrepſerit, notavit Cl. Druſ. cap. 135 ad Num. Supra voculam (in) ex ipſorum confeſſione ſubintelligendam, addere noluerunt Patres, hic nomen proprium Daphnim addunt, cum tamen maxime controverſum ſit, nomen fontis an vero nomen alterius cujuſdam loci ſit. Sed videndus hic Lyra, qui Iordanem intelligit.

Caput trigeſimum quintum.

TOtum hoc caput admodum contraxit Interpres, ſumptâ ultra interpretem religioſum audaciâ. Nunquid enim ſæpe accidit, ut in eo, quod hic ταυϊολογον putat, alter peculiare & elegans quiddam obſervet? Certe nec Chald. nec LXX. nec Pagninus, nec quiſquam interpretum tantùm ſibi arrogavit. Sed examinemus & hîc paucula.

Ebr.	*Verſ. 4.* *Vulg.*
Mille cubitorum erunt per circuitum.	Mille paſſuum ſpatio tendentur.

Ebr. eſt אַמָּה, cubitus, & ſic poſtea Interpres vertit. Solent quippe Ebræi nomina & ſpecies menſurarum a membris corporis humani deſumere. E. g. אֶצְבַּע digitus. II. טֶפַח palmus, menſura 4. digitorum vel pollicum. III. זֶרֶת ſpithama, menſura 3. palmorum, 12. digit. IV. אַמָּה cubitus, menſura 6. palmorum & 24. digit. V. גֹּמֶד ulna, cubitus decurtatus, 5. palmorum & 30 digitorum, continens tantam longitudinem, quanta eſt a brachii flexu ad digitorum exortum .i. cubitus ſine digitis, unde vulgatus per גַּמָּדִים. Iezech. 27. 11. Pygmæos intellexit, quaſi cubitales .i. cubitalis longitudinis homunciones, licet alii ad apparentiam id referant, quod in altiſſimis turribus conſiſtentes Pygmæi viderentur. Sed verior ſententia eorum, qui populum Phœniciæ interpre-

terpretantur, ſic dictum, quod regio iſta cubitali forma in mare fuerit projecta, vel quod cubito valerent, q. lacertoſos diceres. Certe cum re militari vulgati Interpretatio plane non quadrat, quod prolixius oſtendetur, ſi eo uſque in hoc opere progredi licuerit.

Verſ. 6. Sex erunt in fugitivorum auxilia ſeparata] Ebr. עָרֵי מִקְלָט .i. civitates collectionis & contractionis: ſic dictæ, quod colligerent ac congregarent ad ſe fugitivos; urbes refugii vulgo & quidem aptiſſime vocantur. Chald. קרוי שיזבותא, urbes ſalvationis, evaſionis. Paulo poſt verſ. 11. *præſidia fugitivorum* vocavit, & quidem magis appoſite. Verſ. 13. *ſubſidia*, minus bene meo quidem judicio.

Ebr. *Verſ. 17. 18.*	*Vulg.*
Si lapide manus, אשר ימות בה *quo mori quis poſſit*, percuſſerit eum, & mortuus fuerit, homicida eſt, moriendo morietur.	Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur.
18. Aut inſtrumento ligneo manus, quo mori quis poſſit, percuſſerit eum & moriatur, homicida eſt &c.	18. Si ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur.

Vel ex horum duorum verſuum Antitheſi cuivis liquear, quam ſupine & oſcitanter ſacras literas tractârit Interpres, quam verum denique illud ſit, quod de Epitomatoribus iſtis initio hujus capitis a nobis dictum eſt, quæ enim interpres ceu otioſa & ταυτόλογα contraxit, omiſit, multa ſuppeditare oſtendam, quæ ſolâ vulgatâ contenti οὐδ' ὄναρ intelligent aut odorabuntur. Civitates refugii hic ordinat Deus: Earum privilegium non omnibus promiſcue homicidis, ſed iis, qui per errorem hu-

manum ſanguinem effuderunt, indulget. Hîc ergo regulis aliquot egebant judices, ad diſcernendum duplex illud homicidarum genus, ut ſcirent, qui ſervandi, qui occidendi eſſent. Regula prima traditur verſ. 16. *Si quis ferro percuſſerit & mortuus fuerit percuſſus, reus erit homicidij*. Nulla hic eſt limitatio. Nulla ergo excuſatio. Percuſſiones enim quæ gladio, pugione, cultro, lancea (hæc enim omnia ferrum complectitur) ſuapte naturâ mortiferæ ſunt. Regulæ deinde duæ ſubſequuntur de lapide & ligno, ſed cum limitatione gemina ſingulæ, quas limitationes Vulgatus plane neglexit, nihil enim diverſitatis in his duabus regulis comparet apud Vulgatum, ſi cum prima, quæ verſ. 16. conferas. Prima limitatio conſiſtit in addita voce יַד *manus*; de ferro tantum dixerat, *ſi inſtrumento ferreo percuſſerit eum*. De lapide vero, *Si lapide manus*; de ligno, *Si inſtrumento ligni manus*. Hæc licet obſcuriuſcula eſſet, non tamen foret negligenda. LXX. non omiſerunt, *λίθῳ ἐκ χειρὸς*, &, *σκέυει ξυλίνῳ ἐκ χειρὸς*. Chald. *Si lapide, qui manu tolli poteſt, ſi ligno, quod manu tolli poteſt*. Reſpexit eo, ut mihi quidem videtur, Iunius, dum vertit, *lapide & ligno manuali*. R. Salomo, lapis manus, in quo fuerit plenitudo manus, id eſt, qui ejus ſit magnitudinis, ut poſſit implere manum. Quæ expoſitio pulcra eſt, ad quam ut & Iunius reſpexerit, fieri poteſt. Altera limitatio in his verbis, אשר ימות בה *quo mori quis poſſit*, quæ & lapidi & ligno apponitur: illud enim ימות, quod *ferro* apponitur, hic nihilominus repetitur. Senſus ergo eſt, ſi lapis vel lignum illud tale fuerit, ut idoneum ſit lethali vulneri vel morti inferendæ. Fieri enim poſſet, ut quis lapillo vel minimo aliquo ligneo inſtrumẽto læſus moreretur, quo caſu præſumi poſſet, eum non iſto ex ictu, ſed potius alia de cauſa adveniente mortem obiiſſe,

obiiſſe. In ferro alia ratio, minimi enim inſtrumenti ferrei, etiam acus, inquit R. Salom. utpote tranſeuntis, ictum vel punctum mortem conſequi poſſe, experientia teſtis. Lyra hoc in media barbarie vidit, quem hic vide. R. Salomo, quo quis mori poſſit) *in quo ſit ſufficientia ad occidendum.*

Ebr. *Verſ. 32.* *Vulg.*

ולא תקחו כפר לנוס אל עיר מקלטו לשוב לשבת בארץ עד מות הכהן. Et non accipietis pretium, ut fugiat ad urbem refugii ſui: ut revertatur habitare in terra, donec moriatur ſacerdos.

Exules & profugi, ante mortẽ pontificis, nullo modo in urb. ſuas reverti poterunt.

Præcedenti verſu prohibuerat Deus ſeveriſſime, ne judex pretium acciperet pro anima voluntarii homicidæ, pretiove induci ſe pateretur ad dimittendum eum, quem lex damnat. Hoc verſu pergit ulterius Deus, atque omnia ea tollit, queîs capitale hoc ſupplicium eludi poſſet, & juxta Steuchum non hoc tantum prohibet, ne quis judex aut magiſtratus pretii illicio copiam homicidæ faciat, ex urbe refugii ante obitum ſacerdotis magni ad ſuam terram revertendi, quod vulg. ſolum expreſſit, ſed & hoc interdicit, ne quis a quoquam pretium accipiat, ut poſt homicidium volenti animo patratum apprehenſo ad urbem aliquam refugii confugere liceat. Ac licet hic interpretatio Chaldaici textus Fagiana, Iuniana, Tigurina, Caſtalionis & aliæ vulgato videantur patrocinari, libuit tamen hæc annotare. Steuchi enim vel ſola authoritas omnibus iſtis apud pontificios præponderet. Habet pro ſe ipſum textum Chaldaic. in quo verba Ebraica ad verbum reddita ſunt, habet LXX. qui manifeſte diſtinguunt, οὐ λήψεσθε λύτρα τοῦ φυγεῖν εἰς πόλιν τῶν φυγαδευτηρίων,

δευτηρίων, τοῦ πάλιν κατοικεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, ἕως ἂν ἀποθάνῃ &c. .i. *non accipietis lytra ad fugiendum ad civit. refugiorum, ad habitandum rurſum in terra* &c. Ipſa verba Ebræa huc videntur cogere. quis enim ſine manifeſta violentia illud לָנוּס expoſuerit, *ab eo qui fugit*, cum eodem ordine cum לָשׁוּב ſit. Sic ergo legit hunc verſ. Steuch. *& non accipietis lytron ſeu pretium ad fugiendum* (.i. ut fugiat aliquis) *ad civitatem refugii ſui, non accipietis pretium*, (hæc enim repetenda ἀπὸ κοινοῦ) *ad revertendum* (.i. ut quis revertatur) *habitatum in terra ſua; donec moriatur ſacerdos*, ſubaudi, *manebit illic*, ut Num. 35. 25. vel, *ante mortem ſacerdotis*, ut Vulgatus vertit, atque ita ſuppletione illa non erit opus. Sed rogabit aliquis, qua ſpe malignus ſibique conſcius homicida facultatem illam ad civitatem refugii confugiendi pretio impetrare ſtuduerit, cum & inde ad pœnas rapi potuerit? Putârim, ſalvo aliorum judicio, reſponderi poſſe, fieri id potuiſſe, ut ſic vel ſupplicii differendi, vitæq; prorogandæ, vel omnino interea elabendi, aufugiendiq; ex terra & juriſdictione Iſraelitica quærerentur artes. Nobiliſſimus vir, atque harum literarum callentiſſimus Theolog. D. Conſtantinus Lempereur, cum de hoc loco cum ipſo conferrem, putabat ſic reddendum eſſe, *ne accipias pretium, ut fugiat* (homicida) *ad urbem refugii ſui (ut revertatur poſtea habitatum in terra) uſque ad mortem ſacerdotis*. Vt in hac expoſitione vocabulo fugiat Synecdochice contineatur habitatio, atque illa לשׁוּב לשבת בארץ parentheſi includantur. Oleaſtrius putat de homicida involuntario agi, *non accipietis pecuniam*, inquit, *ab homicida involuntario, ut poſſit fugere ad urbem refugii, ſed permittetis eum gratis illuc fugere & evadere*. Et paulo poſt, *Aut ſi utrobique de involuntario ſermo ſit, ſenſus erit, non accipietis expiationem ab homicida involuntario, ne fugiat ad civitatem*,

civitatem, ut ante tempus revertatur. Sed quid ſi & ſic exponatur, ut agatur hic de homicida voluntario, & jam ex civitate refugii retracto, ad dicendam cauſam coram ſenioribus? quid ſi per terram iſtam, non patriam, ſed civitatem aliquam refugii, quæ certe fuit pars terræ, intelligamus? hoc modo, *ne accipiatis pretium ut fugiat ad urbem refugij, ſui ut revertatur habitatum in iſta terra uſque ad mort. ſacerd.* Ecce dicit, *refugij SVI.* q. d. quam jam ante elegerat, ad quam jam confugerat. Sic Num. 35. 25. *reverti facient eum ad urbem refugij SVI, ad quam confugerat.* Et verſ. 26. *ſi egreſſus fuerit terminum urbis refugij SVI.* Sic verſ. 27. 28. Hic nulla ſynecdoche, nulla opus Parentheſi eſt, caſuſque iſte frequens erat, ut retractus ex Aſylo morte dignus judicaretur, & capitali ſupplicio mulctaretur, ut Deut. 19. 12. videre eſt. Fraus ergo hic magna admitti poterat. Atque in hâc ſententiâ, ut ſuum cuique pulchrum, acquieſco. Certe Vulgatus vim infert multis, illudque, *non accipietis pretium*, plane omiſit. Sed hæc docti dijudicent, non ero tenax ſententiæ meæ, ſi quis meliorem monſtret. Video & R. S. hic contra me ſtare, ſed & illud ſimul video, quantopere ſe defatiget, probaturus לָנוּס hic poni pro מִמִּי שֶׁנָּס *ab eo qui fugit.* Sed, probato hoc, ſic exponi poſſe, quæ tum adhuc neceſſitas coget ſic exponi debere, cum æque commode locus exponi poſſit retenta propria Gerundii ſignif. Sed quid tanto opus eſt molimine, cum Steuch. hunc locum taxarit? Ejus periculo ſtet hæc annotatiuncula.

Caput trigeſimum ſextum.

Ebr.	*Verſ. 6.* *Vulg.*
Veruntamen familiæ tribus patris ſui ſint in uxores.	Nubant quib. volent, tantum ſuæ tribus hominibus.

L l Vides

Vides non tantum præcipi, ut in tribu ſua nubant, ut vulgata ſonant; ſed & ut in eadem familia tribus ſuæ nubant (tribus enim in familias ſuas diſtributæ erant) quod & poſtea feciſſe leguntur; non tantum vitanda erat confuſio tribuum, ſed & familiarum, in poſſeſſionum negotio. In Iubilæo enim non ſolum ad tribum ſuam, ſed & ad familiam propriam terra agrique redibant, ad eam inquam familiam, cui in prima diſtributione terræ obtigerant.

Sequuntur in vulgata tres verſus, non ea curâ redditi, qua par erat. Multas & magnas legis conditiones neglexit interpres, ait Cajet unde in errores inducti ſunt veteres, qui alias verſiones non inſpexerunt, hac ſola freti & uſi. Sed lubet & cenſuram & oppoſitionem utriuſque textus ab ipſo Paul. Burg. audire, qui ſic in addit. ad hoc caput; *In hoc præcepto multum deviat tranſlatio noſtra a veritate Ebraica. Nam ſecundum veritatem Ebr. non prohibetur fœminis, quin nubant, quibuſcunque voluerint de genere Iſraelitico, niſi tantum fœminis, quæ hæreditatem habent, ſicut illæ quæ non habent fratres: & illis tantum præcipitur, quod alicui de cognatione patris ſui nubent, & hoc eſt quod dicitur, omnis filia, quæ habet hæreditatem, uni de cognatione patris ſui erit uxor. Similiter non prohibetur, quin viri ducant uxores de alia tribu, hoc enim quod dicitur in tranſlatione noſtra,* omnes viri ducent uxores de tribu & cognatione ſua, *non eſt in Ebræo; ſed ibi dicitur ſic,* non revertatur hæreditas filiorum Iſrael de tribu in tribum, ſed unuſquiſque in hæreditatem tribus patrum ſuorum adhæreat. *Similiter ubi in tranſlatione noſtra dicitur*, ne ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, *non eſt in Ebr. ſed dicitur ſic*, non revertatur hæreditas unius tribus ad aliam tribum. Et multis interjectis ſic inquit, *nec legitur aliquam diſpenſationem*

fuiſſe

fuiſſe ſuper hoc factum, quâ tribus ſacerdotalis & regia poſſent ad invicem commiſceri per matrimonia. Non enim requirebatur in hoc diſpenſatio, quia Deus non prohibuit commixtionem tribuum, niſi tantum, ubi ex matrimonio poſſet ſequi commixtio hæreditatum. Hactenus Burg. Epiſcopus. Lyra quoq; ad verſum 8. notat diverſum legi in Ebræo textu, indeque videri, præceptum tantum cadere in eas, quæ in hæreditate ſuccedebant. Mox tamen relabitur in adverſam opinionem ob verſum 9. ſequentem, ubi in vulg. prohibetur ſimpliciter tribuum commixtio, ſed optime feciſſet Lyra, ſi & hic Ebræa vel Ebræos conſuluiſſet, nec enim tunc diſpenſationem illam de commixtione tribus ſacerd. & Regiæ ſomniaſſet. Sed dicit Replicator Lyram in tractatu de diſcrepantia vulgatæ verſionis & veritatis Ebraicæ idem cum Burgenſi ſentire contra B. Hier. alioſque SS. Doctores. Nec ſufficit quod Replicator dicit, idem ex tranſlatione noſtra poſſe haberi, quod ex Ebræo, ſi reſpiciatur bene, quomodo quæſtio a filiis Ioſeph propoſita, & quomodo reſponſio per Moſem data ſit. Interpretis enim eſt Ebræa fideliter reddere, ne ex Analyſi ſubtilique omnium expenſione elicere opus habeat lector, quod ex ſimplici verborum contextu, ſi modo fideliter & ſimpliciter reddantur, haberi poteſt. Iam Chald. & Græca τῶν LXX. conferantur.

Coronidis loco noto, verſ. 11. in Ebræo eſſe דֹדֵיהֶם *patruorum ſuorum*, ubi Vulgatus habet, *patrui ſui*, in ſingulari &c.

FINIS NVMERORVM.

Digitized by Google

SIXTINI AMAMA

CENSVRÆ
In Vulgatam Verſionem
LIBER V.
qui eſt in

DEVTERONOMIVM.
Caput primum.

Ebr. *Verſ 12.*	*Vulg.*
ושרי עשרות ושטרים לשבטיכם & decanos & præfectos juxta tribus veſtras.	Ac decanos qui docerent vos ſingula.

Væ vox in Ebræo poſt decanos ponitur, ad denotandum certum, & a ſuperioribus diſtinctum officiariorum genus, a Vulgato, neglecta copula vau, accipitur tanquam Epitheton vel omnium præcedentium, vel proxime antecedentium, vid. Decanorum, id quod excuſari omnino non poteſt. Sed poſito, Epitheton præcedentium eſſe, quis in *docendi* notione vocem eam unquam uſurpavit? Quid ergo ſonant Ebraica? Ipſe Interpres noſter Exod. 5. 6. vertit, *Exactores populi*, & eodem capite, *qui praerant operibus*, ut certum ſit, eo capite nihil aliud per hanc vocem denotari, quam publicos miniſtros authoritate publica coercendi, & in ordinem redigendi inſtructos. In deſcriptione Politiæ Iudaicæ, hæc vox ſæpe conjuncta reperitur cum שפטים *judicibus*, ut e. g. Deut. 16. 18. *in unaquaque urbe conſtitues*, שפטים ושטרים

judices

judices & præfectos. Ebræi audacter definiunt, fuiſſe *a* miniſtros publicos, qui mandata judicum exequebantur, flagriſque nonnunquam, ſi opus eſſet, delinquentes coercebant. Vulgatus fere *Magiſtros* interpretatur, intelligens forte ejuſmodi, qui magiſtratum gerunt, quos & nos *b* Burgimagiſtros appellare conſuevimus: Deut. 20. verſ. 5. *duces turmarum* vertit, & verſ. 9. *duces exercitus*. Vbi St. aſſerit, fuiſſe magiſtros militum at 29. 10 *doctores*. LXX. γραμματεῖς, *ſcribas*, quæ vox, ut alibi Cl. Druſius annotavit, reſpondet duabus Ebraicis, ספר & שוטר, unde & Act. 19 35. Vbi Græce γραμματεὺς nominatur .i. ſcriba, Syrus habet, *caput urbis*. Iunius *Moderatores* vertit; quod interpretamentum forte ex libro Thanchuma deſumpſit, ubi ſic legitur fol. 89. col. 3. *Sophetim ſunt judices, Soterim autem gubernatores & moderatores, qui ducebant cœtum*. Hic vero LXX. nove γραμματοεισαγωγεῖς; q. d. publicarum litterarum promulgatores. Semel, notante Maſio, ἀναγκάζοντας, *cogentes, coactores*. Aquila, teſte Hieronymo, ἐκδικητὰς vertit .i. *facinorum vindices*: Quæ duo poſteriora interpretamenta opinionem Hebrȩorum vulgarem confirmant, fuiſſe videlicet judicum miniſtros, loris baculiſque armatos. Quæ ſi vera eſt, optime reddideris *apparitores*, certe in enumeratione magiſtratuum, hi fere tanquam appendices, ut hic & Ioſ. 23. ſed volunt alii digniorem eis aſſignare ſtationem: Ego hic non interponam juvenile judicium; illud ſaltem aſſero, ſive moderatores, ſive ſcribas, ſive monitores, ſive magiſtros, ſive apparitores vertas, non poſſe hanc vulgati interpretationem ſtare.

Verſ. 25. hæc verba; *ut oſtenderent ubertatem*. Itidem verſ. 37. hæc, *Nec miranda indignatio in populum*, otium agunt, cum nec in Ebr. nec in Chald. nec Gr. reperiantur.

a Oleaſtr. *Quod Soter non ſit proprie judex, conſtare videtur ex cap. 16. ubi dicitur,* Iudices ve ſoterim .i. *præfectos. Niſi dicamus fuiſſe inferiores judices. ex verbis. Ioſue 3. videtur illos fuiſſe præcones. Et meo judicio agebãt iſti. quod apud nos illi qui homines capiunt & ducũt ad carcerẽ &c. tamen ex loco citato Ioſue videtur fuiſſe inferiores judices &c. Hæc ille.*

b Magiſterare *apud Feſtum pro regere & moderari & in Auguſto Sueton* magiſteria municipiorum *.i.* ἀρχαὶ *municipales.*

 tur.

tur. Contra verſ 46. hæc deſiderantur כימים אשר ישבתם *juxta dies* (.i. numerum dierum) *quibus ſederatis*, illic antea videlicet. Alia hoc capite notari poſſent, ſed quia nimis jam excrevit ſcriptio noſtra, hic labor compendifaciendus eſt.

Caput ſecundum.

Ebr.	*Verſ. 23.*	*Vulg.*
Caphthoræi, qui egreſſi ſunt de Caphtor.		Cappadoces, qui egreſſi de Cappadocia.

PRo vulgato ſunt Chald. & LXX. Sed cum Vatablus & Maſius negent Cappadoces voce Ebraica denotari, libuit eorum periculo hunc locum doctorum judicio ſubjicere. Maſius in Ioſuam, pag. 227. non dubium eſſe dicit, quin fuerint Philiſtinorum gentiles; Iunius, fuiſſe Philiſtæos a Caphthoræis ortos. Illud certum ex Gen. 10, eos ex Mitzraim ortos una cum Philiſtæis, quibus proxime adjunguntur. Vatablus, *cum Cappadoces ſint in Aſia, non videntur Caphthorim eſſe ij, quos vulgo tranſferunt.* Ego nil video quid moverit interpretes, *Cappadoces*, tranſferre, præter primæ ſyllabæ convenientiam.

Caput tertium.

Ebr.	*Verſ. 11.*	*Vulg.*
Ad cubitum viri.		Ad menſuram cubiti virilis manus.

VOx *Manus* quid ſibi hic velit, omnino non video. Græci quoque non habent, *ἐν πήχει ἀνδρὸς*, *cubito viri*, ut à cubito Mathematico diſcernatur, inquit Cajet. Aut ne ipſius Ogi cubitus intelligeretur, Fagius. Licet non

non vulgarem, ſed Regis prædicti cubitum intellexiſſe videatur Chald; dum vertit, *ad cubitum Regis*. Sed & illud aliter exponi poteſt: ut enim Regium dicitur, quod publicum, ut via Regia; & quod uſuale, utpote ex decreto & ſanctione Regis aut ſupremi Magiſtratus, ita & cubitus Regius exponi poteſt, qui uſualis eſt, & publici uſus.

Verſ. 17. vox *ſolitudinis* plane otium agit: nec enim Græca nec Ebræa eam legunt.

Caput quartum.

Ebr. *Verſ. 11.*	*Vulg.*
Mons autem ille ardebat igni uſque ad cor cœli.	Montis, qui ardebat uſq; ad cœlum.

MVltum detraxit de hyperbola Vulgatus interpres, dum vocem לֵב non expreſſit. Si enim Hebraiſmum vitare ei fuit animus, vertere potuiſſet, *ad medium cœli*. Cor enim & medium ſe invicem explicant in his libris. Sic, *in corde maris*, in Proverb. & Ezech. *In corde terræ*, in N. T. .i. in medio maris, in medio terræ: Quæ iterum ex Ebraiſmo ponuntur, pro, in mari, in terra, ſimpliciter. Hic a. quia alia conſtructio, (non enim dicitur בלב, ſed עד לב) non dubium quin ad Hyperbolen faciat, & plus dicat, quam *ad cœlum* ſimpliciter; ut ſenſus ſit, teſte Steucho, uſque in cœli meditullium, uſque in penitiſſimas cœli partes. Hinc Chald. עד-צית שמיא, *uſque ad ſummitatem cœlorum*.

Verſ. 12. hæc verba deſunt, *præter vocem*, quæ LXX. tamen & Chald. legerunt.

Ebr. *Verſ. 16.*	*Vulg.*
Ne forte corrumpatis (vias veſtras) & faciatis vobis ſculptile, imaginem ullius ſimulachri.	Ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem.

השחית

Digitized by Google

הַשְׁחִית non decipiendi, ſed perdendi & corrumpendi ſignificationem habet, & ſępe cum Ellipſi eſt, quam interpretes per *viam* ſupplent, ut Exod. 32. *Corrupit populus* ſc. viam ſuam, ubi extat in Piel: hæc locutio plene extat Gen. 6. 12. *Et corruperat omnis caro viam ſuam.* Sed his & ſimilibus locis alii malunt voci præſenti ſignificationem abſolutam aſſignare, *perdite egit populus*: & hoc loco, *ne forte perdite agatis* &c. Et hic LXX. μήποτε ἀνομήσατε, *ne inique agatis.* Sed Chald. דלמא תחבלון *ne perdatis*, tranſitive, ſub. *vias veſtras*.

Verſ. 19 Ebræa ſic habent, *Et videas Solem, Lunam & Stellas*, quibus ſubjungit Moſes quaſi per appoſitionem, *omnem militiam cæli.* Hæc poſteriora vulgatus prætermiſit. LXX. intercedente copula καὶ. quæ tamen in Ebr. non extat, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, *Et omnem ornatum cæli.* Chald. quoque, *omnem exercitum ſeu militiam cælorum.* Eodem verſu Ebræum ונדחת, * *& impellaris*, vertit Vulgatus, *Et errore deceptus.* Aliene admodum, nec n. erroris vel deceptionis notio extat in voce Ebræa. Ibidem vocem חָלַק *diſtribuit*, vulg. vertit *creavit*, ſi vocem ſpectes, peſſime; nec quoque, ſi rem & ſenſum, admodum bene, ipſo Steucho teſte: nec enim hoc vult Moſes ſimpliciter, eas à Deo in mundi miniſterium creatas, ſed & diſtributas ſuis regionibus ſingulas. ne quid enim de influxu aſtrorum in inferiora hæc dicam, nunquid aſtra multa ſunt, quæ in noſtro hæmiſpherio, aut nunquam omnino, aut per viciſſitudines menſium & annorum tantum ſe oſtendunt? Sed ut ut forte nihil hic ſpectarit Moſes tale; tamen non decere Interpretem religioſum in ſacris tantum ſibi indulgere contendo.

* Oleaſtr. *vertendum germanius puto, & dejicias vel projicias te, & incurves te iis. Et poteſt dejectio referri ad hominis dignitatem, incurvatio a. ad corpus, q. d. & dejectus ab humana dignitate, ſeu immemor humanæ dignitatis incurves te. Aliqui vero intelligunt, &* impulſus, *a malo genio ſcilicet. neq; hoc diſplicet.*

Verſ. 25. l. ubi Ebræa habent, ונושנתם *& conſenueritis*, Vulgatus vertit, *Et morati fueritis.* Video eos legiſſe

ב pro

כ pro ב, ובושבתם. In ישב autem, cujus hoc Niphal eſt, ſignificatio ſedendi & commorandi eſt. res eodem rediret, ſi particulam *diu* addiſſet vulg. 2. verbum והשחתם iterum verſum ab Interprete eſt, *decepti fueritis*; de quo ſupra. 3. Diſtinguit Moſes hæc duo פסל & תמונה, ut & verſu 16. Illic ea confundit Interpres, dum vertit *ſculptam imaginem*, hic alterum omiſit, vertit enim, *aliquam ſimilitudinem*.

Oleaſtrius, verbum. ıalan, non ſign. habitare, ſed dormire & veteraſcere magiſque quadrat, ſi veritas, cum veteres fueritis in terra i. diu in ea habitaveritis.

Ebr. *Verſ. 29.*	*Vulg.*
Et ex totâ anima tua. 30. In tribulatione tibi (tua.)	Et tota tribulatione animæ tuæ.

Manifeſte hæc trajecta ſunt, ſive ab interprete, ſive quod facilius crediderim, a librariis. Quid tritius, quam *ex toto corde tuo, ex tota anima.* Quid magis inſolens, quam ſic loqui, *Ex toto corde tuo, & ex tota tribulatione animæ tuæ.* Ideo & LXX. ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σȣ. καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σȣ. ἐν τῇ θλίψει σȣ &c. Quomodo & per omnia Chald. hunc locum vertit.

Ebr. *Verſ. 32.*	*Vulg.*
ולמקצה השמים ועד קצה השמים :	A ſummo cœlo uſque ad ſummum ejus.

Clariſſimus eſt ſenſus, *ab uno extremo cæli ad alterum ejus* .i. ab ortu ad occaſum, vel ab oriente ad occidentem. Obſcuriſſima autem editionis vulg. verba eſſe, ipſe Steuchus confitetur, addo ego & imperite converſa. Vbi enim מקצה *ſummum* ſignificat? quædam fateor, extrema ſumma ſunt, qua ratione caput, ſuperius corporis humani erecti extremum, ſummum dici poteſt, Sed an ideo *extremum* verti debet *ſummum?* Pedes quoq; extremum corporis ſunt, quæ tamen abſurde *ſummum* vocaveris.

Vide Oleaſt. & illud nota hoc loco ל pro מן poſitum, de quo ad Gen. 18. 11.

Nobis

Nobis non omnis terminus eſt ſummum, inquit Steuchus, atque inde obſcuritatis cauſam in vulgata arceſſit. Sed nec Ebræis, Steuche; Omnis terminus ipſis eſt מקצה extremum, non ſummum; *Miktzeh.* n. non ſignificat *ſummum.* Dixi omnem terminum vocari *extremum* in Ebræo, unde & principium anni, terminus a quo incipit, ejus extremum dicitur, ut Deut. 15. 1. & alibi.

Ebr.	*Verſ. 33.* *Vulg.*
Sicut tu audiviſti & vixit וַיֶּחִי.	Sicut tu audiviſti & vixiſti.

Antea erat, *vidiſti.* Sed bene correxerunt Romani Patres, *vixiſti.* Quanquam illud adhuc reſtabat, ut etiam perſonam ſecundam in tertiam commutarent. Refertur enim in Ebræo non ad populum Iſraëliticum, ſed alium illum, cum quo Iſraeliticus ſe jubetur componere. Eſt enim futurum tertiæ perſonæ converſum in præteritum. Plenum eſſet ויחיה, contractum, וַיְּחִי, ob accentum magnum וַיֶּחִי. Chald. quoque ואתקים, quod miror à Fagio converſum, *& vivus remanſiſti.* Eſt enim tertia perſona præteriti Ithpael. Sed ejus codex forſan aliam lectionem habuit. Miror Steuchum Ebraica verba, poſtquam ob oculos ea lectori propoſuiſſet, ſic convertere, *audiſti & vixiſti.* Vbi unquam auditum Iod ſecundam Maſc. in futuris conſtituere?

Ebr.	*Verſ. 35.* *Vulg.*
Tibi oſtenſum eſt ſcire, quod Dominus ſit Deus.	Vt ſcires, quoniam Dominus ipſe eſt Deus.

Longe magis Emphatica ſunt Ebrea, *Tu videre factus es*, ad verbum, *ut ſcires* .i. tibi oſtenſum eſt. ſic & Chald. הראה in Hiphil *videre facere* .i. oſtendere; ſic in Hophal,

phal, *oſtendi*, *Tibi oſtenſum eſt ſcire*, ſimile ferè quoad phraſin in N. T. *Vobis datum eſt noſſe myſteria* &c.

Ebr. *Verſ. 49.*	*Vulg.*
Sub effuſionibus collis.	Vſque ad radices montis Phaſga.

Quomodo vox אשדות verti poſſit, *radices*, adhuc quæro, cum in אשד *effuſionis* ſignificatio ſit. Certe in Chald. reſpondet Ebræo שפך. Deinde, פסגה *collem* ſignificare vix dubium, at nomen proprium montis eſſe, ſi quis probarit, non contradicam. Vulgatum damnant hoc loco Bened. & Cajet. ad cap. 3. 17. ubi idem error a vulgato admiſſus eſt.

Caput quintum.

VIx aliud hoc capite notandum occurrit preter ea, quæ jam ante ad Exod. 20. notata ſunt. Illud unicum addam. Verſu 4. ubi Ebræa habent, * *Facie ad faciem locutũs eſt Dominus vobiſcum*, עמכם, Vulgatum reddidiſſe, *nobis*.

* *.i familiariter, nec n. hinc collegeris eos Deum vidiſſe. Vide ſupra cap. 4. 12.*

Caput ſextum.

Ebr. *Verſ. 7.*	*Vulg.*
Et repetes ea filiis tuis & loqueris de iis בשכבך, *in cubando te*.	Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis de iis dormiens.

TOlerari poteſt, quod τὸ דבר *meditari* vertit, eſt enim & λόγος ἐνδιάθετος, quem a προφορικῷ diſtinguunt. Illud durum eſt, *dormiens*; quomodo enim homo dormiens de ſacris loquatur? probarem, ſi eſſet *dormiturus*. At dices partic. præſens ex Ebraiſmo hic poſitum pro futuro, ut Ion 1. *invenit navem euntem*. .i. jam jam ituram,

ram, & hoc probarem ſi in Ebræo is Ebraiſmus eſſet. Nunc cum aliter ſit, quis excuſaverit Interpretem hîc loci utentem Ebraiſmo, qui & duram ſententiam reddit, & in Ebræo non habetur. Clara eſt vox Ebræa, *in cubando te*. i. quando cubabis, dum cubitum ibis, ecce enim ſequitur, *& dum ſurges*; vel ſi mavis participium, *cubans*: non enim omnis cubans dormit. Fateor *τὸ*, *cubo*, ſæpe pro, *dormio* uſurpari, ſed illud hic non quadrat. Poſſet & ſic exponi, *dum quieſcis tu*, ut Cohel. 2. 23. *Etiam noctu non* שכב *quieſcit cor ejus*. Sed melior expoſitio, *dum cubas*, ad dormiendum vid. quia immediate ſequitur ובקומך. Vulg. cap. 11. verſ. 19. hanc eandem vocem vertit, *quando accubueris*, quod de accubitu ad menſam videtur accipi. Abenezra, בשכבך] *dum cubas tu*, ad dormiendum, לישן. *non enim præceptum hoc convenit dormienti*, *ſenſus a. horum* ודברת בם *eſt*, *& loqueris de iis & ore & corde*. Quæ poſteriora *meditationem* Vulgati ſtabiliunt. LXX. *κοιταζόμενος*, cubans. Chald. ובמשכבך, in cubando te.

Ebr. *Verſ. 24.*	*Vulg.*
Omnibus diebus לחיותנו.	Omnibus diebus vitæ noſtræ.

Quin verti debeat, *ad conſervandum nos in vita*, nullus Ebraice peritus negârit. Nec enim חיות vitam ſignificat, ſed חיים. Ideo & LXX. pro gerundio acceperunt, ſed legerunt pro Gerundio Kal, ac ſi ſcriptum eſſet, לחיותנו, ad vivendum nos; vertunt enim, *ἵνα ζῶμεν*. Sed Chaldæus in Piel legit; vertit enim לקימותנא, ad in vita conſervandum nos.

Caput

Caput ſeptimum.

Ebr.	*Verſ. 10.*	*Vulg.*
Reddens odio habenti ipſum in faciem ejus.		— ſtatim.

BIs hoc verſu occurrit, אֶל-פָּנָיו : priori loco, *ſtatim*, poſteriori, *protinus* vertit Vulg. Sed non ea verborum Ebraicorum mens eſt. Contendunt quidem Interpretes, quid ea phraſis proprie velit, at in eo omnes etiam Pontificii, & Cajet. & Benedict. conſentiunt, non ſignificare *protinus*, *ſtatim*. Mihi hæc interpretatio præ cæteris placet, ut, affixum in פניו referatur ad ipſum oſorem, hoc ſenſu, contra ipſum Deus reflectit ſcelus ejus, & odium, & quidem * publice. Homines aliquando verentur inimicis in faciem reſiſtere, ſeu injuriam vindicare, itaque faciunt id occulte, non ſic Deus qui neminem timet.

* *Oleaſtr. In faciem .i. publice. aut ſine timore; aut opponens ſe ei.*

Verſ. 13. ubi Ebræa habent, *Benedicet* שגר אלפיך *fætui boum tuorum*, vulg. tantum *armentis* reddidit.

Verſ. 14. Ebr. בבהמתך *in jumento tuo.* Vulgatus, *in gregibus tuis*, voce Ebræa reſtricta ad minora tantum animalia, quorum proprie greges dicuntur. Ovium enim & caprarum, greges; boum, & equorum, armenta dicuntur.

Ebr.	*Verſ. 23.*	*Vulg.*
: והמם מהומה גדלה		Et interficiet illos.

Ad verbum, *& conteret eos contritione magna*, vel ut alii, *vexabit eos vexatione magna.* Benedict. *impetu magno terrebit.* Cajet. *attonitos reddet eos ſtupore magno.* LXX. καὶ ἀπολεῖ αὐτοὺς ἀπολείᾳ μεγάλῃ. Chald. *conturbabit eos conturbatione magna.* Vt ut reddantur Ebraica, vulg. certe non ſufficienter ea expreſſit.

Ebr. *Verſ. 25.*	*Vulg.*
Non concupiſces aurum & arg. quæ עליהם ſuper ea ſunt. *ſuper ea*, vid. ſculptilia.	Non concupiſces aurum & argentum, de quibus facta ſunt, *vid. ſculptilia.*

Non materia ſculptilium, ſed eorum * ornamenta & tegumenta, ut ſic dicam, innuuntur. Imo ſculptilia fere ex ligno erant; quæ ex metallis conflata erant idola, magis מסכות i. fuſilia vocantur. Vnde & LXX. *ne concupiſcas aurum & argentum ab iis ſumere tibi*, Chald. *quod in ijs eſt.*

Obſcuriuſculum illud in vulgato eſt verſ. ultimo, *non inferas quicquam ex idolo in domum tuam.* Putarim legendum, *ex idolio*, ἐξ εἰδωλείϰ. Certe ad ſenſum accederet propius. Quid autem εἰδωλεῖον ſit, vel ex * Epiſtola ad Corinth. patet, videlicet, fanum idoli. In Ebræo ſic legitur, *ne inferas* תוֹעֵבָה, *abominationem* &c. Omnes autem per eam idola abominanda accipiunt.

* *Oleaſtr. ſolebant gentes idola ſua laminis & veſtibus aureis & argenteis operire & prohibet hujuſmodi idolorum ornamenta concupiſci.*

* *1. Corint. 8. 10. Sic* διάνετον *& Minervium apud Plinium.*

Caput octavum.

Ebr. *Verſ. 4.*	*Vulg.*
Pes tuus non בָּצֵקָה.	Pes tuus non fuit attritus.

Duplicem hujus vocis Interpretationem video apud Ebræos & doctos. 1. Pes tuus non fuit conſperſus, luto videlicet. בָּצֵק conſperſio. Ea autem fit, ſi pes ſit diſcalceatus, unde reddunt, *Pes tuus non fuit diſcalceatus*; Nunquam defuerunt tibi calcei, & per conſequens, nunquam pedes tui conſperſi luto aut collutulati fuere. Hanc opinionem tuetur Kimhi in radicibus, unde & Oncelos, *& calcei tui non* יחיפו .i. *nudati ſunt*, aut diſcalceati. Sic quoque Benedict. corrigit vulgatum, *& pes tuus non fuit denuda-*

Digitized by Google

denudatus. 2. *Pes tuus non intumuit.* Solent n. alias pedes longo itinere intumeſcere. Ratio ſignificationis, quod בצק maſſa ſeu conſperſio appoſito fermento, inquit Pagn. intumeſcere ſoleat. Hinc Aben. *Ex deflexione* & coxerunt בצק conſperſionem. *Solent enim pedes ejus qui iter longum conficit, inflari:* R. Salomo, *non inflatus eſt ſicut maſſa, ad morem eorum qui diſcalceati incedunt, quorum pedes intumeſcunt.* Gerundenſis, *Tumor aut inflammatio in pede ipſorum non venit.* Sic quoque Cajet.

Ebr.	*Verſ. 15.*	*Vulg.*
נחש שרף, ſerpens ignitus.		Et ſerpens flatu adurens.

Appoſuimus vocibus Ebraicis illud interpretamentum, quo ſuprà Num. 21. ipſe Vulgatus uſus eſt. Cajet. *Ebraice habetur*, ſerpens ardens. *Nihil dicitur quod flatu adurat, ſed ſermo eſt de ſerpentibus ſcriptis Num 21. de quibus nec hic nec ibi ſcribitur quod flatu adurerent, ſed ibi ſcribitur quod mordendo læderent.* Ego hic me non interpono: Illud ſolummodo dico, LXX hic habere, ὄφις δάκνων, ſerpens mordens.

Verſ. 18.

Deſiderantur hæc verba, לעשות חיל ad faciendam potentiam, .i. ad comparandas opes. Sic Proverb. 31. *multæ filiæ* עשו חיל *fecerunt potentiam*, Græce, ἐποίησαν δύναμιν .i. ut Scholion explicat (quod ipſum in codicibus quibuſdam in textum irrepſit) ἐκτήσαντο πλοῦτον. Sic Ruth. 4. 11. עשה חיל *fac potentiam:* LXX. ποίησαι δύναμιν, id eſt, compara opes. Atque ibi Vulgatus quoque hallucinatus eſt, dum reddit, *Exemplum eſto virtutis.* Vocis δύναμις fateor interpretamentum ſubinde apud Vulg. eſt virtus, ut cum occurrit Κύριος δυνάμεων, Dominus virtutum; ſed quis adeo obtuſus ut virtutes Ethicas ibi intelligat? Dicunt & ſimi-

& ſimiliter *δυνάμεις τῶν ὀυρανῶν*, *virtutes cælorum.* Aut quis ullum locum produxerit, ubi חַיִל virtutem Ethicam ſignificet.

Ebr. *Verſ. 19.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
העידתי בכם, teſtor contra vos.	Prædico vobis.

Repetendum ex ſuperiori loco, *cælum & terram*. Alii ſimpliciter vertunt, *Proteſtor contra vos*; utrumcunque ſit, plus in Ebraicis eſt, quam in vulgati verſione.

Caput nonum.

VErſ. 2. Mimeſin illam non aſſequitur, quæ in Ebræo eſt. non hoc carpo, quod interrogationem in negationem converterit; verum illud, quod eam negationem non ſic expreſſerit, ut res ipſa exigit. Sed conferamus:

Filios Anakim quos tu noſti & audiviſti, quis ſubſiſtat coram filiis Anak?	Filios Enakim quos ipſe vidiſti & audiviſti, quibus nullus poteſt ex adverſo reſiſtere.

Quis non putet hæc legens, ea à Moſe aſſeri? Senſus Ebraicorum eſt, de quibus audiviſti ex exploratoribus hæc verba, *Quis ſubſiſtat* &c.

Verſ. 3. redundat illud *devorans*, atque τὸ יַכְנִיעֵם *humiliabit eos*, vertit, *delebit*.

Verſ. 12. deſideratur illud שִׁחֵת, *corrupit*. Sc. *viam ſuam*, & pro Ebr. *viam quam præceperam illis*, vulg. habet, *quam demonſtraſtis illis*. Vide Benedict.

Verſ. 14. Iterum flagellat Steuchus vulgatum, quod hæc Ebræa, *Et faciam te* לְגוֹי *in gentem*, verterit, *Et conſtituam te ſuper gentem*. Hæc enim eſt ſententia, inquit, ſe facturum Moſen patrem & authorem numeroſæ gentis. Et ſic quoque LXX. καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, faciam te in gentes &c. Sed de eo ſupra dictum eſt. Vide & Oleaſt.

Caput

Caput decimum.

Ebr. *Verſ. 14.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
Domini Dei tui השמים ושמי השמים.	Domini Dei tui eſt cœlum & cœlum cœli.

POnam hic cenſuram Cl. Druſii viri in his litteris occulatiſſimi, quem pruriginis carpendi vulgatam tranſlationem nullus Papiſtarum, qui libros ejus legit, accuſaverit. Vbicunque enim ullo modo excuſari poſſe videbat, eam defendit vir, ſi quiſquam, ingenuus. Ejus ad hæc verba ſunt ad loca diff. Deut. *Vetus interpres*, cœlum & cœlum cœli. *Trem.* cœli & cœli cœlorum. *Neuter bene. Nam* שמים *nomen duale cum de uno cælo dicitur, ſingulare eſt; cum de duobus, duale; de pluribus, plurale. Iudico igitur vertendum*, cœli & cœlum cœli. *Tres cæli memorantur in divinis. Aëreum, quod omnes tres aëris regiones comprehendit. 2. Sidereum ſeu ſtelliferum cælum. Hos duos cælos innuit, cum dicit* השמים, *cæli. Tertium cælum, in quod raptus eſt Apoſtolus, hic vocatur* cœlum cœli; *Id unicum cum ſit, male vertunt meo judicio qui vertunt*, cœli cœlorum. *Senſum enim hic habet ſingularem. Sic meo arbitrio melius dicitur*, aves cœli, *quam* cœlorum; *ſed interpretes hac tam accurate non obſervant. Sunt etiam, qui diſcrimen ponunt inter cælum & cæli, cum vox Ebræa ſemper dualis ſit. Vide quid ſit linguas ignorare &c.* Hæc Druſius. A quo in eo diſſentio, quod putem melius ſic converti, *Cæli & cælum cælorum*, ut, ſi cui libeat minutias iſtas τεμαχίζειν, non cœlum unum, ſed *cæli* intelligantur, quorum hoc tertium dicitur eſſe cœlum, q. d. cœlum aliorum cœlorum altiſſimum. Geminæ locutiones ſunt, *vanitas vanitatum, Rex regum, ſervus ſervorum, cantica canticorum.* Hoc modo

enim ſignificamus vanitatem omnium aliarum maximam, canticum omnium excellentiſſimum. ſed clarius hæc patebunt, ſi ita conferantur,

Vulg.	*Trem.*	*Druſius.*	*Nos.*
Cælum & cælum cæli.	*Cæli & cæli cælorum.*	*Cæli & cælum cæli.*	*Cæli & cælum cælorum.*

Claudam, ſi iſta præceptoris mei verba, ubi dicit quoſdam diſcrimen ponere inter cœlum & cœli, unico exemplo illuſtravero, eoque ex Alphonſi de Caſtro libro adverſus hæreſes depromto. Is ergo titulo PAPA, Primatum Petri & per conſequens Papæ aſſerere ſatagit hoc argumento, quod, cum cæteris Apoſtolis Matth. 18. 18. dicitur in vulgatâ, *Quæcunque ligaveritis in terra, ligata erunt in cælo*, Soli Petro dicatur, Matth. 16. 19. *Dabo tibi claves* COELORUM. Et; *quodcunque ligaveris ſupra terram, ligatum erit in* COELIS. Egregia certe conſequentia, per quam Petrus Chriſto major conſtituitur. Verba enim Chriſti Matth. 28. 18. ſic exprimere contentus fuit Euangeliſta. *Mihi data data eſt poteſtas*, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, Vulg. *in cœlo*. Ex his enim locis apparet, etiam cum unius cœli mentio fit, Interpretes promiſcuè ſolere uſurpare, οὐρανὸς & οὐρανοί. Quod magis firmabitur hoc parallelo: Matth. 22. 30. *Erunt ſicut Angeli in cœlo*, At Marc. 12. 25. *Sicut Angeli in cœlis*. Alia ratio eſt cum manifeſte duo cœli innuuntur vel memorantur. Ibi enim vox dualis Ebræa neceſſariò pluraliter vertenda erit; vel cum διακρίσεως ratio habenda eſt, ut in loco iſto quem jam ex Deut. produximus. Aliàs, cum unum ſolummodo cœlum, aut totum illud expanſum, quod ſupra terram eſt ab infima aëris regione ad ſupremum cœlum uſque ſignificatur, aliudque aliter acceptum שמים adjunctum non habet, promiſcue vel per ſing. vel per plurale reddi Ebræam vocem poſſe putamus. Atque hæc hactenus.

Capuſ

Digitized by Google

Caput undecimum.

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
ואת כל היקום אשר ברגליהם :		Atq; univerſa ſubſtantia eorum, quam habebant.

EBræa ad verbum, *quæ in pedibus eorum.* Eam phraſin non intellexit Vulgatus, atque ideo laxe vertit, *quam habebant.* Nos ad hunc locum aliquid proferemus ex Moſe Maimonide, cujus jam ante meminimus, qui tanti apud Iudæos eruditiores fit, ut de eo pervulgatum illud ſit, *à Moſe uſque ad Moſem, non fuit ſicut ille Moſes*; cui Scaliger & Caſaubonus hanc gloriam aſſcripsêre, quod primus inter ſuos deſierit nugari. Is inter alia ſcripſit librum, cui titulum fecit, *More Nebochim* .i. Doctor perplexorum. Liber is latine ante centum & aliquot annos verſus eſt; ſed ita mutile atque adeo corrupte, ut, ſi cum Ebræo conferatur, vix agnoſci poſſet ejuſdem authoris eſſe. Edidit iſtum librum diu ante verſum Auguſtinus Iuſtinianus Epiſcopus Nebienſis, anno 1520. ſed verſio mala magis deturpata eſt ſphalmatis Typographiæ. Nos cum ante annum utrumque exemplar & Ebræum & Latinum (quorum hoc rariſſimum eſt) ab humaniſſimo Hab. Curiandro, Cl. Druſii genero, nacti eſſemus, ipſa collatione illud vidimus, Ebraici operis quaſi ſummarium tantum exhibuiſſe Interpretem. Itaque nos ipſi opus Ebr. vertere cœpimus; ſed cum partem aliquam confeciſſemus, aliud intervenit, quo interruptus huc uſque fuit iſte labor. Sed, ut ex hoc diverticulo in viam redeam, primo libro (ſunt enim tres) hoc ex profeſſo agit, ut omnem corporeitatem a creatore removeat: explicat itaque omnia loca, omneſque locutiones, quæ Deo per-

ἀνθρωποπάθειαν corporeum quid tribuere in ſpeciem videntur. Hujus libri cap. 28. explicaturus locum iſtum Exod. 24. *Et ſub pedibus ejus erat quaſi opus ſapphiri*, more ſuo præmittit diſtinctionem vocis רגל in ſua ſignificata; atque ait *primò ſignificare membrum humani corporis.* 2. *Vſurpari de re quæ ſequitur rem aliquam*, *ut* Exod. 11. 8. *Egredere tu & omnis populus*, אשר ברגליך, *qui in pedibus tuis .i. qui ſequitur te.* 3. *Significare cauſam, ut, & benedicet Dominus Deus* לרגלי *ad pedem meum .i. propter me, mea cauſa*, Gen. 30. 30. *Illud enim propter quod aliquid fit, rationem cauſæ habet. Ea autem acceptio, inquit, non eſt infrequens: Sic enim* Gen. 33. 14. *legimus, ego autem ſequar pedetentim*, לרגל המלאכה ולרגל הילדים *propter* * *gregem & propter pueros meos.* Hæc ille. Ad 2. acceptionem hunc locum retulerunt Trem. & Iun. dum vertunt, *Et omnia corpora viventia, quæ ſequebantur ipſos.* Ipſe etiam vulgatus Ieſ. 41. 2 ubi Ebr. *vocabit eum* לרגלו, vertit, *ut ſequeretur ſe*. Verum Abenezra maluit locum hunc, de quo nunc agimus, ex tertia ſignificatione exponere, *Omnis ſubſtantia quæ propter eos* .i. omnis ſupellex, qua carere non poterant Sed magis arridet mihi interpretamentum Trem. & Iunii, qui optime quoque τὸ יקום interpretati ſunt, ut non ſubſtantiam in genere & quamvis, ſicut laxe vertit Vulgatus, ſed ſubſtantiam vivam ſignificet; quam ſignificationem ipſum Etymon non parum confirmat. Thema enim eſt קום ſtetit, unde & hoc apparet: ם in *jekum* non eſſe affixum, quod tamen crediſſe videtur Vulgatus, dum vertit, *ſubſtantia eorum*. Vide ea de re Oleaſtr.

* *Ad verbum*, opus. *Sed opus pro re poni ſolet.* Ex. 22 quod non extenderit manum ad opus, *id eſt rem*, proximi ſui. *Sic cõſtructum*, Melecheth haſshamajim *res cœleſtes*, Ier. 7. 8. *militia cœli, ut illic quoq; Lxx. habẽt. male vulg.* Regina cœli, *de quo ſuo loco.*

Ebr. *Verſ.* 10.	*Vulg.*
Terra, quam tu ingredeꝛis, non eſt ſicut terra Ægy-	Terra, ad quam tu ingrederis poſſidendam, non eſt

ſicut

pti, ubi ſeminabas ſemen tuum & irrigabas pede tuo, ut hortum oleris.	ſicut terra Ægypti, ubi jacto ſemine, hortorū in morem aquæ ducuntur irriguæ.

Cajetano non ſatisfacit hæc verſio, ſed ponam ejus verba, *Ebraice*, inquit, *labor humanus conſignificatur dicendo*, & irrigabis in pede tuo, ut hortum oleris. *Significavit enim Moſes artificialem irrigationem, ex hoc quod oportet homines pedibus ire ad irrigandos agros, deducendo per rivos aquam fluminis: & forte ad litteram alludit ad ligonem ſeu ſarculum, quod pede figitur in terra &c.* Vide & Oleaſtr.

Ebr. *Verſ. 30.*	*Vulg.*
אצל אלוני מורה :	Iuxta vallem tendentem & intrantem procul.

In Ebraicis nec vola nec veſtigium verborum Vulgati eſt. LXX. more ſuo, πλησίον τῆς δρυὸς τῆς ὑψηλῆς, *juxta quercum excelſam.* In Geneſi convertit hæc eadem verba Vulgatus per iſta, *vallem illuſtrem.* Vide quæ ad Gen. 12. notavimus.

Caput duodecimum.

VErſ. 5. Duæ voces deſiderantur vid. שמה & ודרשו *requiretis*, & venietis *illuc.* LXX. ἐκζητήσετε καὶ ἐισελεύσεσθε ἐκεῖ.

Ebr. *Verſ. 15.*	*Vulg.*
Immundus & mundus comedet eam (carnem) ſicut capream & cervum.	Sive immundum fuerit .i. maculatum & debile, ſive mundum .i. integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capream & cervum comedes.

Miror vehementer quid ad hanc verſionem traxerit

Digitized by Google

Interpretem, cum paulo poſt verſ. 22. eadem verba Ebraica, הטמא והטהור יאכלנו, ſic converterit, *immundus & mundus in commune veſcentur*. ſimiliter quoque cap. 15. 22. Illud ergo hic peccatum eſt, quod adjectiva illa, *mundus & immundus*, quæ ad comedentem pertinent, ad animalia tranſtulerit, dividens ea in munda & immunda. Veritus autem, ne minus eruditus lector intelligeret nomine *immundi* animalia, quorum eſus prohibitus ex lege eſt, gloſſam illam mirabilem intertexuit, ut illud ſaltem cognoſceret lector, per immunda non intelligi immunda ad eſum. ſed ad ſacrificium. Pro me LXX. ſunt, qui ad perſonas referunt, καὶ ὁ ἀκάθαρτος, καὶ ὁ καθαρὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ φάγονται. Pro me & Chald. A meis quoque partibus eſt Steuchus, qui Ebræa ita interpretatur, ut ad perſonas referat. Ad ea enim quæ immolantur quomodo referri poſſint, dicit ſe neſcire. Hoc vero (i. ut ad ipſos comedentes referatur) poteſt eſſe, inquit, quia & polluti & mundi comedebant. Hæc Steuchus, eundem in modum Benedictus.

Verſ. 30. *ne imiteris eas*] ſic Vulg. ubi Ebræa habent, פן תנקש, *ne forte illaqueeris.*

Caput decimum tertium.

VErſ. 5. Omiſſa ab Interpr. hæc verba ſunt, ללכת בה, *ad ambulandum in ea*. LXX. τὸ πορεύεσθαι ἐπ' αὐτῇ.

Verſ. 9 *Sit manus tua contra eum prius, ut interficias eum*, habent Ebraica; At poſteriora illa, *ut interficias eum*, non expreſſit Vulgatus.

Caput decimum quartum.

VErſ. 1. voces has, בין עיניכם, *inter oculos veſtros*, omiſit Interpres. Sic enim habent Ebræa, *nec ponetis cal-*

vitium

vitium inter oculos veſtros ſuper mortuo. Et Græci LXX. οὐκ ἐπιθήσετε φαλάκρωμα ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἐπὶ νεκρῷ. Sic & Chald. Iſtis enim verbis, *inter oculos veſtros,* teſte Steuch. & Cajet. locus depilationis deſcribitur, prohibeturque depilatio partis anterioris in capite, quæ frontem efficit, quæque ſitui inter oculos reſpondet. Cætera quæ ad hoc caput notari poterant, ad cap. nonum Levitici annotata ſunt.

Caput decimum quintum.

Ebr. *Verſ. 18.*	*Vulg.*
Non ſit durum in oculis tuis, quum dimittes eum liberum à te, quia משנה *duplum* mercedis mercenarii ſervivit tibi, ſex annis.	Non avertas ab iis oculos tuos, quando dimiſeris eos liberos: quoniam juxta mercedem mercenarii per ſex annos ſervivit tibi.

PRimo in ipſo præcepto videtur eſſe aliqua diverſitas. Videtur enim id jubere Deus, ne gravate ad dimiſſionem ſervorum deveniant, ſed ut volentes & lubentes eos dimittant. Si tamen Gerundium בשלחך expoſueris per præteritum, *cum dimiſeris eos,* fateor poſſe ſtare vulg. interpretationem. Senſus enim erit, ne aſpexeris eos jam dimiſſos torvo oculo. In ratione major difficultas premet Vulgatum. Quorſum n. in Ebræo illud משנה erit? Senſus eſt, quia tibi ſex integris annis ceu ſervus addictus neceſſaria ſervitute ſervivit, dupla mercede dignus eſſet, cum duplo major fuerit ejus ſervitus, quam mercenarii. Annotant Ebræi, mercenarios ſervos ad tres annos operam ſuam elocaſſe, unde in Ieſaia, *tres annos juxta dies mercenarij.* Ejus temporis duplum eſt ſexennium. Abenezra, *invenimus ſcriptum,* tres anni juxta dies mercenarii,

Oleaſtrius paulo aliter, *Duplex eſt merces mercenarij tui, & ille altera caret. Debetur n. ijs victus quaſi una merces, & pecunia quaſi altera; ſervus autē emptus etſi habeat victum, non tamen datur illi pecunia & privabatur iſta mercede, & ejus loco dimittebatur liber. &c.*

Et hac ratio, quod non licuerit homini ſe elocare ultra tres annos. Eadem etiam obtinebat ratio in conducente, qui mercedem perſolvebat, valetque τὸ משנה *idem quod* בכפל *duplum, duplicitas.* Sic Gen. 43. 15. בכף משנה, ubi Vulg. ipſe vertit, *pecuniam duplicem.* Chald. quoque *duplici mercede mercenarij ſervivit tibi.* q. d. fuit is tibi loco duorum mercenariorum iſto ſexennio. Miror Steuch. & Cajet. nihil hic notaſſe, cum Benedict. hoc non prætereierit. CAP. XVI. Illa verba, *Et verni primum temporis*, obelo meritiſſime confodêre Benedict. & Steuch. cum nec in Ebr. nec in Chald. nec in LXX. compareant.

Caput decimum ſeptimum.

Ebr.	*Verſ. 8.*	*Vulg.*
בין נגע לנגע :		Inter lepram & lepram.

STeuch. dicit Ebr. eſſe *plagam & plagam.* Et addit, *quare non arbitror de lepra eſſe intelligendum, ſed de omni plaga, quæ à judicibus exacte dijudicari non poſſit.* Et Cajet. *perſonales percuſſiones dubiæ inſinuantur.*

Ebr.	*Verſ. 12.*	*Vulg.*
Vir autem qui fecerit per ſuperbiam, ut non obediat ſacerdoti, qui ſteterit ad miniſtrandum illic coram Domino Deo tuo, aut judici, morietur.		Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur.

ANtea legebatur, *ex decreto Iudicis.* Sic citavit Hartus in Colloquio, atque inde contendit probare, ſummum ſacerdotem fuiſſe illum judicem, qui cauſſas illas anxias & difficiles terminârit. Sed Romani correctores repo-

repoſuere, *& decreto judicis*. Quo magis miror Bellarmino eam fuiſſe fiduciam, ut locum hunc ex antiqua eâque magis corrupta lectione *a* citârit. Sed cum rem perpendo accuratius, video Bellarmino eam lectionem viſam utiliorem. Cum enim *b* videret tandem, neceſſario cum Oleaſtrio, Lyra, Cajet. Benedict &c. dandum eſſe, quod Rainoldus in colloquio urget, & τῶν LXX. & Chaldæi authoritate perſuadet, vid. judicem & ſacerdotem hic manifeſte diſtingui, illud hinc elicit, duas quidem perſonas illas diſtingui, ſed ſacerdoti ſententiæ pronunciationem, judici vero ſeu principi executionem ſolam demandari. ſed inanem eſſe omnem ejuſmodi ex hoc loco probationem, is videt, qui Ebræum textum inſpicit. Nec enim ibi, *& decreto judicis*, nec, *ex decreto judicis* eſt, ſed ſolummodo, אז שופט, *aut judici*. Nec vox *imperij* comparet uſpiam. imo ſi conferas cum verſ. 9 vide bis per *ſacerdotem*, uſitato in ſcripturis loquendi modo, *ſacerdotes* intelligi. Iam adi *c* eos, qui ex profeſſo ad hunc locum Bellarmino reſpondere.

a De V. D. lib. 3. 4. & de P. Rom. lib. 4. 1.

b Vid. de P. Rom. loco citato. Nam loco priori in acie ponit hanc ſent. ſacerdotem & judicem unam perſonam eſſe.

c Rain. cum Harto cap. 6 Sect. 2. Lubbertum, Iunium, Witak ad locum Bell. Contr. 1.

Caput decimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 3.*	*Vulg.*
Dabunt ſacerdoti הזרע והלחיים והקבה.		Dabunt ſacerdoti armum ac ventriculum.

STeuchus, *aliud etiam ponitur quod ſacerdotibus etiam dandum eſſet, omiſſum ab Interprete.* ſc. לחיים .i. *mandibulas, maxillas. Quod non omittitur apud LXX.* τὸν βραχίονα, τὰ σιαγόνια, καὶ τὸ ἔνυστρον, *armum, mandibulas & ventriculum.*

Ebr.	*Verſ. 10.*	*Vulg.*
Non inveniatur in te qui		Non invenietur in te qui

 luſtret

tranſire faciat filium ſuum per ignem; divinans divinationes &c.	luſtret filium ſuum aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur &c.

Duo prohibentur in his verbis quæ retulimus; In utroque Steuchus habet quæ non immerito reprehendat. 1. quod Ebræum מעביר .i. traducat, tranſire faciat, vertit, *luſtret*. Sed tutius erit ipſum Patronum Vulgati Steuchum audire. is ergo ſic dicit; luſtret) *Imo ea non erat luſtratio aut luſtrum, ſed filiorum exuſtio, ut ante viſum eſt. Atque ideo eum ritum execrabatur ipſe Deus, quod ſine humanis calamitatibus non fieret. Putavit ergo Hieron. filios ſuos illas gentes per ignem luſtrare ſolitas, ſed, ut dixi, non luſtrabant, ſed penitus exurebant: quanquam ejus videantur ſententia ſeptuaginta priores extitiſſe, quos Hieron. ſectatus eſt. Sed ea non eſt ſententia; dubiamque & falſam eam fecerunt, addendo luſtrationem, cum Ebraice tantum habeatur, non invenietur in te qui tranſire faciat &c.* Hæc Steuchus. Videatur hic Lyra, qui deceptus ea verſione hanc ſuperſtitionem cum hodierna Tartarorum comparat, quos ait ad Principem acceſſuros tranſire per ignem, credentes omnia per ignem purgari. Inter Ebræos quoque R. Sal. Moſes Mikkotzi, Maimon in Moreh. 3. 38. Kimchi &c. cò inclinant, traductos ſolummodo per ignem pueros & quaſi februatos fuiſſe. Sed falſi deceptique ſunt. Ecce enim Pſal. 106. ubi hic cultus memoratur, uſurpatur vox, ויזבחו, *& mactarunt*. Adi & hiſtoriam de Achaz 2. Reg. 16. conſule Ier 7. 38. & 19. 5. Ezech. 16. 20. & quæ præterea adduxit loca eruditiſs. Seldenus. Queîs addi velim locum evidentiſs. Deut. 12. In altera reprehendit Steuch. voces קוסם קסמים, redditas, *qui ariolos ſciſcitetur*. *Omnia hac*, inquit, *non ad conſulentes ac ſciſcitantes, ſed ipſos qui ipſam reſpondendi ſuperſtitionem exercebant; referenda*

venda ſunt. Nam Ebræum קסם, *quâ voce utimur hic, non ſciſcitantem ſignificat, ſed ipſum Magum ac ariolum, ſicut quoque Lxx. habent,* καὶ μαντευόμενος μαντείαν *.i. vaticinans vaticinium.* Hæc ille. NB. קסם *ſemper in malum præterquam Prov. 16.10 & Ieſ 2. 3. ubi Iun & Trem. optime*, ſagacitas.

Caput decimum nonum.

VErſ. 3. Deſiderantur hæc verba, *quam in hæreditatem daturus eſt tibi Dominus Deus tuus*, eorumq; loco ſubſtituta ab Interpr. alia, quæ in contextu Ebr. non habentur, ut patebit ex Collatione.

Eritq́, ut fugiat illic omnis homicida. Videatur hic Bened.	*Vt habeat è vicino, qui ob homicidium profugus eſt, quo poſſit evadere.*

Ebr.	*Verſ. 7.*	*Vulg.*
Tres civitates תבדיל ſeparabis tibi.		Vt tres civitates æqualis inter ſe ſpacii dividas.

Nihil tale in Ebræo. Vnde LXX. ſimpliciter, τρεῖς πόλεις διαστελεῖς σεαυτῷ. & Chald. תפריש לך.

Caput vigeſimum.

Ebr.	*Verſ. 9.*	*Vulg.*
ופקדו שרי צבאות בראש העם :		Vnuſquiſq; ad bellandum ſuos cuneos præparabit.

STeuchus, *Aliter habetur hæc ſententia apud Lxx. aliter in Ebraico. Illi enim,* καὶ καταστήσουσιν ἄρχοντας τῆς στρατιᾶς προηγουμένους τοῦ λαοῦ, .i. *& conſtituent principes exercitus præcedentes populum, pro eo quod Ebr. eſt,* ופקדו שרי צבאות בראש העם, *Et* recenſebunt principes exercitus ſummam populi. Quare nec noſtra nec Græca tralatio cum Ebraico conſentit. Innuitur enim, cum principes locuti fuiſſent, & for-*

* *Oleaſtr.* pakad *etiam numerare ſignificat.*

midoloſi ad ſua receſſiſſent, reliquam multitudinem recenſuerunt, quæ remanſiſſet ex his, quos uti meticuloſos dimitti juſſerat. Hactenus Steuchus, cum quo ſentit Benedict. vide ejus marginalia.

Caput vigeſimum ſecundum.

Ebr.	*Verſ. 9.* *Vulg.*
Non ſeres vineam tuam כלאים diverſis ſeminibus, ne תקדש fructus ſeminis &c.	Non ſeres vineam tuam altero ſemine, ne ſanctificentur &c.

DVo hic culpat Steuchus, primum quod vocem כלאים verterit Vulgatus, *altero ſemine*, ait enim vertendum eſſe, *ex diverſis ſeminibus permixtis. Sicut & alibi*, inquit, *Interpres noſter vertit.* Vide Levit. 19 19. Vbi ſic habet, *Agrum tuum non ſeres diverſo ſemine*, Græci utrobique, *οὐ κατασπερεῖς τὸν ἀμπελῶνά σου διάφορον.* Alterum, quod τὸ תקדש verterit, *ſanctificentur*, cum vertendum ſit, *polluas.* Vox קדש inter ea eſt, quę contraria ſignificant, ut & ברך. benedixit, &, maledixit, ſic & קדש: uſitatius *ſanctificari.* Dubiam ergo hanc verſionem Steuchus ait, Græciſque occaſionem dediſſe locum hunc ita intelligendi, ut proventus iſti Deo cedant. Nam & LXX. ſic verterunt, *ἵνα μὴ ἁγιασθῇ τὸ γέννημα.* Vulgatum quoque corrigunt Cajet. & Bened. Et Lyra hic aliquid vidit, poſtquam n. ſic expoſuiſſet Latina, ac ſi ad primitias & decimas reſpiceret hæc lex, tandem ait in Ebr. ſic legi, *non ſeres mixtim, ne polluatur multitudo ſeminis quod ſeminaſti. Ratio autem*, inquit, *cur Ebræi hic dicant pollutionem, ubi tranſlatio noſtra habet* ſanctificationem, *eſt, quod dictio Ebraica æquivoca eſt, & importat utramque ſignificationem, prout vario modo punctatur, & tamen puncta non ſunt de ſubſtantia litteræ, ſed variant:*

riant modum pronunciandi & ſignificandi. Hæc Lyra, quæ Cenſura egent. Frivolum enim & falſum eſt, quod de varia punctatione verbi dicit, nec enim חקדש aliis punctis ſcribitur, cum *ſanctificationem* ſignificat, vide Exod. 29.37. quam cum *pollutionem*; non magis quam ברך, quod iiſdem punctis ſcriptum utrumque contrarium ſignificat. Sed reſpexit proculdubio Lyra ad nomina hinc derivata, קדוש *ſanctus*, & קָדֵשׁ *Cynædus*, quæ pro varia punctatione hoc vel illud ſignificant. Mentem meam intelligunt qui vel leviter has litteras deguſtarunt. Non ignoro locum hunc aliter etiam ab Ebræis exponi, ſed hæc periculo Steuchi ſcripta ſunto.

Caput vigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 4.*	*Vulg.*
Ex Phethor Syriæ duorum fluminum.	Ex Meſopotamia Syriæ.

SVpra Num. 22. 5. vocem Phethor reddidit *ariolum*, hic eam plane neglexit. Illa enim *ex Meſopot. Syriæ*, reſpondent his Ebr. *Aram Naharajim*, .i. Syria duorum fluminum, interamnis vel interamnana. Oleaſtr. *Phethor urbis aut loci nomen; diciturque etiam ab Euſebio Phethora.*

Ebr. *Verſ. 13.*	*Vulg.*
Paxillus item tibi erit על אזנך, eritque cum ſedebis tu extra, fodies eo & converſus operies excrementa tua.	Gerens paxillum in balteo, cumque ſederis fodies per circuitũ & egeſta humo operies quo relevatus es.

Eſt hic quod reprehendit Steuchus, eſt quoque quod Cajetano diſplicet. Illud Steuchus carpit, quod אזנך vertit *balteum*, ſic enim ait vertendum, *Et paxillus erit tibi*

vice ligonis. Errorem autem Vulgati (ſic enim aperte vocat) aſcribit verſioni ſeptuaginta Interpretum, qui ſic verterunt, καὶ πάσσαλος ἔσαι σοι ἐπὶ τῆς ζώνης σου, *& paſſalus erit tibi in zona tua*. Sic ille. Aben. ait יָתֵד eſſe כלי לחפר *inſtrumentum fodiendi*. R. Sal. eſſe כלי זין אזן. Alii ſic convertunt, *Paxillus erit tibi præter arma tua*. Alii, *inter arma tua*. Bened. *apud inſtrumenta tua*. Certe Fagius aſſerit vocem Ebr. nec baltheum nec zonam ſignificare. Thema ſic erit, זון א littera Proſthetica. Oleaſt. mavult thema eſſe אזן *auris*, unde מאזנים *bilances*, cui voci hanc vult eſſe ſynonymam; vertendumque *ſuper ſtatera tua*. Illud vero quod Cajetanus hic reprehendit, verbis ipſius quam meis dixerim lubentius, *Iuxta Ebr. non habetur relevatio, ſicut nec habetur fodere per circuitum, ſed legitur*, & erit ſedente te foris, & cavabis in eo & vertes, & operies egeſtionem tuam.

Ebr.	*Verſ. 17.*	*Vulg.*
Nec erit קדש de filiis Iſraelis.		Nec ſcortator de filiis Iſrael.

Oleaſtrius; Chades ſign. *ſcortum maſculum aut Cinadum. Diciturque, ut & Chadeſha, à* Chadaſh *ſeparare, quoniam huiuſmodi ſcorta ſolebant eſſe ſeparata à civitatibus in locis ſecretis.*

Duæ voces hoc verſu occurrunt, fœm. & Maſc. קדש & קדשה: hanc meretricem vertit Interpres, quum tamen plus dicat quam זונה זונה meretrix, קדשה proſtibulum, *quæ præparata eſt* (ea enim notione ſæpe occurrit thema קדש) *omni tranſeunti*. Illam vid. קדש *ſcortatorem* vertit, plane quemadmodum Græci, qui hic πόρνην καὶ πορνεύοντα vertunt. Videant tamen docti nunquid vox ea melius vertatur, *ſcortum maſculum* aut *puer meritorius*. Certe Cajetanus: *Ebraice habetur*, nec meritorius de filiis Iſrael, *quæ abuſio*, inquit, *niſi fuiſſet publica apud Ethnicos, nequaquam meminiſſet ejus Moſes in ſpecie*. Abenezra, *dicunt Tranſlatores legis* קדש *eſſe* הנשכב, i. *catamitum*, quo quis ad præ-

ad præpoſteram venerem abutitur. R. Sal. ait קדש eſſe מזמן למשכב זכור .i. *paratum, deſtinatum aut expoſitum ad concubitum maſculum.* Videatur quoque Gerundenſis, qui eadem R. Salomonis verba citat.

Caput vigeſimum quartum.

Ebr. Verſ. 4.	*Vulg.*
Quia polluta eſt & abominatio illud eſt coram Domino.	Quia polluta eſt & abominabilis facta eſt coram Domino.

Nimis durus in repudiatam vulgatus eſt, cur enim non ſic potius vertenda Ebræa, *quia* תועבה הוא *abominatio illud eſt*, illud vid. matrimonium. Notum enim eſt, ut fœminina pro neutris apud Ebræos uſurpentur. Iſte enim reditus ad priores nuptias ſpeciem præ ſe ferebat adulterini concubitus, in ſecundo connubio. Advocatum hic habeo Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, qui diſerte ait, *non dici quod mulier abominatio ſit, ſed quod hoc connubium prioris viri cum ipſa iterum, abominatio ſit.* Illud vero *polluta* non dubium quin ad fœminam pertineat.

Ebr. Verſ. 7.	*Vulg.*
Si deprehenſus fuerit aliquis furans animam è fratribus ſuis &c.	Si deprehenſus fuerit homo ſollicitans fratrē ſuum.

Ebræum eſt גָּנַב, unde גַּנָּב fur. Græce quoque κλέπτων. Et Chald. גְּנַב. Lyra quidem exponit, *Sollicitans*, id eſt, inſidias ſtruens, ut eum furari poſſit: ſed nil opus iſtis ambagibus eſſet, ſi Ebræa fideliter expreſſiſſet Interpres. Vide Oleaſtr.

Ebr.

Digitized by Google

Ebr.	*Verſ. 10.*	*Vulg.*
כי תשה ברעך משאת מאומה :		Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi.

Licet dubium mihi non ſit, quin locus ſic vertendus ſit: *cum mutuo dederis proximo tuo mutuum aliquod*, tamen malui verbis & periculo Cajetani locum hunc hoc loco exhibere. Verba Cajetani brevia, ſed clara ſunt, *non agitur de repetitione debiti*, ut vulgata ſonat, *ſed de pignore pro mutuo*. Certe Lexicographi obſervant נשה, præſertim in Hiphil cum ב conſtructum, ſignificare, *mutuo dare*. Vnde & Chaldæus Paraphraſtes, & Santes Pagninus, & Benedictus eodem modo locum expoſuere.

Caput vigeſimum quintum.

VErſ. 5. non nubet alteri] Ebraica plenius, *non nubet foras viro extraneo*. Sic & Chaldæus Paraphraſtes & Septuaginta vertêre.

Ebr.	*Verſ. 6.*	*Vulg.*
Primogenitus quem pepererit, ſtabit ſuper nomen fratris ſui.		Primogenitum ex eâ filium nomine illius appellabit.

Steuchus, *non tam hoc innuitur, quam ut qui primus ex ea naſcitur, nomine illius cenſeatur, ut dicatur eſſe filius illius atque illius, non ipſius fratris qui eum genuit. Atque hoc ſignificare videntur verba Ebraica &c. ſic etiam Lxx. &c. Quare non videtur præcipi, ut qui primus naſceretur, nomine defuncti vocaretur*. Hæc ille. Et Cl. Druſius, *Hac verſio medicina eget. Nam non ſemper eodem nomine vocabatur. Liquet ex filio Boazi, quem ex Ruthа ſuſcepit, qui non Machlon, ſed Obed nominabatur. Veritas Ebraica, ſtabit vel exurget ſuper nomen*

nomen fratris ſui defuncti, quod exponunt, ſuccedet in nomen mortui fratris ſui: nam filius defuncti dicebatur, ei ſuccedebat in hæreditate. Itaque Ionath. exurget in hæreditate nomine fratris ſui &c. Mentio itaque fit nominis, de appellatione nihil.

Caput vigeſimum ſextum.

Ebr. *Verſ. 5.* *Vulg.*

אֲרַמִּי אֹבֵד אָבִי׃ | *Syrus perſequebatur patrem meum.*

PEr *Syrum*, Labanem intelligunt Vulgati Commentatores, per *patrem*, Iacobum, ut reſpiciat ad hiſtoriam Gen. 31. Stare poſſet, ſi vel unico exemplo probari poſſet, אבד in Cal eſſe tranſitivum, tunc enim ad verbum eſſet, *Syrus perdebat* .i. perdere cogitabat .i. perſequebatur, *patrem meum*. Quod cum probari non pc ſſit, non videtur & Chaldæus optime hunc locum intellexiſſe, dum vertit, *Aramæus* בָּעָא לְאַבָּדָא *quærebat perdere patrem meum*. LXX. nimis aberrarunt à ſcopo, *συρίαν ἀπέλιπεν ὁ πατὴρ μου*, *Syriam reliquit Pater meus*. Quid ergo.? Vertendum puto, *Syrus periens erat Pater meus*, vel, *Syrus perditus*. Perire autem phraſi Ebræa & Belgica quoque is dicitur, qui peſſum it, qui ad paupertatem redigitur. Hæc Interpretatio quam pulcre cum ipſa re & hiſtoria conveniat, prolixe docet Cl. Druſius in Append. ad commentarium ad voces Ebr. N. T. poſteriorem, & notis ſuis ad hoc ipſum caput Deuteron. Vide & Fagium hoc loco, & Notas, quas Vatablo aſcribunt. Scindl. refellit eos qui vertunt, *Syrus peribat Pater meus*; quia, inquit, Syrus & Pater dividuntur per illud *Obed*. Illa ratio, ſi aliqua eſt, noſtram Interpretationem non tangit: jungimus enim *Syrus* & אובד in prædicato, volumuſque τὸ אָבִי דּוֹ obtinere

Quidam, Syrus perditionis, ut Pſal 1.9. שֵׂה אוֹבֵד *ovis perditionis. Eſt n.* שֵׂה *in Regim. Alias eſſet* שֶׂה. *Sed dubito an Gentilitia ita conſtrui ſoleant.*

locum ſubjecti, ut jam viſum eſt. Pagn. *Syrus ille penuria laborans Pater meus deſcendit in AEgyptum*, ut tria illa locum ſubjecti occupent, וַיֵּרֶד a. prædicati, inibique vau non copulet ſed convertat tantum. Iun. & Trem. *Syrus miſer erat Pater meus, qui deſc. &c.* LXX. Proverb. 31. 6. eandem vocem Obed verterunt, *οἱ ἐν λύπαις, qui in mœroribus ſunt.* Illud hic quoque belle quadraret, *ὁ σύρος δηλ. πατὴρ μου ἐν λύπαις ἦν.* Omnia eodem recidunt. Solent n. ejuſmodi homines in mœrore vivere.

Finiam verbis Abenezræ, quæ in Gratiam Tyronum non pigrabor Latine vertere. Sic ergo ille. Dictio *Obed*, ex verbis eſt quæ non tranſeunt (*.i. intranſitivis.*) Et ſi illud ארמי pertineret ad Laban, dixiſſet textus, מְאַבֵּד aut מְאַבֵּיד. Quin etiam, quis ſenſus eſſet, ſi dicerem, Laban quærebat perdere patrem meum & deſcendit in Ægyptum? Cum Laban non fuerit cauſa, cur in Ægypt. deſcenderit. Mihi itaque videtur, quod Arammæus ille ſit Iaacob, ac ſi dixiſſet textus, cum pater meus eſſet in Aram, erat אובד .i. pauper, abſque divitiis. Simile eſt, *Date ſiceram pereunti* .i. pauperi, quam interpretationem firmant ſequentia, *bibat & obliviſcatur egeſtatis ſuæ.* Et ecce iſte Syrus pauper erat pater meus, q. d. non hæreditate obtinui hanc terram a patre meo, pauper enim erat cum veniret in Syriam & peregrinus in Ægypto, eratque cum viris paucis & poſtea factus eſt in gentem magnam. At tu Domine eduxiſti eum ex ſervitute & dediſti nobis optimam hanc terram. Et ne objiciat diſputator, quomodo Iacob vocetur Syrus. Ecce enim & * Iether Iſmaelita dicitur, & tamen * Iſraelita fuit, ſic enim ſcriptum eſt. *Hæc Aben. Poſteriorum hic ſenſus eſt, varias uni homini poſſe eſſe Patrias, nativitatis, educationis & converſationis, quomodo Chriſto tres patriæ aſcribuntur, Bethleem, Nazareth, Capernaum.*

* 1. Chron. 2. 17.
* 2. Sam. 17. 25.

Caput vigeſimum octavum.

Ebr.	*Verſ. 5. & 17.*	*Vulg.*
טַנְאֲךָ :		*Horrea tua.*

Abſo-

ABſolutum vocis Ebrææ eſt טנא, quam ipſe Vulgatus ſupra cap. 26. verſ. 2. & 4. *Cartallum* i. corbem ſeu caniſtrum, ſportam, cophinum convertit. LXX. quoque κάρταλλον. Chaldæus ubique סַלָּא vertit. Quid autem סַל ſit vel unicus locus Gen. 40. 17. docuerit. Sed hic LXX. Interpretum authoritas Vulgatum abduxit, illi enim αἱ ἀποθῆκαι reddidêre duobus his locis. Vide & Oleaſtr.

Ebr. *Verſ. 12. & 44.* *Vulg.*

Ebr.	Vulg.
והלוית & mutuabis gentibus multis; tu vero non תלוה accipies mutuum.	Fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.

Promittit Deus populo rerum omnium & divitiarum affluentiam, ut mutuare quoque poſſint aliis, ipſi verò non opus habituri ſint ab aliis mutuari Claræ ſunt voces Ebrææ, לָוָה in Cal *mutuari*, mutuo petere, in Hiphil *mutuare*, mutuo dare. Hunc locum autem Vulgatus ad palatum Cajetani non convertit, illud enim unicum notat in hoc capite, *nullam hoc capite mentionem fieri uſuræ aut fœnoris, ne erraret Lector audiendo, quod inter benedictiones populi ſupputaretur fœnerari aliis, illud enim peccatum eſt,* inquit, *contra divini naturaliſque juris præcepta*. Ego non exiſtimo vocem fœnerandi propria & ordinariâ notione ab Interprete adhibitam, quid enim illud eſſet, quod oppoſitum eſt, *Tu à nullo fœnus accipies*, dicendum enim eſſet potius, *Tu nulli fœnus dabis*. Dat enim non accipit fœnus quem paupertas ad fœneratores compellit. Similiter, accipiunt, non dant fœnus, qui pecunioſi ſunt, Nec enim dicet quiſquam, opinor, *fœnus* hic poſitum, pro, *pecuniam in fœnus*. Aut admodum ergo Catachreſtice pro *mutuare*, fœnerare; pro *mutuum*, fœnus poſuit Interpres, vel ideo reprehendendus, quod incautum &

 igna-

Digitized by Google

ignarum Lectorem in alienum facile ſenſum induceret. Videantur Chald. Pag. & Benedict.

Ad verſ. 22. De nominibus harum plagarum jam dictum in Levit. Illud hic notandum דלקת prave a Vulgato converti *frigus*. Cogitavi num tranſpoſuiſſet voces Ebræas Interpres, ſed ne ſic quidem video, cui voci Ebrææ reſpondere poſſit. In דָּלַק ſignificat. ardoris eſſe Lexica & alia loca docent, Kimchi ait eſſe febrem præ nimio ardore exurentem. Maſſora notat ל, non extare alibi. Quin & hoc miror בחרב *gladio*, ab Interprete converſum *& æſtu*, aut, ſi vocum ordinem non ſervatum forte dixeris, monſtrari velim, quæ vox Latina Ebræam illam expreſſerit.

Verſ. 54. Deſiderantur in Vulgata hæc verba, *Et reliquis filijs ſuis quos reliquos fecerit* ſc. invidebit. aut malignus erit oculus in eos. Ebr. ובִיתר בניו אשר יותיר. Recte ἀπὸ κοινοῦ; תרע עינו.

Ebr.	*Verſ. 56 & 57.* *Vulg.*
	De tenerâ & delicatâ muliere.
Malignus erit oculus ejus (fœminæ) in virum ſinus ſui, & in filium ſuum & in filiam ſuam,	Invidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu ſuo, ſuper filii & filiæ carnibus,
57. Et in ſecundas ſuas, quæ egrediuntur de inter pedes ejus, & in filios ſuos, quos peperit; quia comedet eos præ egeſtate &c.	57. Et illuvie ſecundarum, quæ exeunt de medio feminum ejus, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt: comedent enim eos clam ob penuriam &c.

Non exigua hic diſcrepantia eſt. In Ebræo clariſſime diſtinguuntur objecta invidiæ ab objecto crudelitatis. Objecta invidiæ, maritus, filius, filia, infantuli (eos enim

R. Sal.

R. Sal. & Steuchus, aliique per ſecundas intelligunt) liberi. Per poſteriora enim duo, *ſecundas* & בָּנִים diſtingui videntur liberi ab ætate, q. d. ſive parvuli fuerint ſive grandiores natu; objectum crudelitatis etiam proles, q. d. Vbi mactaverit unum ex liberis, reſervabit ejus carnes ſibi ſoli, nec communicabit eas cum proprio marito, aut filiis vel filiabus reliquis, ne quidem dilectiſſimis. Verum Vulgatus objecta crudelitatis inchoat mox poſt *virum ſinus*, ut vir ſolus objectum invidiæ ſit, cum tamen cætera omnia uſque ad כי תאכלם verſ. ſequenti, cum præpoſitione ב conſtruantur, ut ipſe *Vir*. באיש בבנה בבתה בשליתה בבניה &c. Quin & hoc accedit, quod *τὸ* שליה (quod ex uſu linguæ per Meton. pro ipſis infantulis vel potius liberis ponitur) verterit illuviem ſecundarum, quaſi & ſuper iis inviſura ſit marito ſuo. Atque illud non ego, ſed Steuchus carpit, cujus hæc verba ſunt, *Ebraice* שליתה, *quod R. Salom. interpretatur* בנים קטנים *.i. filios minores. Sicut & Lxx.* καὶ τὸ κόριον αὐτῆς &c. *Et infantulum ejus &c. Quare LONGE a VERITATE noſtra declinat editio.* Hæc ille. Poſtremo, cauſam non video, cur hæc verba, *eâdem horâ*, ab Interp. adjecta ſint. Nunc apponam integra Græca, ut quivis videat, eos noſtram Interpretationem ſtabilire, βασκανεῖ τῷ ὀφθαλμῷ αὐτῆς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, τὸν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς, 57. Καὶ τὸ κόριον αὐτῆς, τὸ ἐξελθὸν διὰ τῶν μηρῶν αὐτῆς, καὶ τὸ τέκνον αὐτῆς, ὃ ἂν τέκῃ; Καταφάγεται γὰρ αὐτὰ &c. Vbi vides omnes illos accuſativos uſque ad Καταφάγεται referri ad verbum βασκανεῖ, .i. *invidebit*, ut vertit Interpres.

Digitized by Google

Ebr. *Verſ. ultimo.* *Vulg.*

התמכרתם שם, & venales vos exponetis illic inimicis veſtris in ſervos, & non erit emptor.	Ibi vendêris inimicis tuis in ſervos, & non erit qui emat.

Contradictio in adjecto. *Vendêris & non erit emptor.* Neceſſario ergo vertendum, *Vendere te ipſum voles, quares*, venum te expones. Primo illud notum, verba Hitphael reciprocas ſignificationes plerunque habere: 2. Verba apud Ebræos ſæpe conatum tantum ſignificare. Ex. 12. 48. *Si peregrinus* עשה פסח *fecerit Paſcha i. facere voluerit*, quod doctiſſime ipſe Vulgatus ibi obſervavit. Gen. 37. 21. *Audiens hoc Ruben eripuit eum* .i. ipſo Vulgato Interprete, *nitebatur liberare eum.* Cur ergo idem hic non præſtitit Interpres?

Caput vigeſimum nonum.

Ebr. *Verſ. 11.* *Vulg.*

Peregrini &c. a cæſore lignorum uſq; ad haurientem aquas.	Advena &c. exceptis lignorum cæſoribus & his qui comportant aquas.

Steuchus ad illud *exceptis*, *imo hi*, inquit, *primi in numero ponuntur*. Sicut & LXX. ἀπὸ ξυλοκόπου ὑμῶν ἕως ὑδροφόρου. Cajet. *Oppoſitum habetur in Ebræo, non enim excipiuntur ſed comprehenduntur.* Vide & Benedict.

Caput trigeſimum primum.

Ebr. *Verſ. 10.* *Vulg.*

מקץ שבע שנים: Poſt 7. annos, anno remiſſionis &c.

Supra

SVpra cap. 15. 1. eadem hæc Ebræa, eadem in lege magis perſpicue rediddit, *ſeptimo anno*. Hic obſcuriuſcule. Siquidem *poſt ſeptem annos*, idem videtur eſſe cum eo, *octavo anno*. Atqui illud conſtat, non octavum, ſed ſeptimum, annum remiſſionis fuiſſe. Atque ut poſt ſex dies recurrebat ſabbathicus dies, ita & poſt ſex annos ſabbathicus annus. Dicam ingenue. Conciliari hæc poſſunt, *ſeptimo anno*, &, *poſt ſeptem annos*, duobus modis. 1. Poſt ſeptem annos .i. poſt ſex completos & principium ſeptimi, ut ſit ſynecdoche membri, qualis Ierem. 34.14. *Sic & Mat. 12. 40.* Sic Piſcator. 2. Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis præcedentis pro primo computato. Inter ſingulos annos ſabbathicos intercurrebant ſex alii. Ad illos ſex ſi adjicias annum ſabbathicum præteritum, cujus initio fiebant remiſſiones, habes ſeptem annos, quique illos excipiebat ſabbathicus, octavus erat. Agitur enim hic de remiſſionibus poſt primam. Sic Oleaſtr. Si quæras quomodo textum Ebræum ad verbum putem explicandum, Reſp. ſic vertendum, *ab extremo 7. annorum* .i. anni ſeptimi. Nihil tritius hac Ordinalium & Card. commutatione. Porro, *ab extremo* .i. a principio. Abenezra, מתחלה. קץ n. & קצה & finem & extremitatem ſignificant. Iam vero tam anni principium quam finis, extremitas ejus dici poteſt, ut caput & pedes, hominis. Etiam illud nota, מִן hic poſſe exponi *poſt*, *a principio* .i. poſt principium. Vt enim Latini dicunt, *a cœna* &c. ita & Ebræi מיומים, *a biduo* .i. poſt biduum. *Hoſ. 6. 3.* Poſſes etiam reddere מקץ, *in principio*. Certe Prov. 25. 17. מִן pro בּ poſitum arbitror, הוקר *pretioſum fac* (.i. rarum, pretioſa enim quæ rara) pedem tuum מִבֵּית in domo amici tui. Sed non ea eſt hîc loci neceſſitas.

Caput

Caput trigeſimum ſecundum.

Ebr. *Verſ. 24.* *Vulg.*

ולחמי רשף וקטב מרירי:	Et devorabunt eos aves morſu amariſſimo.

DE vocibus רשף & קטב non una eſt Ebræorum opinio. Ego tantum apponam Papiſtarum expoſitiones, ut videas quam ipſiſmet hoc loco ſatisfecerit Vulgatus. Steuchus, arbitror ego tam ſuperius nomen (רשף) quam hoc de quo hic agitur, non dæmonem ſignificare, ſed eſſe ægritudinum genera, ſc. quibus conficiuntur corpora. Cajet. *Et debellati* calore intenſo &c. Benedict. *exurentur ardore & exterminio amaro.* Oleaſtr. *& comeſti ardore, ſeu pruna ardenti aut fulgure, & contritione amara.*

Ebr. *Verſ. 26.* *Vulg.*

אַפְאֵיהֶם :	Vbinam ſunt?

Oleaſtr. angulabo eos vel extremabo, ſi Latinus ſermo permitteret. Verbum paah *a nomine* peah, *angulus.*

Video quid deceperit Vulgatum; putavit eſſe vocem איפה *Vbi*, cum affixo. At illud איפה cum affixis nuſquam extat. Ponendum quoque Iod illud poſt primum א fuiſſet, licet ne ſic quidem regularis eſſet affixi ſitus. Quid ergo? Licet *Leth* .i. *ἅπαξ λεγόμενον* ſit, tamen nihil hic difficultatis eſt, cum enim פֵּאָה ſit *angulus*, non dubium eſt quin ea mens hujus verbi ſit, quam Pagninus expreſſit, *diſpergam eos per angulos*, vel in extremitates, q. d. angulabo vel in extremos angulos relegabo eos. Videatur & hic Cajet. Erit itaque futurum Hiphil, & Iod loco tertiæ radicalis, plenumque eſſet אפאה אותם. Chaldæus arbitratus fuit ab אַף eſſe, nam vertit, *Ira mea reſidebit ſuper eos.* Verum, inquit R. Sal. ſi ita eſſet, ſcribendum fuiſſet אאפאיהם cum duplici א, una ſervili, altera radicali, ut

Digitized by Google

cæli, ut אאפאיהם &c. LXX. pro nobis ſunt, *διασπερῶ αὐτοὺς, diſpergam eos.* Abenezra, אפזרם בכל פאה, *diſſipabo eos in omnem angulum.*

Ebr. *Verſ. 32.* *Vulg.*

משדמות עמרה :	De ſuburbanis Gomorrhæ.

Steuchus, *Suburbana non admodum quadrat.* Vertit itaque, *de agris, de ſolo Gomorrhæ.* Suburbana potius מגרשים vocantur. Benedictus corrigit quoque *Arvis.* Cajet. & Iunius, *de vitibus.* Nam ea ſignificatione vocem hanc accipiunt Ieſ. 16. 8. Sic quoque Aben. hoc loco. Ait enim eſſe כפול .i. idem dici alio verbo, præceſſit autem מגפן. Sic poſtea, inquit, *uvæ eorum uva fellis, botri amaritudinum.* Præſuppoſitâ hâc interpret. Cajet. & Iunii, queîs ego ſubſcribo, illud notent Tyrones, in S. Literis, quando idem repetitur aliis verbis, clarius aliq. præire, obſcurius ſequi: גפן enim clarius, שדמה obſcurum & nebuloſum. Clarior locus huic obſervationi probandæ Ioſ. 17. 14. *Cur dediſti mihi in hæreditatem* גורל *ſortem unam &* חבל *funem unum?* Quid clarius quam *Goral* pro ſorte? At חבל ſic uſurpari, illi tantum ſciunt, qui norunt apud Iſraelitas hæreditates (erant autem eæ fere agri) funibus menſoriis diviſas fuiſſe. Amos 5. *Terra tua dividetur* בחבל *fune.*

Caput trigeſimum tertium.

Ebr. *Verſ. 3.* *Vulg.*

ויהי מתיו מספר :	Et ſit parvus numero.

Bene expreſſit Ebraiſmum, *viri numeri* .i. pauci numero, quem exemplis *a* ante ſtabilivimus. Sed peccatum a Vulg. eſt quod negationem ex priori membro *a Num. 9. 20.*

b *Vide Oleaſtr. Can. 10. ubi & hoc exemplum adducit.*

non repetierit. Nec enim id *b* inſolens eſt in his literis. Vis exemplum? Pſal. 9. *Non in perpetuum oblivioni dabitur pauper; ſpes juſtorum peribit.* ſub. *non, non peribit.* Hujus rei ignoratio, inquit Trem. Græcos fefellit, qui hoc hemiſtichium Simeoni tribuêre, cujus nulla hic mentio. Sed Iun. & Tremell. eum Iudæ accenſent. alii aliter. ſermo plenus eſſet, מתיו מתי מספר. Cajet. quoad ſenſum noſter eſt, ſed Ebraiſmum non expreſſit, putat enim *viros numeri* eſſe idem quod *viri multitudinis.* non ita, o bone, Ebræi loquuntur & in os contradicit tibi Steuchus hoc loco. Contra, Num. 9. 20. ubi Steuchus hunc Ebraiſmum pervertit, tu eum optime explicuiſti. Vterque in collatione horum locorum vobis contrariamini. LXX. proculdubio negativam repetendam ſciverunt, unde reſolverunt negativam in affirm. ἔςω πολὺς ἐν ἀριθμῷ. Sit multus numero. Certe quoad ſenſum & hi pro nobis ſunt.

Ebr.	*Verſ. 10.* *Vulg.*
Docebunt judicia tua Iacobum & Legem tuam Iſraelem.	Iudicia tua o Iacob, & Legem tuam o Iſrael.

Vocem יורו *docebunt*, omiſit Interpres. Præterea *Iacob* & *Iſrael* in Ebræo præfixum habent ל notam dativi caſus. Sic & LXX. δηλώσουσι τὰ κρίματά σου τῷ Ιακωβ. Vide Cajet. & Benedict. & Steuchum.

Ebr.	*Ibidem.* *Vulg.*
Ponent thymiama ad nares tuas באפך.	Ponent thymiama in furore tuo.

Steuchus, *Quamquam vox Ebr. furorem ſignificet, hîc tamen potius nares ſignificare videtur.* Eadem hîc annotarunt Cajet. & Benedict.

Ebr.

Ebr. *Verſ. 12. de Benjamin.*	*Vulg.*
ידיד יהוה :	Amantiſſimus Domini.

Dilectus Domini, ad verbum. Vox enim Ebræa non *amantem*, ſed *amatum* vel *dilectum* ſignificat, hæc diverſa ſunt. Alibi hanc vocem bene reddidit, Eſ. 5. 1. *cantabo* לידידי, *dilecto meo*. 2. Sam. 12. Salomo vocatur ידידיה. Vulg. *amabilis Domino*. LXX. dilucide ἠγαπημένος ὑπὸ Κυρίου, *dilectus a Domino*. Sic quoque Eſaiæ 5. 1. Alias ſemper ἀγαπητὸς reddidere.

Ebr. *Ibidem.*	*Vulg.*
חופף עליו, tegens eum ſit tota die .i. protegat.	Quaſi in thalamo toto die morabitur.

Illud ſpectavit Vulgatus quod a חָפָה veniat nomen חֻפָּה, ſignificans thalamum nuptialem. Neſcio tamen an verbum חָפַף eo modo unquam accipiatur in ſacris. Et quid ſi? Hic certe iſti ſignificationi obſtat vox עָלָיו. Quis enim iſtius particulæ uſus eſſet? Cum autem חָפַף ſignificet tegere & verba tegendi ſæpe cum על conſtruantur, quid dubitamus locum ſic vertere ut nos eum jam exhibuimus? Pro nobis ſunt Chald LXX. Cajet. Steuchus Oleaſtr. & Benedict. Sed operæpretium erit ipſum audire Steuchum, *Ebraice eſt*, inquit, *Proteget eum &c. Sicut & Chald. habet. Quare neſcio quid ſibi velit hoc loco noſtra editio. Et tamen Lxx. cum Ebræo conſentiunt*, καὶ ὁ Θεὸς σκιάσει ἐπ' αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. *Dominus obumbrabit eum omnibus diebus.*

Verſ. 13. & ſeq. meminit Vulgatus *Pomorum*. Notant autem ipſi Cajet. & Steuchus, quotieſcunque vox ea occurrit, in Ebræo eſſe מגד *delicias*. Oleaſtr. multorum locorum inductione id agit, ut oſtendat proprie ſignificare, delicata, pretioſa & optima.

Ebr. *Verſ. 19.* *Vulg.*

שפע affluentiam maris ſugent.	Inundationem maris quaſi lac ſugent.

1. Verba iſta, *quaſi lac*, non ſunt in Ebræo. 2. Admodum catachreſtice vox *inundationis* hic a LXX. adhibita eſt. *Melius*, inquit St. *& veritati Ebraice magis conſentanee Lxx. qui ſic vertunt*, ὁ πλοῦτος τῆς θαλάσσης θηλάσει σε, divitiæ maris lactabunt te, unde R. Sal. De Zebulon & Iſſachar, הים נתן להם ממון בשופע .i. mare dabit eis divitias in copia.

Ebr. *Verſ. 20.* *Vulg.*

Benedictus qui dilatat Gadem.	Benedictus in latitudine Gad.

Ebr. eſt מרחיב part. Hiphil. Vnde & LXX. ὁ ἐμπλατύνων γάδ. Vide St. & Cajet.

Ebr. *Verſ. 27.* *Vulg.*

מעֹנָה אלהי קדם :	Habitaculum ejus ſurſum.

Vox קדם nunquam *ſurſum* ſignificat; itaque Steuchus, *Ebraice eſt*, habitaculum Dei æternum vel æternitas aut ſempiternum, *Vt hoc loco* קדם *ſignificet æternitatem priorem.* Hæc ille. Quibus deinde ſubjungit, *ſecundum editionem Hieron. ſequemur expoſitionem Ebræorum, qui dicunt nubes paulo ante dictas habitaculum Dei vocari hic. Atque hoc eſt quod Hier. dicit ſurſum.* At nos petimus dari locum ubi קדם ſignificet *ſurſum.* Oleaſtr. *Habitaculum Dei ab initio*.i.inquit, cœlum eſt habitatio Dei ab initio mundi. Verum nec Oleaſtrii nec Steuchi interpretationem patitur Grammatica. Prius enim nomen מעֹנָה eſt in ſtatu abſoluto. Verti ergo non poteſt, *habitaculum Dei.* Dicendum

Digitized by Google

gendum enim fuiſſet מְעֹנָה: 2. Contra, אלהי eſt in ſtatu Regiminis, ut neceſſario ſequens illud קדם regat in genit. caſu. Ego ſic putârim optime reddi, (ut) *habitaculum, protectio eſt Deus æternitatis* .i. ſempiternus. Novum non eſt ut כ ſimilitudinis ſubaudiatur. Senſus, ut habitaculum protegit habitatores, ita Deus ſuos. Piſcator etiam apposite, *Protectio* tua ſit *Deus ſempiternus*. Non ſpernendum.

Verſ. 28. ubi Ebr. יערפו טל *ſtillabunt rorem*. Vulg. vertit, *caligabunt rore*. Illud St. & Ben. & Caj: correxêre.

Caput trigeſimum quartum.

Ebr. *Verſ. 7.*	*Vulg.*
Nec aufugit לֵחֹה viror ejus.	Nec dentes ejus moti ſunt.

NVlla fit dentium mentio. Cajet. *Ebr. eſt*, & non fugit viror ejus, *quod longe plus eſt quam immotio dentium.* לָחַח eſt thema. לַח virens, recens. לֵחַ viror, humiditas. In לֵחֹה ה loco vau eſt ut in עֶזְרָה. cum ſenectus ſicca eſſe ſoleat, ejus tamen facies ſemper erat ſucculenta. LXX. neſcio quid de labiis hic loquuntur. Chald. *non mutata eſt claritas gloriæ faciei ejus.* Oleaſtr. ait vel ad robur referendum eſſe, uel ad vivacitatem coloris, qui in juvenibus eſſe ſolet.

Cætera quæ in Deuteronomio cenſuram merebantur. In ſuperioribus libris excuſſa ſunt.

F I N I S.

Digitized by Google

In prolegom. cap. 2. circa med. mentionem fecimus Catalogi ſecundi à Luca Brugenſi editi, quem in ipſo libro aliquando citavimus titulo Appendicis. Eum promittimus iſthic loci nos ad calcem libri adjecturos. Sed ſcire te velim, cum a nobis poſt Prolegomena & addenda exhibitam initio hujus libri, operis Typogr. ita exigentibus. Cap. 5. Proleg. circa finem. pro, Iob. 5. *ſcribe,* Iob. 7. *& per* militiam *putamus ibi intelligi tempus præfinitum. In militia enim, maximè ſacrâ, certum tempus a Deo fuit præfinitum. Velim itaque locum Iobi ſic reſcribi,* nunquid militia (*i. tempus præfinitum*) eſt homini ſuper terram? *Sic n. eſt in Ebr. ad verbum.*

ERRATA.

In proleg. cap. 2. circa initium, pro *partitudinis* ſcribe *paritudinis.* Capite 5. proleg. circa finem §. 1. lege *percolati*, *transfuſi*. Pag. 10. lin. pen. marginalium ſub ה pone chirik. Pag. 31. lin. 13. pro 20. pone 28. P. 60. lin. 9. ſcribe הארץ. P. 57. lin. 31. ante vocem שילה interſere vocem, יבא *jabo*. P. 78. lin. 5. inter קיץ & וקצר pone punctum. P. 98. l. 10. ſcribe *αἰῶνα*. P. 176. in fine, pro, *Caput* 28. ſcribe, 18. P. 201. l. 13. ſcribe, *conſervatus*. P. 269. l. 8. poſt *militum* pone punctum. Cæteræ interpunctionum vel omiſſiones vel trajectiones & cætera, ſi quæ occurrent, errata tanti non ſunt, ut inter legendum te ſint remoratura.

Index vocum ac rerum memorabiliorum, Auctor Lectori S. P.

Exhibemus tibi quoque hoc Indice voces Græcas & Ebræas, ſed has charactere Latino. ח *per duplex h a nobis expreſſum, ad literam H: Caph ad C. Tzadi ad T: Koph ad K, ſubjunximus, diverſo a Latinis vocibus typo. Ex Prolegomenis nihil in hunc Indicem potuimus referre, quod numeri Arithmetici ibi deeſſent, ſed præmiſſa cuique capiti breviaria Indicis vicem eſſe poſſunt.*

A.

Abimelech commune nominum Regum Palæſt. 246.
Ablactare de arbore. 233.
Abſcondere oculos ab aliquo. 186.
Addere quos Ebraiſmos pariat. 224.
Agag commune nomen regum Amalec. 246.
Allegoria ſenſui literali contraria rejicitur. 28.
Alphonſi de Caſtro ridiculum argum. pro primatu Papæ. 281.
Amram an duxerit amitam. 83.
Ἀνδρὶς ab ἀνὴρ, vita. 7.
Angeli an ante mundum conditi. 7.
Anni fluentes pro completis ſolent numerari. 59.
Annus remiſſionis quoto anno celebrari ſolitus. 303.
Aquæ an ſupra firmamentum. 1.

per

per Aquas ſuperiores quid intellig. 1.
de iis error veterum, Ibid.
Aram Naharajim. 293.
Arca quæ die requieverit. 20.
Aſcendere pro creſcere, invaleſcere, item ceſſare, evaneſcere. 94.
de Azylis. 264.
אצילים *Atzilim.* 109. אבר 297.
Αποκνίζω, ἀποτίλλω. 147.

B.

Barbaricarium opus. 115.
Bellarm. taxatur. 12. 35. 61. 123. 289.
Bernardi error de Maria. 9.
Bos in lingua, adagium. 52. Bos pro nummo bovis effigie ſignato. 52.
בצק *batzek* de pede quid ſit. 278.
בקר *bakar.* 145.
בצה *betzah*, ovum pro teſticulo Rabbinice. 192.
בקע *bekang.* 36. 140.
de voce בקרת *bikkoreth* opiniones variæ. 180.
בא *bo* de Sole, occidere. 89.

C.

Cadere quo ſenſu aliq. ſumatur. 39.
Caput pro re præſt. in ſuo genere, ut caput aromatum pro præſtantiſs. aromate. 130.
Caphthoræi an cappadoces. 270.
Chaldaicæ verſionis elogium. 86.
de Cherubim opiniones quatuor. 114.
Chœrogryllus. 166.
Chriſtus vocatur Angelus Domini & Dominus. 81.
Chriſto tribuuntur tres patriæ. 298.
Claves Dei quatuor peculiares. 46.
Clemens 8. corrupit Scripturam. 8.
Cœlum & cœli an & quomodo differant. 281.
Complere poſt aliquem. 258.
Cor cœli, terræ, maris. 271.
Coram me, in Decal. quid ſit. 98.
Coram Sole, Luna, Ebr. *liphne* quid ſit. 98. Coram Sole, Ebraice *Neged*,
quid ſign. 250.
Cornua Moſis. 136.
Coſterus taxatur. 9.
Creatas 7. res ante mundum, Iudæorum delirium eſt. 7.
Cubitus Regis. 270.
Cum Sole quid ſit. 98.
Cuniculus. 166.
כרמל *charmel.* 149.
כברת הארץ. 54.

D.

Daphnis fons. 260.
Decervicare. 136.
Decima decima, Ebraiſmus. 254.
Denominari quot modis Ebr. dicatur. 16.
Deus an juret per cœlum. 95. jurat per ſanctitatem ſuam .i. per ſeipſum. 95.
Dei nomen auxeticum. 45.
Dii alieni. 96.
Dies numeri .i. pauci. 220.
Diſceptare cum homine quomodo dicatur Deus. 17.
Diſtributiva quomodo efferãt Ebr. 254.
Doringii replicationis elogium. 79. 80.
De eo judicium Steuchi, Ibid.
Δίψας. 236.
Δύναμις in ling. helleniſt. quid ſig. 206
דבה *dibba* vox anceps. 60.
דדה *dodah*, amita, 83.
דודים *dudajim.* 45.

E.

Eden nomen loci. 5.
Ephah. 185.
Elohim eſt epitheton rei magnæ. 45.
Eurus calidus in Iudæa. 87.
Euphrates terminus Orientalis terræ Sanctæ. 88. Et Septent. 90.
Erythræum mare unde ſic dictum. 90.
Expanſum quid ſit, 1. 2. Expanſum cœlorum qualis locutio. 2.
Εγγαςριμυθος. 184.
Ει μη, pro, *ſed.* 249.

Εγώ.

Ἐνώτιον. 36.
Ἐπιῤῥίνιον. 36.
Ἔφηλος, ἔφηλις. 190.
אל el pro על, propter. 62.

F.

Facie ad faciem loqui 275.
Figmentum cogitationum quid ſit. 18.
Firmamentum. 1.
Fonſeca Antonius taxatur. 73.
Formula benedictionis & maled. 213.
Fratres omnes conſanguinei. An & filii? 39.
Franciſci Georgii Minoritæ judicium de loco Gen. 3. Ipſa conteret. 9.
ejuſdem judicium de Mandragoris. 46.
ejuſdem perverſa opinio de Paradiſo. 6.
Funes pro hæreditate. 305.
Funibus n. dividebant agros, ibidem.

G.

Genebrardus taxatur. 31. 91. 95.
Gomari judicium de loco Levit. 11. 3. pag. 165.
Guidonis Fabricii ſacrilegium. 10.
Γραμματεὺς reſpondet duabus Ebr. vocibus. 269.
Γραμματοεισαγωγεῖς, Ibid.
גבחת gabbachath. 173.
גמדים Gammadim an Pygmæi in Ezech. 260.
גרב Garab. 191.
גג Gag. tectum. 128.
גרש Gereſh. 149.
גבן Gibben, gibbus. 190.
גלולים gillulim. 201.

H.

Hieron. taxatur. 4. 6.
Hieronymum taxat Vulgatum, 29. 63. 64. 133.
Hin, menſura. 185.
de Homicidis locus inſignis Ionathæ. 26. De homicidis lex inſignis diſcutitur. 101.
Homines numeri .i. pauci. 219.
Holocauſtum juge nunquam intermittebatur. 253.
הזריע hizriang ſign. ſemen edere. 169.
חיל Hhail. 279.
de חמנים Hhammanim opin. variæ. 199.
חרגל Hhargol an Ophiomachus. 168.
חרום Hharum. 189.
חרוץ Hharutz. 193.
חללה Hhalalah. 188.
חטא quid ſit. 163.

I.

Idolum quid ſignificet. 48.
In faciem quid ſit Ebræis. 277.
Incaſtratura quid ſit. 117.
Inſcitia erudita quænam ſit. 13.
Interpretamentum ſignificationis unius ſæpe ponitur pro interpretamento alterius in ambiguis. 92.
Inauris. 36.
Invocatio Sanctorum unde ſtabilita. 71.
Ipſa pro Ipſe Gen. 3. ſacrilege poſitum, 8. Quot papiſtæ illam Lect. damnarint. Ibid.
Iudex & ſacerdos Deut. 17. an diſtinctæ perſonæ. 288. 289.
Iuge ſacrif. nunquam intermittebatur. 164.
יבלת, jabbeleth. 193.
ילפת, jallepheth. 191.
ימים, jamim, jammim & jemim iiſdem conſon. ſcribuntur, ſed ſignif. & punctis differunt. 56.
ימים, Iemim, Muli, Ibid.
יעים Iagnim, ſcopæ. 119.
איש Iſh & אשה Iſsha. 7.
אשה, Iſsheh quid ſit. 127. 161.

K.

Kimchii ſententia de proximo. 178.
Καταβολὴ τοῦ σπέρματος apud Apoſt. quid ſit. 169.
Sequuntur Ebraica a ק incipientia.

Kaath

Kaath an Onocrotalus, an vero Pelecanus. 167.
Kaddahbath. 198.
Kadad, kodkod, kiddah. 243.
Kadim quis ventus. 65. 87. 88.
Kalut. 193.
Kadeſh, Cynædus unde dictus. 294.
Kappoth qualia inſtrum. 112.
Karan de Moſe, an cornutum eſſe ſignificet. 136.
Karahhat. 173.
Kedem quid ſign. 5. 6. 88.
Kelagaim an tentoria. 121.
Kes pro *kiſſe*. 96.
Keſem pro ſagacitate bis ponitur in ſacris, quid aliàs ſignif. 291.
Keſhitah. 51.
Ketz extremum, unde *mikketz* aliq. ponitur pro, a principio. 303.
Kätz. 78.

L.

Lamina aurea vocatur corona. 162.
Lancelottus taxatur. 60.
Lapis manus, lignum manus. 262.
Luctationes Dei. 45.
Lyra taxatur. 58. 100. 121. 211. 252. 267.
Λόγ☉ duplex. 275.
ל aliquando *ex*, 28. & A. 273.
לקח *lakahh*, rapio. 17. pro flectere & capere. 126.
לחם *lehhem*, panis, quam late pateat. 256. Carnem quoque ſignificat. Ibid.

M.

Magiſterare. 269.
Malefica in fœm. cur nominetur. 106.
Mamre & Moreh diverſa ſunt. 17.
Mandragoræ. 45.
in Mariæ cultu medium tenendum. 11.
Mariæ cultus idolol. unde defenſus. 8.
Maria Ebræi vocant quamvis aquarum conflugem. 88. 89. Mare abſol. poſitum pro mari medit. & pro occidente ponitur. 89. Mare Sodomenum terminus Orient. 88. Mare Sodom. cur vocetur, mortuum, ſalſum, aſphaltites &c. Ibidem.
Mare Rubrum unde ſic dictum, cur mare Suph. 89. 90. ponitur pro termino merid. 90. & Orient. 90.
Melchiizedek an Miſſifex. 29.
Menſurarum Ebr. aliquot nomina. 185.
Menſurarum alia nomina a corpore humano deſumta. 260.
Meritum congrui unde ſtabil. 13.
Mercenarii dies, anni & merces. 287.
Miraculum Iud. de filiis Core. 251. 252.
Miſſa unde ſtabilita. 29.
in Molochi cultu an combuſti filii an potius luſtrati. 290.
Moſis facies an cornuta. 136.
de ejus dentibus. 309.
Moſis Maimonidis Moreh Nebuchim. 183.
Mors pro peſtilentia. 231.
Mulier an ſemen habeat. 169.
Muli. 56.
an Mundus aliquis inviſib. ante hunc viſibilem conditus ſit. 7.
Myrrha duplex, Myrrha libertatis qualis ſit. 131.
מ & מן pro ב 303. Aliquando motum ad locum ſignif. 28. poſt, 303.
מרבית *marbith*, quomodo differat a נשך *Neſhech*. 196.
מברה *Mecherah* an ſit Græcum μάχαιρα. 73.
מלכת *melecheth* cœlorum, an Regina cœli, an vero potius res cœleſtes. 284.
מלכת *opus* propric. ponitur pro re 284
מעונן *Megnonen*. 182.
מראה *mur-ah*, quid ſit. 148.
מום *Mum*, unde μῶμ☉. 91.

N.

Negatio ſæpe repetenda. 306.
Neptunus a nando ſidic. 125.

Niſi pro ſed. 249.
Nomina aliquot communia diverſorum Regum. 246.
Nominativi abſolute poſiti quomodo reddendi. 160.
Nonnus Ægyptiis filius, unde apud nos nonnus. 67.
Nummi olim animalium imag ſignati. 52.
נער *Nagnar* puer unde dictus. 25.
נעורים quid proprie ſign. 24. 25.
נזם *Nezem* quale ornamentum. 36.
נזר Corona de lamina aurea. 162.
נשך ut differat a Marbith. 196.
quid ea vox proprie ſign. 206.

O.

de Oblatione zelotypiæ, cur ab ea ab fuerint thus & oleum. 211.
de Obſervatione temporum. 182.
Obſcurius aliquando repetitur poſt clarius. 305.
Oleum capitis pro præſtantiſſimo oleo. 130.
Opus pro re. 284.
de Opere polymitario, phrygionico, plumario & barbaricario ſeu biface. 115.
Ουρανὸς & οὐρανοὶ an diff. 281.
אוב ob, ventriloquus, Python. 184.

P.

Pala quale inſtr. 119.
Papæ infallibilitas unde ſtabilita. 124.
ejuſdem ſupiematus. 289.
Paradiſus an conditus ante hunc mundum. 6.
Patria Chriſti triplex. 297.
Peccare in animam ſuam. 230.
Pelecani proprietas. 167.
Perfectio quotuplex ſtatuatur a Theologis. 92.
Periens pro paupere, perire. 297. 299.
Pharao commune nomen Regum Ægypti. 247.
de Plagis mundi & terræ S. duæ regulæ.
Plagarum mundi Synonyma. 88.
Pleonaſmorum inſign. aliquot exempla. 135.
Plumarius quis dicatur vulgò, deque arte plumaria. 113. 114.
de Polymitario opere. 114.
Poſitio manus, Ebraiſm. 255.
Potentia pro opibus. 279.
Potiphar & Potiferang non confund. 68.
Præterita Ebr. pro omnibus ſpeciebus præteriti. 4.
Preſtegan vox Perſica, pro quo vulgo dicunt, *Preſbyter Iohannes*, quid ſign. 247.
a Princip. quomodo Satan homicida. 6.
Pronomina demonſtr. aliq. ad remotius referenda. 113.
Principium ponitur pro præſtantiſſimo in ſuo genere, principium unguentorum, principium gentium. Contra, poſtremum gentium. 130.
Proſtibulum & — la. 188.
Proximus noſter quis ſit. 177.
confunditur cum ἕτερος, Ibid.
Puer pro ſervo. 50.
Purgatorium an primis mundi ſeculis cognitum fuerit. 35.
Pygmæorum an mentio in Ezech. 260.
Παῖς pro δοῦλος. 50.
Πλήσιος & ἕτερος confund. 177.
Πρόλοβος & πρόβολος. 148.
Πρήστηρ. 236.
Πυραυθεῖα. 200.
פגול *piggul.* 159.
פרסה *parſah* ut diff. a שסע. 165.

R.

Rabbinorum conſuetudo in citandis ſcript. locis. 72.
Regula de duplicatione literarum radicalium. 172.
Regulæ de plagis mundi. 88. De repetit. ejuſdem rei per alia verba. 305.

Digitized by Google

רקיע *rakiang* pro infimâ regione aëris, proprie aer. 1. 2.
רצה *ratzah & ratzon.* 202.
רגל *regel.* 283.
ראשית *reſhith* Ebr. 130.
רקם *rokem*, *Oreg* & *Hhaſheb* ut differant. 114.

S.

in Sabbatho an Deus laboraverit. 4.
Salvator mundi de Ioſepho. 66.
Satum, menſura. 185.
pro Septimo die cur ſextum repoſuerint Septuaginta. 4.
Sacrificiorum ſpecies ſex. 161.
Seminari ſemine. 215.
Sepultura inſepulta. 63.
Siclus duplex, quantum uterque valuerit. 36.
Sixtus V. temeravit Script. 8.
Steuchus taxatur. 12. 36. 72. 88. 93. 231. Deut. 33.
Suares taxatur. 10.
Στερεώμα, στερεῦν. 1.
Στεγγίζω. 147.
שפם *Sapham.* 171.
שפן *Shaphan* an Chœrogryllus. 166.
שתם & שתם ut diff. 245.
שמים *Shamajm.* 1. 2. 281.
שרץ *Sharatz* & שרץ *Sheretz* quid ſign. 23
שה *Seh* agnus etiam in caprina ſpecie. 91.
Sheol pro ſepulcro. 61. 62. 228.
שבע *Sheſang* & פרסה *parſah* ut differant. 165.
Siloh 74. de ea voce variæ opin. Ibid.
Soterim qui fuerint. 268.

T.

Thomas taxatur. 81.
Tollere parabolam, rumorem &c. 109.
Tribus Iſrael bifariam numerantur. 231. de tribuum commixtione Lex Num. ult. diſcutitur. 265.
Τόκος, uſura unde dict. 106.
צחק *Tzachak* quid ſit Gen. 21. 35.
צפון *Tzaphon* Aquilonaris plaga, & unde. 90.
צב *Tzab* an Crocodilus. 108.
תמים *Thamim* quid ſit 91. an a מום deſcendat, melius redditur per *ſyncerus*, quam *perfectus*, quam varie vulg. reddiderit. 91.
תנופה, *thenuphah* quomodo diff. a תרומה *therumah.* 128.
תרפים *Theraphim.* 47. Idola vertit vulg. Ibid.
צאן *Tzôn* nomen commune ovium & caprarum. 145.

V.

Verſus 28. cum hiatu vel pauſa. 8.
Verſio Belg. nobis non eſt authentica. 29.
Verſio Vulgata Pentateuchi non eſt Hieronymi, quia Hieron. eam ſæpe taxat. Vide Hier. in H.
Verba activa aliq. conatum tantum ſign. 301. aliquando declarative accipienda. 170.
Vira, virago. 7.
Virgines moniales an fuerint in V. T. 140.
Viri numeri i. pauci. 219.
Viriditas herbæ. 3.
de Vngularum diviſione & fiſſione. 165.
Volumen libri Pſ. 40. pro quo alii, caput libri, quid ſit. 2.
de Vrim & Thummim. Monſtroſa Bellarmini Etymol. 123.
Vrim & Thummim ſemper junguntur præterquam duobus in locis. 253.
Vſura cur Ebræis vocetur *neſchech*. 106.

X.

Ξύλον, arbor in lingua helleniſtica. 92.

Z.

Ζέφυρος Homeri ab Ebr. צפון. 90.

OMISSA.

Exod. 16. 15. de Manna ſic Vulg. *Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad invicem, Manhu, quod ſignificat, quid hoc eſt?* Ebr. tantum eſt מן הוא. Interpretamentum de ſuo adjecit Vulgatus. Sic Exod. 12. Phaſe id eſt tranſitus Domini. Quæro an ea interpretamenta ſint Sacra ſcriptura? Canus de locis. 2. 11. *Quod ſi objicias particulam illam non eſſe ſacram ſcripturam, ſi hoc verum eſt, ut quæ ab officina Interpretis prodierit, primum conceditur Concluſio, nec ego video cur perhorreſcere debeamus.* Sed an quoque contra ſcripturam? De Phaſe, Ben-oni, Benjamin aſſerere non auſim, At de hoc ipſo loco audacter Oleaſtrius, *non video*, inquit, *quomodo verti poſſit*, Quid eſt hoc, *quia non dicitur in textu* מה ſed מן &c. Iam conferantur hæc verba Riberæ ad Habac. 1. Num. 13. *Non puto fas eſſe credere Eccleſiam pati in Edit. Vulg. aliquid, quod non ſit dictatum a Sp. Sancto.*

Obſervatio de diviſione Decalogi.

Oleaſtrius ad Ex. 20. poſtquam inculcaſſet, illa verba, *non facies tibi ſculptile*, inchoare præceptum 2. *Recordare Sabb.* præc. 4. ad illa verba, *non concup. uxorem*, ſic ait, *non eſt diſtinctum præceptum hoc a ſequentibus, ut ſc. deſiderium uxoris conſtituat unum præceptum & deſiderium bovis & aſini aliud, ſed omnia hæc ad idem præceptum pertinent.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1–4–6